
3 1761 04569126 8

POLYBII HISTORIARVM

TOMVS II.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII

MEGALOPOLITANI

HISTORIARVM

QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,

EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER

ARGENTORATENSIS.

TOMVS SECVNDVS.

LIBER IV. ET V.

CVM RELIQVIIS LIBROR. VI. ET VII.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCLXXXIX.

PRAEFATIO EDITORIS.

DE CODICIBVS MSSTIS,

QVIBVS VSI SVMVS IN RECENSENDIS EXCERPTIS EX LIBRIS POLYBII DEPERDITIS: TVM DE ALIIS NONNVLLIS REBVS, AD HANC EDITIONEM PERTINENTIBVS.

I.

Codices Mssti, EXCERPTA ANTIQVA *continentes.*

Quum in hoc Volumine ad eos accedamus Hiſtoriarum Polybii libros, e quibus nonniſi Excerpta atque Fragmenta ad noſtram ætatem pervenerunt; perſequemur hoc loco ea, quæ in Præfatione primo volumini præmiſſa de Codicibus manuſcriptis, quibus in recenſendis harum Hiſtoriarum Reliquiis uſi ſumus, dicere inſtitueramus: ac primo quidem de illo dicamus genere Excerptorum, quæ, quoniam ante cetera fortaſſe confecta, certe prius, quam cognitæ atque repertæ eſſent Eclogæ de Legationibus ac de Virtutibus & Vitiis, in lucem producta ſunt, *Antiquorum Excerptorum* nomine, quo a reliquis diſtinguerentur, appellavimus.[a]) Illa igitur ex Libris duodecim, qui quintum ſequuntur, ducta, Ἐπιτομῆς vel Ἐπιτομῶν titulo primum in editione Baſileenſi quinque prioribus Libris integris ſunt adjecta: *Excerptorum* nomine, quo ad hunc diem potiſſimum innotuerunt, inſignivit Caſaubonus; qui de eisdem, cum ex msstis Codicibus, tum vero maxime ex perſpicaci felicique Conjectura emendandis, ſingulariter inprimis atque immortaliter promeritus eſt. Nam ea

 quidem

a) Vide Præfat. ad Tom. I. Sect. I. n. 3. p. VII. & Sect. II. n. 2. p. XVI ſqq.

quidem eſt horum Excerptorum in ſcriptis libris conditio, ut, Codicum omnium probatiſſimas Lectiones in unum ſi conferas, multo tamen gravioribus vulneribus in his, quam in quinque prioribus Libris, laboret oratio, multoque frequentior tentandæ Conjecturæ locus relinquatur. Neque id mirum. Codex, quo uſus eſt Compilator, ab illo vetuſto Codice, qui communis fons eſt eorum Codicum Polybianorum, quibus hodie utimur, jam multis in locis in pravam abierat partem: b) tum vero rurſus Compilator, qui exiguo ſane judicio hæc Excerpta confecit, alia multa ipſe in transſcribendis eis, quæ ex integro codice ſelegit, peccaſſe videtur; quorum erratorum contagium deinde ad omnes Codices, qui ex ipſius exemplo promanarunt, pervaſit. Quæ cum ita ſint, minime ſpernendum tamen præſidium nos in Codicibus, quibus licuit nobis uti, invenimus, non ſolum ad ſtatuendum, quid ex ſcriptis libris profeciſſet Caſauboniana recenſio horum Excerptorum, quid Editoris ingenio deberetur; verum etiam ad emendanda paſſim ſive ea, quæ ex Hervagiana editione retinuerat Caſaubonus, ſive quæ in ea immutaverat.

Codicum vero, qui hodie ſuperſunt, quibus illa *Excerpta* continentur, *varia* eſſe *genera* reperio. 1. *Primum genus* eorum, qui totam ipſius Compilatoris rationem tenuerunt: id eſt, qui *Excerpta non ex eis tantum Polybii Libris, qui quintum ſequuntur, ſed ex prioribus quinque pariter complectuntur,* atque etiam breves illas ſententias ſive Fragmenta minora exhibent, quæ ex eis Hiſtoriæ Polybianæ partibus, quæ in ipſa Epitome prætermiſſæ ſunt, ad marginem paſſim adnotaverat Compilator. Quibus de minoribus Fragmentis Iſ. Caſaubonus, poſtquam ex illorum numero ea, quæ ex Libris poſt quintum ducta ſunt, in unum locum collecta inter Fragmenta Polybiana edidiſſet, c) univerſe his verbis monuit lectorem: *Sciendum eſt,*

b) Confer Præfationem eidem Tomo I. præmiſſam, Sect. IV. n. 6. p. XLVI.

c) Pag. 1028 ſq. edit. Caſaub. (Edit. Gron. T. II. p. 1541 ſq. Erneſt. T. III. p. 263 ſq.)

est, inquit, *auctorem Epitomes, in conficiendis his Eclogis, interdum etiam breviores quasdam excerpsisse sententias, quæ in Vrbinati Codice extra paginam in mundo, suis quæque locis, sunt descriptæ. Exempli gratia, sub finem libri primi ad Excerpta de bello Sociali Carthaginiensium in ora codicis est hæc gravissima sententia adnotata:* Οὕτως καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως. *quæ extat p.* 88. (lib. I. cap. 88, 3.) *Eadem ratio servata ubique. Quin igitur vere Polybiana ista sint, per illum optimum codicem dubitare nobis non licet.* Ex hoc itaque genere est CODEX ille VRBINAS, hodie VRBINO-VATICANVS, de quo jam in Præfatione ad Tomum primum hujus editionis verba feci: d) omnium ceteroquin codicum Polybianorum, quos novimus, excepto illo Vaticano qui quinque priores Libros integros continet, vetustissimus. Quo ex codice Lectiones ab Hervagiano exemplo discrepantes, a libro primo usque ad libri noni caput 19 extr. (quod nobis caput vigesimum est) studiose nostram in gratiam enotatas, nobiscum communicavit idem, quem sæpius laudavi, Spallettus. In reliqua parte libri noni, & in sequentibus libris, contentum esse oportuit ea Lectionis Varietate, quam ex eodem codice ipse olim Is. Casaubonus ad oram sui exempli editionis Hervagianæ adnotaverat; quo de exemplo Iac. Gronovius lectiones istas codicis Vrbinatis, nota *Vrb.* signatas, una cum aliis Casauboni adnotatis, in libellum transscripsit, cujus usus mihi cum reliquo Adparatu Gronoviano ad Polybium Ill. Ruhnkenii beneficio concessus est. e) Codex hic Vrbinas nihil habet *ex libro decimo septimo* excerptum. Quæ vulgo ad librum XVII. referuntur, ea hic codex *ad decimum octavum*

 librum

d) Sect. IV. n. 6. p. XLV seqq. ubi etiam alia nonnulla specimina istorum brevium Fragmentorum, quæ in ora hujus Codicis notata sunt, dedimus p. XLVII seq. Laudem, qua eumdem codicem prosecutus est Casaubonus, vidimus in eadem Præfat nostra ad Tom. I. p. XX. nota e).

e) Vide Præfat. ad Tom. I. Sect. II. n. 5. p. XXIII. ibique notam o).

librum refert, hoc titulo, Πολυβίου τοῦ ΙΗʹ. ſcil. Ἐπιτομή. Quod quidem, cum ex conſenſu aliorum bonæ notæ codicum & Stephani Byzantini, tum vero ex temporum ratione, quorum res geſtæ & hoc libro & præcedente libro XVIto continentur, colligi poteſt haud immerito eſſe factum. Videturque aut nihil prorſus excerptum ex libro decimo ſeptimo fuiſſe ab ipſo compilatore horum Excerptorum, aut, ſi quid fuit, illud intercidiſſe: niſi fortaſſe pars aliqua libri illius, de quo ambigitur, nempe tredecim priora capita, ad *ſeptimum decimum*, reliqua ad *decimum octavum librum* fuerint referenda; quam rationem nos in hac editione cum Henr. Valeſio tenebimus.

Vrbinati Codici ſimillimus fuit is, quo FVLV. VRSINVS olim uſus eſt in Emendationibus in Polybium, quas ad calcem Eclogarum de Legationibus adjecit. [f]) Quod quidem cum ex ipſis maxime emendationibus, quas hiſce Excerptis adtulit, intelligere mihi viſus ſum; tum vero ex eo colligi poſſe putaverim, quod inter Fragmenta Polybiana easdem ſententias, quas ex codice Vrbinate exhibuit Caſaubonus, jam ipſe ediderat Vrſinus. [g]) Nam quod vir, quem in indicandis codicibus msstis, quibus uſus eſt, perbreviter ſemper ac jejune (ut fere ſolebant ea ætate editores) verſatum videmus, ſententiis iſtis tituli loco hæc verba inſcripſit, *Ex libro manuſcripto incerti;* id quidem non eo valere puto, ut inde *appareat, aliena fide illas ediſſe Vrſinum,* nec vidiſſe codicem in quo illæ ineſſent, quod Caſaubonus ſibi perſuaſerat. [h]) Imo vero ſuſpicari prope liceret, eisdem ipſis Vrbinatibus membranis uſum eſſe Vrſinum, ni paſſim loca nonnulla dubium moverent, ubi ex vetere ſuo Codice notabiles Lectiones protulit, quas ex Vrbinate nec a Spalletto nec a Caſaubono enotatas video.

2. Aliud

f) De illis Vrſini Emendationibus dictum eſt in Præf. ad Tom. I. Sect. II. n. 3. p. XIX. & Sect. IV. n. 7. p. XLVIII.

g) In Selectis de Legationibus p. 274 ſq.

h) Caſaub. in Fragmentis Polybianis, loco paulo ſuperius citato.

2. Aliud eſt genus eorum Codicum, in quibus *Excerpta ex libro ſexto & ſequentibus adjecta ſunt quinque prioribus libris integris.* Hoc ex genere fere unicus, qui ad noſtram notitiam pervenit, CODEX AVGVSTANVS eſt:[i]) qui, ſicut ceteris omnibus, qui quidem hæc Excerpta continent, excepto Vrbinate, vetuſtior eſt, ſic & multo emendatior, & bonitate Vrbinati proximus; atque etiam haud raro probas lectiones præſtat, ubi ille in errore verſatur. Et hic pariter codex, prætermiſſo libro XVII, quæ Excerpta vulgo iſto numero notantur, ad librum XVIII refert, hoc titulo: Πολυβίου τοῦ ιή λόγου κατ' ἐπιτομήν.[k]) In fine autem non habet illa adſumenta, quæ aliis codicibus recentioribus ſive per errorem ſive per fraudem quamdam adjecta ſunt, de quibus paulo poſt dicemus.[l])

Eſt quidem *Florentiæ* in *Bibliotheca* LAVRENTIANA MEDICEA Codex, idem ille de quo ſupra dixi,[m]) qui præter quinque priores libros Polybii integros Excerpta etiam ex reliquis, a ſexto usque ad decimum ſeptimum vel octavum, ſicut Auguſtanus, complectitur, neque in fine aliud Excerptorum adſumentum habet. Sed in illo, ſicut in aliis recentioribus, de quibus mox agetur, extremus Excerptorum Liber non *decimus octavus*, ſed *decimus ſeptimus, ιζ'.* numeratur. Suntque in eodem codice Excerpta illa Polybiana non ab ea manu, quæ quinque priores libros ſcripſit, ſed ab alia manu ſuppleta; ut poſt Montfauconium in Biblioth. Msstorum T. I. p. 375. docuit Bandinius in Catal. Biblioth. Laurentianæ T. II. p. 628. Ex illo Mediceo Codice, qui ſæpius cum Hervagiano exemplo & aliis recentioribus codicibus in deteriora abit, ubi Auguſtanus probam lectionem tenet, Varietas Lectionis excerpta eſt in Adparatu noſtro Gronoviano ad Polybium; pariterque ex *alio codice* MEDICEO, qui Excerpta

i) De eo confer quæ diximus in Præfat. ad Tom. I. Sect. IV. n. 2. p. XXXVI ſqq. & Sect. II. n. 2. p. XVI ſq.

k) Simili modo quisque liber inſcriptus eſt: veluti ſextus, *Πολυβίου τοῦ ϛού λόγου κατ' ἐπιτομήν.*

l) Vide infra, n. 4.

m) Præf. ad T. I. Sect. IV. n. 5. p. XLIII.

ex libro VI - X. continet, quem Bandinius T. II. p. 641. recensuit. Nec tamen valde religiosa diligentia ex his codicibus lectiones omnes discrepantes a Gronovio excerptæ videntur; puto, quod earum multas nimis manifeste mendosas esse intellexisset. n)

3. Sunt alii Codices, in quos *Excerpta ex uno* potissimum *libro Sexto Polybii,* ob notabile inprimis argumentum *de Reipublicæ ac Militiæ Romanæ ratione & præstantia,* relata sunt; eadem prorsus, ab initio ad extremum, quæ aliis codicibus continentur. Istis autem libri Sexti reliquiis adjecta sunt, ob argumenti similitudinem atque cognationem, *Fragmenta nonnulla ex aliis Libris decerpta.* Scilicet primo: Ἀπὸ τοῦ δεκάτου ὀγδόου λόγου, id est, ex *libro XVIII* fragmentum illud, quo & *armaturam & aciei instructionem Romanorum atque Macedonum* inter se confert Polybius; a verbis Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτον βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν (quæ vulgo medio cap. 23. libri XVII. leguntur, in hac nostra autem editione initium facient capitis undecimi libri XVIII.) usque ad verba ἤει πρὸς Λάρισσαν. quæ vulgo claudunt cap. 29. ejusdem libri XVII. nobis autem sunt extr. cap. 16. libri XVIII. Tum Fragmentum *de Scipionis animo imperatorio & exercitationibus militaribus:* Ἀπὸ τοῦ δεκάτου λόγου, *ex libro Decimo,* a verbis Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς, usque ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυράν. (lib. X. cap. 19 - 22.) Cui fragmento, per errorem amanuensis, (ut videtur) qui istum locum excerpere debuit, subjectum est continua serie aliud breve Fragmentum, quod in tota collectione Excerptorum antiquorum (cap. 23. libri X.) proxime sequebatur, sed ad superius argumentum nihil perti-

n) Enotatæ sunt illæ Lectiones codicis Medicei in ora ejusdem exempli editionis Gronovianæ, de quo dixi loco modo citato. Ad finem libri XVII. p. 1077 hæc notavit Gronovius: *Finivi collationem Polybii hujus cum Ms. Laurentiano, in pergameno, & quadrato, sed nuperæ manus, die 20 Octobris Florentiæ.* In fine libri X. p. 865. hæc adscripsit: *Hucusque Mstus in folio & charta.* Ex hoc codice ductæ videntur illæ lectiones, quæ adjecta habent verba *alter ms.* Quæ vel nullam notam vel notam 2 adjectam habent, in his uterque Codex consentire videtur.

pertinet. Denique addunt nonnulli & aliud Fragmentum, pariter nihil ad rem, de qua in ſuperioribus agebatur, ſpectans, cui titulum περὶ Μηδίας faciunt; quod vulgo caput 24. ejusdem libri X. occupat, nobis cap. 27. libri X. erit. Hoc genus Excerptorum exhibet in Bibliotheca Laurentiana Medicea Codex ille membranaceus ſeculi decimi quinti, complura ſimul Xenophontis ſcripta complectens, quem recenſuit Bandinius in Catal. Tom. III. p. 203. Quo in codice, initio Excerpti illius quod ex libro XVIII. ductum eſt, in ora libri hoc legitur de iſto Excerptorum Polybianorum ſelectu monitum: Ἑκόντες παρήκαμεν τοὺς μεταξὺ ἀπὸ τοῦ Ἕκτου λόγους, καὶ ἐθέμεθα τάδε τοῦ ιή. διὰ τὴν σύγκρισιν ἣν ποιεῖται ὁ συγγραφεὺς τῶν Ῥωμαϊκῶν καὶ Μακεδονικῶν στρατευμάτων. id eſt: *Conſulto prætermiſimus libros a ſexto interjectos, & hæc ex libro XVIII. adpoſuimus, propter collationem quam inter Militiam Romanorum & Macedonum inſtituit Scriptor.*

Eadem Fragmenta, excepto ultimo περὶ Μηδίας, uno tenui volumine, forma majori, complectitur CODEX REGIVS *No. MDCLII;* quem, non admodum licet antiquum, diligenter conſuluiſſe & cum vulgato textu contuliſſe minime me pœnituit. In hoc Codice, quem nota *Reg. D.* inſignivi, poſt Excerptum illud quod ex libro XVIII. ductum eſt, leguntur duæ ſententiæ Polybianæ ex illarum numero, quas oræ codicis Vrbinatis inſcriptas eſſe ſupra monui; o) ſcilicet: Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας &c. quæ etiam in Ecloga VI. de Legat. conſervata eſt, atque in noſtra editione libro XVIII. cap. 20. v. 7. legetur. Tum: Οὐδεὶς γὰρ οὕτως οὔτε μάρτυς &c. quæ a nobis capiti 26 libri XVIII. (quod Eclogam VIII. de Legationibus continebit,) ſubjicietur, præeunte Livio lib. XXXIII. cap. 28. p) Ex quo intelligitur, eum,

 qui

o) Hac Sect. n. 1. not. *c*).

p) Adjecta eodem loco in hoc codice alia eſt ſententia: Τῶν γὰρ παραβόλων καὶ καλῶν ἔργων ἐφίενται μὲν πολλοὶ, τολμῶσι δ' ὀλίγοι ψαύειν. quæ in pleniore Excerptorum collectione paulo poſt in ipſo contextu legitur, initio capitis 34. (nobis cap. 36.)

qui primus ſelectum inſtituit Excerptorum hoc codice comprehenſorum, exemplari uſum eſſe ex eo genere, ad quod vetuſtas illas Vrbinates membranas retulimus. Regio iſti Codici ſimilis eſt OXONIENSIS, *Bibliothecæ Bodlejanæ, No.* 3367. ex quo varietatem Lectionis a Iac. Gronovio enotatam in *Adparatu Gronoviano* inveni. De ipſo codice hæc monuit Gronovius: [q]) *Contuli librum VI. cum Ms. Oxonienſi, qui in primis paginis indicabatur fuiſſe e libris* DAVIDIS HOESCHELII *Auguſtani. Et præter ſextum erant Fragmenta quinque foliorum ex Libro, ut notabatur, XVIIIvo. In fine erat* Θεῷ τῷ δόντι τὴν ἀρχὴν καὶ τέλος δόξα. [r])

4. Poſtquam cœptum erat, libri ſexti reliquias ſeparatim deſcribere, ex eo tempore *Excerpta* ex ceteris libris, *a ſeptimo usque ad decimum octavum,* ſeorſim exſcribi, absque ſexto, vulgo cœperunt. Cujus generis ſat multi Codices ad hunc diem ſuperſunt. Sunt duo REGII, No. MDCL. & MDCLI, quibus uſus ſum; quorum illum *Reg. F.* hunc *Reg. G.* inſignivi. Horum altero (neſcio utro; neque enim multum inter ſe differunt) uſus eſt Caſaubonus, qui eum *non admodum bonæ notæ* eſſe nec immerito pronunciavit. [s]) Vterque ſeculo XV. ſcriptus perhibetur. His paulo meliorem & emendatiorem reperi, qui mihi interdum fons etiam illorum viſus eſt, quem VESONTINVM adpello, ad Bibliothecam Abbatiæ S. Vincentii, quæ Veſontione in Comitatu Burgundiæ eſt, pertinens; qui mecum, intercedente Brunckii noſtri gratia, eſt communicatus. Ejusdem fere notæ TVBINGENSIS eſt CODEX, cujus diverſitatem Lectionis diligentiſſime enotatam, & cum

q) Ad initium libri VIti, in eo exemplo Polybii Gronoviani, quod Lectiones Polybianas a Ioh. Bœclero ex codice Auguſtano excerptas margini adſcriptas habet.

r) Eadem Excerpta ex libro VI. cum adpendice ex libro XVIII. adnexa ſunt libris quinque prioribus integris in *Codice San-Germanenſi* No. CCCXVIII. cui quidem non multum momenti tribuit Montfaucon in Biblioth. Msſtorum T. II. p. 1063. Cf. Catal. Biblioth. Coislianæ p. 430.

s) Vide Præfat. noſtram ad Tom. I. p. xx.

cum variarum editionum & codicis Auguſtani lectionibus collatam, publici juris fecit Reuſſius Vir Clariſſimus. [t])

Iſti Codices cum plurima alia, tum hoc, inter ſe commune habent, ut, quem *librum* alii *decimum octavum* ferunt, eumdem *ſeptimum decimum* numerent; ne ſcilicet ex uno libro, inter ceteros interjecto, intercidiſſe viderentur Excerpta. Tum vero vel idem ille, qui primus iſtum numerum mutavit, vel alius deinde librarius, quum videret, eis codicibus, de quibus paulo ante dixi, qui librum ſextum continent, adjectum eſſe Fragmentum ex libro XVIII; ſive imprudens, neque cogitans hoc ipſum fragmentum jam paulo ante in eodem libro, quem XVII numeravit, a ſe deſcriptum eſſe, ſive (quod credibilius eſt) fraude quadam, ut fucum faceret emtori, eique perſuaderet, pleniorem & locupletiorem Polybianum codicem ſe illi vendere; idem ipſum Fragmentum, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν &c. velut ex ſequenti Libro excerptum, denuo deſcripſit, & ſuperioribus Excerptis adjecit, præfixo titulo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιή λόγου. id eſt: *Excerpta ex Polybii Libro XVIII.* Denique & Fragmentum illud de Scipione, de quo pariter paulo ſuperius dixi, Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς &c. repetiit prioribusque attexuit; non quidem *decimum Librum* inſcribens, ſed, quo auctiorem nimirum Polybium daret, ad *decimum nonum Librum* referens, hoc titulo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιθ′ λόγου. Περὶ τῆς Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Eidemque fragmento, ut paulo etiam ampliores viderentur Reliquiæ quas ex libro XIX. exhiberet, alterum fragmentum (ex eodem libro X. ductum) περὶ Μηδίας, adjecit. Iſtam, quam expoſui, codicum hujus familiæ rationem quum non perſpiceret Neſſelius in recenſione duorum ex eadem familia *Codicum* Polybianorum, qui ſunt *in Bibliotheca*

t) *Ierem. Dav. Reuſs Beſchreibung einiger Handſchriften aus der Univerſitæts-Bibliothek zu Tübingen, nebſt Anzeige der verſchiedenen Lesarten.* Tubing. 1778. in 8. Conf. Præf. ad T. I. p. XIII.

theca Cæsarea Vindobonensi, [u]) non modo sibi fucum fieri passus est, verum etiam doctissimo persuasit Fabricio, inesse in illis codicibus Excerpta Polybiana, quæ in lucem nondum essent protracta. [x]) Quem errorem Kollarius coarguit, in Epistola de Commentariis in manu exaratos Codices Bibliothecæ Vindobonensis. [y]) Ex eisdem Codicibus Vindobonensibus specimina Lectionum e duobus prioribus capitibus libri septimi excerptarum olim ad me miserat Illustris L. B. de Locella, uberiora etiam ultro offerens, si operæ pretium mihi videretur: sed quum intelligerem, post ea quæ mihi ad manus essent subsidia, nihil magnopere utilitatis ad Polybium ex aliorum istius præsertim familiæ codicum collatione accessurum, veritus sum & otio & humanitate politissimi Viri abuti.

Ad eamdem familiam pertinuisse eum Codicem, quo ad procurandam editionem *Hervagianam* usus est *Arlenius,* [z]) intelligitur ex eo, quod in fine græci textus Excerptorum ex libro XVII. monuit Editor; ubi, *in græco exemplari,* inquit, *quædam sequebantur, ex præcedentibus tantum excerpta, quamquam titulo Epitomes libri XVIII inscribebantur: ea certo consilio omittenda censuimus.* [a]) Eodem pertinet *Leidensis Codex,* ad quem in Notis editis nonnumquam provocavit Gronovius, & passim in ora msta exempli suæ editionis. [b]) Tum Codex *Dorvillianus,* e quo Lectiones nonnullas, minime quidem bonitate præstantes,

u) Catal. Biblioth. Vindobonensis, Parte V. Cod. 25. & Cod. 30.

x) Fabricius in Bibl. Græc. T. II. p. 755.

y) Conf. Acta Eruditorum Lipsiensia anni 1760. p. 286.

z) Conf. Præf. nostram ad T. I. Sect. II. n. 2.

a) Codex ille quorsum pervenerit, non satis habeo compertum. Casaubonus, de Codicibus Polybianis differens, quibus ipse usus est, ait; *idem ipsum exemplar, unde Basileensis editio fuerat desumta, a Franc. Pithœo sibi esse suggestum.* (Vide Præf. nostr. ad T. I. p. XX.) Sed quum in Rhemensem Bibliothecam migraverit Pithœana, illius codicis tamen in recensione Bibliothecæ Rhemensis apud Montfauconium in Bibliotheca Msstorum nullam video mentionem factam. Quod si dono datus ille codex Casaubono est, fuerit hodie, si cui tanti videbitur, inter Oxonienses quærendus.

b) De illo codice cf. Reisk. Animadv. ad Polyb. p. 615. & Catal. Biblioth. Lugduno-Bat. p. 343.

ſtantes, protulit Dorvillius ad Charitonem. Denique *Oxonienſes Bodleiani tres*, No. 3664. 65. 66: [c]) qui, quamquam in Catalogo Codd. Msstorum Angliæ in Codicibus Ioh. Seldeni recenſentur, tamen Iſaaci Caſauboni olim fuiſſe videntur; cujus filius Mericus Caſaubonus *Epitomarum* Polybii *plura mssta exemplaria* commemorat, ad ſe miſſa, quæ patris Iſaaci olim fuiſſent. [d]) In quibus Codd. Oxonienſibus, ut ex Gronovianis ſchedis intellexi, eſt is qui a *Joyeuſio* Cardinali olim Iſ. Caſaubono fuerat oblatus: [e]) & eſt fortaſſe in eisdem *Memmianus*, cujus idem Caſaubonus meminit, & e quo ſubinde lectionem aliquam in ora ſui exempli notavit Gronovius: denique in eisdem fortaſſe etiam eſt Pithœanus ille, ex quo olim ab Arlenio editio Baſileenſis adornata eſt. [f])

5. Denique ſingularis eſt CODEX REGIUS MMDCCCCLXVII. qui ad ſeculum XV. refertur: quo codice, præter alia aliorum Auctorum ſcripta, continentur *ex Polybii libris nonnullis ſelecta Excerpta;* quæ negligenti quidem ſtylo, ſed ex ſatis probato exemplari deſcripta ſunt, ita ut inter plurima eaque putida utique librarii ſphalmata multæ probæ lectiones in hoc codice ſint conſervatæ, quæ in aliis codicibus depravatæ ſunt. Hunc nota *Reg. E.* deſignavi. Inſunt autem ei Fragmenta ex libro VI. cap. 1-16. (capita nunc dico editionis Gronovianæ & Erneſtinæ:) tum rurſus ex VI. 41-56. X. 1-20. X. 29-

37-

c) Codex Bodl. 3666. in Catal. librorum msstorum Angliæ T. I. p. 162. diſerte his verbis recenſetur: *Polybii Excerpta ex ſeptimo ad decimum nonum librum, cum fragm. de Media.* Duo præcedentes codices, no. 3664 & ſq. brevioribus verbis expediuntur: *Excerpta ex Hiſtoriis Polybii.*

d) Vide Mer. Caſauboni Præfat. ad Notas ſuas in Polybium, Tomo III. Polybii Gronoviani p. 207. — Edit. Ern. T. III. p. 692.

e) Conf. Præfat. noſtram ad T. I. p. xx. *Joyeuſianus* ille tamen *ſexti* etiam libri Polybiani Epitomen cum ceteris complectitur. Certe Iac. Gronovius eodem loco, ubi de codice Oxonienſi, olim Hœſcheliano, qui Epitomen libri ſexti continet, locutus eſt, hæc verba adjecit: *Iisdem ſittybis* (inquit) *erant conjuncta eadem libri VIti cum reliquis omnibus Fragmentis, quæ indicabantur fuiſſe e Bibliotheca Illuſtriſſ. Cardinalis D. Joyeuſii &c. quæ collationem non merentur.*

f) Vide, paulo ante, notam *e*).

37. XI. 17. XI. 1-3. (cui Fragmento tamen perperam inscriptus rursus titulus est, ἐκ τοῦ δεκάτου.) Tum rursus XI. 18-31. XIV. 1-20. XV. 1-19. Denique XVII. 23. med. (nobis XVIII. 11.) a verbis illis, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον &c. hoc titulo: Ἐκ τοῦ ιηου τῆς Πολυβίου ἱστορίας. usque cap. 28 extr. (nobis XVIII. 15.) Hic est codex ille *ms. Regius*, ex quo Lectiones nonnullas ex Polybii libro VIto laudavit Henr. Valesius in *Variis Lectionibus in Polybium*, quas Excerptis de Virt. & Vitiis in fine adjecit. Ad eumdemque codicem idem Valesius in Notis ad eadem Excerpta p. 18. provocavit. [g])

II.

CODEX BAVARICVS *Excerptorum* DE LEGATIONIBVS *vel* DE LEGATIS, ΠΕΡΙ ΠΡΕ'ΣΒΕΩΝ. *Tum de aliis Codicibus manuscriptis ejusdem argumenti.*

De *Excerptis* vel *Selectis*, quæ περὶ Πρεσβειῶν, DE LEGATIONIBVS vulgo inscribuntur, differens in Præfatione primo Tomo nostri Polybii præmissa, [h]) oblitus eram monere, Titulum istum non ex scripto codice, qui illas continebat eclogas, sed *ex Vrsini ingenio atque emendatione*, qui primus eas in lucem edidit, profectum videri. Certe & *Pacianus Codex*, [i]) & *Schottanus*, eadem Ex-

g) In Polybio Gronov. T. III. p. 361. Edit. Ernestii T. III. p. 175.

h) Sect. I. n. 5. p. IX seq.

i) *Iulii Pacii* codice msto, Eclogas de Legationibus continente, in edendis Dionysii Halicarnassensis Antiquitatibus Romanis usus olim est *Frid. Sylburgius*, ut docet ipse in Præfatione; ubi, *Fragmenta Legationum*, ait, *a Fulv. Vrsino primum publicata, hac editione denuo collata sunt ad manuscriptum exemplar, quod inter alia non aspernanda in thesauris suis habet Iulius Pacius, philosophus & jurisconf. præstantissimus.* De eodemque *codice Paciano* in Notis ad eumdem Dionysium p. 82. hæc refert: „*In cod. manuscr. Iulii Pacii alius* [puta, quam apud Vrsinum] *bis* Ἐκλογαῖς *præfixus est titulus, hic scilicet:* Περὶ Πρέσβεων (*rectius* Πρεσβειῶν) Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς." — Vrsini quidem igitur titulum, περὶ Πρεσβειῶν, quem rectiorem judicavit, tenuit in Dionysio Sylburgius, ut in Polybio Casaubonus. Quem vero *Sylburgianum* librum mstum Excerptorum de Legationibus laudat Leunclavius, (de quo deinceps,) aut idem ille Pacianus est, aut ex eo utique transscriptus.

Excerpta exhibentes, περὶ Πρέσβεων, id eſt, DE LEGATIS, erant inſcripti; eumdemque titulum BAVARICVS noſter & in fronte gerit, & ſæpius deinde repetit; denique in græco horum Excerptorum Proœmio, quod ex Schottano codice Hœſchelius edidit, eodem modo legitur. [k]) Quare non eſt cur dubitemus, eumdem pariter Vrſiniano codici Titulum fuiſſe inſcriptum; ſed ipſum Vrſinum, qui & ceteroquin in contextu etiam multa tacite mutavit, & de manuſcripto codice, unde hæc Excerpta hauſit, nonniſi perquam breviter atque jejune monitos Lectores in Præfatione voluit, περὶ Πρεσβειῶν pro περὶ Πρέσβεων ſua auctoritate poſuiſſe. [l]) Quam ſcripturam quum ex ipſo Codice Vrſini ductam putaret Iſ. Caſaubonus, eamdem non ſolum retinuit, verum etiam in græco Proœmio, quod & ipſe (quum ab Vrſino prætermiſſum eſſet) ex Andreæ Schotti codice edidit, Πρέσβεων, quod ibi

k) Ex *Codice Andreæ Schotti*, cujus viri Bibliotheca, ut ait Hœſchelius, nemini non patebat rempublicam juvare cupienti, idem *Davides Hœſchelius*, adhibito ſimul Bavarico noſtro Codice, Auguſtæ Vindel. anno MDCIII. edidit *Eclogas Legationum, ex Dexippo Athenienſi* aliisque junioribus Scriptoribus collectas, quas Vrſinus in ſua prætermiſerat editione. Et ibi quidem Hœſchelius in ſumma paginarum ora retinuit Vrſinianam inſcriptionem περὶ Πρεσβειῶν; ſed cum in ſua Præfatione, tum in græco Compilatoris Proœmio p. 1. & 2. rurſusque in Titulo p. 3. ex Schottano Codice περὶ Πρέσβεων dedit. Eamdemque ſcripturam tenuit *Phil. Labbeus* in Excerptis de Legationibus, cum Protreptico ad Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ editis, p. 3. & p. 7.

l) Multa Vrſinum de eis, quæ in ipſius Codice erant ſcripta, ſua auctoritate mutaſſe, monui in Præfat. ad T. I. Sect. II. n. 3. p. XVIII ſeq. Quæ autem de ipſo Codice, quo uſus eſt, lectorem in Præfatione docuit Editor, hæc ſunt: *Ant. Auguſtinus*, inquit, *Archiepiſcopus Tarraconenſis, miſit ad me ſuperioribus annis Polybii Fragmenta quædam. ut titulus indicabat, περὶ Πρεσβειῶν, a Iohanne quodam Conſtantinopolitano collecta. qui Romanam antiquitatem in capita & locos communes digeſſerat; ut eum librum a mendis, quibus pæne infinitis corruptus erat, vindicarem; & cum ſtudioſis etiam, ſi videretur, communicarem.* Quid indicaverit titulus, dixit: ipſum titulum ad verbum expromere non dignatus eſt. De Eclogis ex aliis Scriptoribus præter Polybium, quæ eodem codice comprehenſæ erant, (quarum partem etiam ſimul cum Polybianis Eclogis edidit, partem prætermiſit,) ne verbulum quidem in Præfatione fecit. Denique de multis aliis, de quibus ibi diſſerendi locus erat, dubios lectores reliquit.

ibi erat, in Πρεσβειῶν mutavit. [m]) Neque vero, quemadmodum absque ulla adjectione, περὶ Πρεσβειῶν, Eclogas has Vrſinus inſcripſit, ſic nude περὶ Πρέσβεων dant manuſcripti libri: ſed Bavaricus quidem habet περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν (ac in medio libro alicubi etiam ἐθνικῶν) πρὸς Ῥωμαίους. Pacianus autem, περὶ Πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς. Denique Schottanus, in Procemio quidem, περὶ Πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς· in inſcriptione vero Eclogarum, ſicut Bavaricus, περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους. Videntur autem ambæ phraſes, ex conſilio ejus qui has Eclogas ex græcis Hiſtoriarum Romanarum ſcriptoribus conficiendas curavit, debuiſſe conjungi; quoniam promiſcue & Legationes gentium ad Romanos, & Romanorum Legationes ad exteras gentes, in iſtis Eclogis exponuntur. Sed id omne quidem ad ipſum Polybium parum utique refert.

Quoniam vero *Vrſini Codex* harum Eclogarum *de Legatis* vel *de Legationibus* (tenebimus enim & nos hunc titulum, communi omnium uſu receptum) plurimis mendis, ut ipſe profeſſus eſt editor, fuerat obſitus; [n]) quarum magnam quidem partem ipſe Vrſinus ex ingenio emendavit, partem Iſ. Caſaubonus ex *Andreæ Schotti Codice,* adhibitis etiam ſuis conjecturis, correxit; [o]) ſed ita, ut codicis lectiones, a ſe mutatas, ſæpe tacuerit Vrſinus, & ut in Caſauboni correctionibus, quid codicis Schottani debeatur auctoritati, quid ex editoris ingenio ſit profectum, nusquam valeas diſcernere: ſane quam deſideraveram, ut, ſi minus ipſos illos libros, quibus olim uſi eſſent Fulv. Vrſinus, Andr. Schottus, Iul. Pacius, conſulere perluſtrareque mihi

m) Eodem modo in Indice Codicum msstorum, quibus uſus eſt, (vide Præf. noſtr. ad T. I. p. xx.) titulum codicis Schottani, περὶ Πρεσβειῶν, non περὶ Πρέσβεων, perhibuit Caſaubonus. Nec tamen ipſum Schotti Codicem, ut paulo inferius docebo, vidit Caſaubonus: ſed Procemium illud, quod dixi, ex Hœſchelii utique editione ſumſiſſe videtur.

n) Vide paulo ante, not. *l*) & conf. Præf. noſtr. ad T. I. p. XVIII ſq.

o) *Multa emendavimus*, ait Caſaubonus, *nec pauca ſupplevimus e codice ms.* περὶ Πρεσβειῶν *viri eruditiſſimi Andreæ Schotti.* Vide Præf. noſtr. T. I. p. xx. & p. XXII.

mihi liceret, ſaltem diligenter ex eisdem enotatas Lectiones ab edito contextu diſcrepantes contingeret nanciſci. Eoque etiam magis optabile nobis fuerat tale quoddam ad recognoſcenda emendandaque hæc Excerpta ſubſidium, quoniam in BAVARICO noſtro & initium aberat Eclogarum ex Polybio ductarum, & in reliqua earumdem eclogarum ſerie multæ rurſus ex his, quas habet Vrſini editio, deſiderabantur. Sed nullius ex illis, quos nominavi, codicibus, de quibus ceteroquin & in inſtructiſſima Montfauconii Bibliotheca Msstorum & in aliis ejusdem generis repertoriis altum eſt ſilentium, nullum usquam ne veſtigium quidem, ad hunc diem, deprehendere mihi licuit. Et *Vrſinianus* quidem *Codex*, ſi modo ſupereſt hodie, in Hiſpania fuerit fortaſſe quærendus, quo remiſſus eſſe ab Vrſino videtur, poſtquam ea, quæ in lucem emittere placuit, inde depromſerat Editor: certe nec ex Vaticana Bibliotheca, ubi ſuſpicatus eram latere eum codicem, per diligentiſſimum Spallettum noſtrum quidquam de eo potui reſcire. Ac ſubiit etiam interdum dubitare, ipſum-ne antiquum Exemplar, an Apographum ſolum ad Vrſinum miſerit Tarraconenſis Archiepiſcopus, cujus fuerat ille codex. *Pacianum librum*, poſt Sylburgium, a nemine ne memoratum quidem video. Iam ad *Schottanum* quod ſpectat *Codicem*, quum per complures aliquot annos in Hiſpania verſatum eſſe conſtet Andream Schottum, atque etiam circa annum MDLXXXIV contubernalem fuiſſe ejusdem Ant. Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſc. qui librum *de Legationibus* ad Vrſinum miſerat; nata mihi eſt ſuſpicio, Schotti illum librum ex eodem fortaſſe exemplari, quod vel ipſum vel cujus apographum cum Vrſino communicatum fuerat, eſſe deſcriptum. Cui non repugnat, quod & plurima, quæ non ediderat Vrſinus, complexus eſt Schottanus codex, (quæ partim jam ante Vrſini editionem in ipſorum auctorum ſuperſtitibus operibus edita legebantur, atque ob eam cauſam ab Vrſino neglecta fuerant; partim deinde ab Hœſchelio & Labbeo ſunt edita, ex junioribus auctoribus

Excerpta;) aut quod in eisdem Polybianis Eclogis, quæ erant in Vrſini editione, multa ex eodem codice emendare, & nonnullas etiam lacunas ſupplere potuit Caſaubonus. Ac mihi probabile viſum eſt, Schottum, quum in Hiſpania apud Ant. Auguſtinum degens editionem Vrſini eſſet nactus, primum quidem eclogas ab Vrſino editas cum ipſo exemplari Auguſtini denuo contuliſſe, & diſcrepantes ab Vrſiniano contextu Lectiones, hiatuumque nonnullorum, qui in Vrſini editione (ſive amanuenſis culpa, ſive typographi) paſſim fœdabant orationem, ſupplementa ex exemplari enotaſſe; p) deinde vero reliqua omnia, quæ multa adhuc ſupererant in exemplari, quæ non ediderat Vrſinus, integra deſcripſiſſe, ut olim edenda curaret. q) Vna tamen maxime res dubitationem quamdam movere poteſt; qua de re quid ſtatuam, certi nihil habeo: ſcilicet, quod Vrſinus a *Iohanne* quodam *Conſtantinopolitano* collectas illas Eclogas dicit, quarum collectionem *Theodoſio* cuidam, cognomine *Parvo*, Schotti codex cum aliis tribuebat. r) Sed, undecumque tandem nomen iſtud, nemini alii memoratum, *Iohannis Conſtantinopolitani* arripuerit Vrſinus; ex eodem illo Vrſini de Collectore harum Eclogarum diſſenſu alias turbas in tota quæſtione de eisdem Eclogis natas video, quæ primum quidem Leunclavium in Dionis editione,

p) Multa paſſim in Vrſini editione ab operis officinæ Plantinianæ peccata eſſe; ex ipſius Vrſini Notis, ſi eas cum contextu græco conferas, ſatis adparet.

q) Id ſi ita eſt: ſi non antiquus codex fuit ille *Schottanus*, ſed ab ipſo Schotto de vetere exemplari recens deſcriptus; non fuerit magnopere mirandum, quod, poſtquam omnia, quæ in eo erant compreheníſa, publici juris ſunt facta, ipſe codex deinde non ſit conſervatus, & nusquam hodie compareat. Niſi forte etiamnunc alicubi latet hic codex; ac fortaſſe *Pacianus* quoque, aut etiam *Sylburgianus*, uſpiam ſupereſt. Quod quidem ſperare ſi fas eſt; ne illud quidem deſpero, fieri poſſe, ut aliquis ſtudioſus fautorque harum literarum, hoc noſtro fortaſſe deſiderio, quod diſſimulare non potuimus, excitatus, favente occaſione, ex tenebris in lucem eos ſit vindicaturus.

r) Cum *Schotti* codice conſentit *Sylburgianus* a Leunclavio laudatus, & *Thuaneus*, cujus mentionem a Caſaubono factam paulo inferius videbimus. In *Bavarico* nomen collectoris Eclogarum nusquam memoratum vidi.

tione, tum vero etiam Casaubonum in Polybio versantem, & cum his alios eruditos viros, in errorem induxerunt.

Scilicet Casaubonus in Indice Codicum Msstorum, quibus usus est, s) postquam dixerat, *in Excerptis de Legationibus multa se emendasse nec pauca supplevisse e codice ms. περὶ Πρεσβειῶν Andreæ Schotti;* his verbis pergit: „*qui* (Andreas Schottus) *etiam fragmenta quædam e Theodosii Parvi Excerptis descripta ad nos misit; quæ tamen vulgata prius fuerant, verum aliis locis, quædam etiam in secunda parte. Eorumpse excerptorum tomum primum invenimus in splendidissima librorum supellectile - - Iacobi Augusti Thuani. Certe in prima fronte ejus libri erant hæc verba, etsi diversa manu,* Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός. *De quo plura in Commentariis.*" Quibus ex verbis intelligere mihi visus sum, ipsum Schotti codicem Excerptorum de Legationibus non vidisse Casaubonum: non nisi Lectiones discrepantes atque Emendationes ad Eclogas Polybianas ab Vrsino editas, ex msto libro excerptas, cum Casaubono communicasse Schottum; simul vero integras nonnullas Eclogas Polybianas, quæ non fuerant in Vrsini editione, ad eumdem misisse. Quum vero etiam adnotasset Schottus, Collectorem Eclogarum in suo codice perhiberi *Theodosium Parvum;* t) id perperam ita interpretatus est Casaubonus, ac si *Lectiones* quidem *emendationesque* ductæ essent ex *codice ms. Eclogarum de Legationibus* ejusdem generis cum eo, quo usus Vrsinus erat; reliquæ vero *Eclogæ,* quas integras miserat Schottus, ex *alia atque diversa Excerptorum collectione* fuissent ductæ, cujus collectionis auctor *Theodosius* esset. At vero ex uno eodem-

 que

s) Vide Præfat. nostr. ad T. I. p. xx.

t) Nempe in fronte libri *Schottani* inscripta haud dubie erant verba illa, quæ & in *Thuaneo* codice Casaubonus, & in *Sylburgiano* Leunclavius invenit: Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν (vel ταῦτα) Θευδόσιός ἐστιν ὁ μικρός. Vnde etiam factum, ut ipsum quoque *Proœmium* græcum, quod toti collectioni Eclogarum de Legationibus in Schottano codice præmissum erat, eidem *Theodosio* tribuerint Hœschelius & Labbeus in Eclogis Legationum ex junioribus Scriptoribus excerptis, quas ex eodem Schottano codice ediderunt.

que codice & ex eadem Excerptorum collectione ductæ illæ eclogæ Theodosianæ erant, unde depromtæ erant Lectiones & emendationes ad Eclogas Vrsinianas: atque easdem, simul cum reliquis, haud dubie etiam complexus erat Vrsini codex; sed in editione sua prætermisit eas Vrsinus, quod sciret, in Historiis Polybii editis, scilicet partim in quinque libris prioribus, partim in Antiquis, quæ vocavimus, Excerptis ex libris sequentibus usque ad XVIII. easdem jam in lucem esse emissas. u) Atque id ipsum est, quod prædicto loco Casaubonus ait, *Excerpta ista Theodosii,* a Schotto ad se missa, *aliis jam locis,* (nempe passim in quinque prioribus Polybii libris;) *quædam etiam in secunda parte,* (id est, in Excerptis Antiquis; hanc enim *secundam* Historiarum Polybii *partem* ibi intelligit) *vulgata prius fuisse.*

Sed ita quidem Casaubonus, Eclogas illas Polybianas, quæ ab Vrsini aberant editione, ex diversa Excerptorum collectione & ab alio Compilatore esse ratus, levius sane erravit, quam ante eum erraverat *Leunclavius*, a quo etiam in errore suo confirmatus ille potissimum fuisse videtur. Et quoniam in eo sum, ut totam hanc *de Eclogarum istarum collectione* implicatam quæstionem paululum expediam, quam eo potissimum consilio institui, ut in Codices mstos, si qui

u) Pari ratione (docta sane illa, ac prudenti, si modo ex prætermissis Eclogis Lectiones saltem excerpsisset, quibus emendari vulgatus contextus posset) in *Excerptis ex Appiano* eas Eclogas omisit Vrsinus, quæ ex superstitibus Appiani libris ductæ erant; ut monui in Præfat. ad Appian. p. XI. & p. XXXI. Sic & in Excerptis ex Dione Cassio complura sunt in codice *Bavarico* (ante illud quod est num. XXXVIII. apud Vrsinum) ex libris Dionis superstitibus desumta, quæ eamdem ob caussam prætermisit Vrsinus. Fuisse autem easdem in Vrsini pariter Codice, cum ex eo colligi potest, quod & ceteroquin multas Vrsinus Eclogas habet, quæ desiderantur in Bavarico; nec vero ulla, quæ in Bavarico est, (quæ quidem ex libro alioquin deperdito ducta sit,) apud Vrsinum desideratur: tum vero & ex Vrsini Adnotatione ad Excerpt. XXXVIII. ex Dione satis intelligitur. Vt taceam, miraculo proximum videri debere, si in Codice illo antiquo præcise nonnisi ea fragmenta essent conservata, quæ ex libris aliàs deperditis ducta sunt; ex eis autem libris, quos alia via salvos ad nos pervenire passa est fortuna, nihil prorsus in eodem fuisset.

ſi qui fortaſſe ſuperſunt, inquirerem; operæ pretium videtur, ut ipſa Leunclavii verba adponam. Is igitur, in Præfatione Dioni latine a ſe converſo anno MDXCII præmiſſa, quæ repetita eſt in editione poſthuma græco-latina MDCVI x) hæc ſcripſit: *Ne denique Dio noſter auctario quodam deſtitueretur, quo priores editiones ſuperaret; Excerpta Theodoſii cujusdam græci hominis e Dione poſterioribus libris inſerui . . . Fuiſſe vero nomen hoc illi collectori, quodam in exemplari manu exarato, quod eſt eruditi viri Frid. Sylburgii, notatum his verbis reperitur:* Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ὁ ἐρανίσας ταῦτα. *quibus ſignificatur, a Theodoſio, viro minime magno (ſic ipſe de ſe modeſtiæ cauſa locutus eſt: vix enim puto, Theodoſium minorem Auguſtum intelligi) fuiſſe illa congeſta. Cum his & conjungenda judicavi, quæ de prioribus XXXIV Caſſii libris excerpta continentur in voluminibus manuſcriptis, quæ titulo de Legationibus exſtant.* Igitur, Eclogas quidem ex XXXIV prioribus Dionis libris, Leunclavius ait, iis Codicibus mstis contineri, quæ titulo *de Legationibus* exſtant: reliquas Eclogas, quæ ex poſterioribus libris ductæ ſunt, non ſolum alii collectori tribuit, ſed & ab illis ita ſeparatas facit, ac ſi cum Excerptis de Legationibus nihil commune haberent. Quam Leunclavii rationem preſſo pede ſecutus eſt Fabricius in Bibl. Græc. T. III. p. 324. n. X. & XI. Atqui nulla eſt ex omnibus illis Eclogis, quas Theodoſio tribuens Leunclavius diverſas ſtatuit ab Excerptis de Legationibus, quin in continua Eclogarum de Legationibus ſerie apud Vrſinum eadem legatur: & longe plurimus earumdem numerus in Bavarico pariter codice de Legationibus ineſt. Itaque errorem Leunclavii & Fabricii perſpecte notavit Reimarus in Præfat. ad Dionem §. 8. rurſusque in Apparatu critico ad Dionem, T. II. p. 1543. Mihi vero, quid-

x) Iſta editio quum *Hanoviæ*, ut præfert titulus, *Typis Wechelianis apud Claud. Marnium & hæredes Io. Aubrii* prodierit; video, cur Polybium Caſaubonianum, qui eorumdem bibliopolarum nomen in fronte gerit, *Hanoviæ* impreſſum eſſe vulgo perhibeant, quem Pariſiis excuſum eſſe docui in Præfat. ad T. I. p. x.

quid tandem non modo de *codice Sylburgiano,* & nonnumquam etiam de *duobus msstis Excerptorum de Legationibus,* [y]) verum etiam de *non perfunctorio collationis studio, quo veræ lectiones ex illis codicibus a se erutæ sint,* [z]) crepuerit Leunclavius, tamen ne ipse quidem oculis suis codicem manuscriptum istorum Excerptorum vidisse umquam videtur; non nisi schedis quibusdam usus esse Sylburgianis, in quibus Sylburgius ex Iulii Pacii codice (de quo supra ex Sylburgii Præfat. ad Dionysium Halic. non nihil retuli) Lectiones ad Excerpta ex Dione pertinentes excerpserat, adjectis fortasse etiam Lectionibus ab Andrea Schotto communicatis; a quo certe & alia nonnulla, ad Xiphilinum pertinentia, idem Sylburgius communicata fuisse sibi prædicavit. [a]) Sed ne sic quidem rationem illius inconstantiæ Leunclavii satis explicatam putarem, ni accederet æmulatio illa & incredibilis festinatio, qua in edendo suo Dione usum esse hunc virum Reimarus docuit. [b])

Iam vero, quod de *Thuani Codice* Casaubonus loco supra a nobis adlato scribit, *eorumpse Excerptorum* (Theodosii Parvi) *tomum primum in Thuani Bibliotheca se invenisse, in cujus libri fronte fuerint hæc verba,* Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός· id quale sit, quove pertineat, non valeo hariolari. Excerpta quidem *de Virtutibus & Vitiis* in *duos tomos* sive *duos libros* distributa fuisse reperio; quorum priorem, Selecta ex vetustioribus Scriptoribus continentem, Peirescianus codex complectebatur; Selecta ex junioribus auctoribus, quæ ad nos non pervenerunt, in alterum librum sive tomum erant relata. [c]) De *Legationum Eclogis* nihil tale ab eis notatum video,

y) In notis ad Dionis lib. XXXVII. c. 2. p. 1013. editionis Leuncl. græco-latinæ: p. 112 editionis Reimari.

z) In edit. græco-lat. Dionis p. 1048.

a) Sylburgius, in editione Dionis Leunclaviana græco-latina p. 975.

b) In Præfat. ad Dionem §. 10. p. XVIII. n. v.

c) Scilicet in fine Procemii græci Excerptis illis præmissi (quod fere non differt a Procemio Legationum) post

video, qui manuſcriptos codices, quibus illæ continentur, tractaverunt: neque ejus diviſionis veſtigium in Bavarico codice, qui Excerpta ex junioribus pariter atque ex vetuſtioribus complectitur, ullum comparet. Sed, ſive (ut conſentaneum eſt) *vetuſtiorum* Scriptorum excerpta *priori* illo *tomo*, quem Caſaubonus dicit, comprehenſa fuiſſe ſtatuas; fuerit in illis vel præcipuus auctor *Polybius:* atqui ita de hoc codice loquitur Caſaubonus, ut intelligi videatur, nihil in eo fuiſſe quod ad Polybium pertineret. d) Sive Eclogas ex *junioribus* auctoribus in eo fuiſſe ſumamus; mirum rurſus fuerit, cur eumdem codicem Labbeus in repetita auctorum iſtorum editione, de qua ſupra dixi, non modo in conſilium non vocaverit, ſed ne mentionem quidem ejus fecerit ullam; quum tamen, Thuanæ Bibliothecæ ſubſidio in tota, quam inſtituit, Scriptorum Hiſtoriæ Byzantinæ collectione uſum ſe eſſe, in Præfatione profiteatur. Denique, quorſum *Thuaneus* ille *codex*, qualiscumque fuit, evaſerit, non magis, quam de ceteris codicibus Legationum, compertum habeo: quem ne in Catalogo quidem Bibliothecæ Thuanæ, qui Pariſiis anno MDCLXXIX publicatus eſt, diligenter licet indicem msstorum Codicum perluſtrans, memoratum reperi.

 Relin-

poſt indicem Auctorum, quorum poſtremus Dio Caſſius eſt, hæc verba leguntur: *καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράφονται.* id eſt, *Poſteriores Scriptores initio libri ſecundi* (vel *tomi ſecundi*) *enumerabuntur.* Neque alio fundamento (quoad equidem video) niſus eſt Valeſius, cum in Præfat. ad Exc. de Virt. & Vitiis de univerſa Collectaneorum Conſtantini ratione ita ſcripſit: *Singulos titulos Conſtantinus in duo volumina diviſerat. Priori continebantur antiquiſſimi quique hiſtoriæ ſcriptores, aut certe qui hiſtoriam ab origine mundi repetebant: ii vero, qui res geſtas Cæſarum compoſuerant, in poſterius volumen erant rejecti.*

d) Nam non niſi ex occaſione inſcriptionis, quæ *Theodoſii* nomen præferebat, codicis illius mentionem feciſſe videtur. Et ſane, ſi *Polybiana de Legationibus Excerpta* in illo codice fuiſſent, cupide eum Caſaubonus, qui nullum alium mstum librum horum Excerptorum vidit, perluſtraturus fuerat, & plura de eodem dicturus. Iam *plura* quidem *in Commentariis*, qui numquam prodierunt, promittit: ſed, plurane de illo *Thuaneo codice*, an de *Theodoſio* iſto *parvo* fuerit dicturus, in ambiguo relinquit.

Relinquebatur igitur, ut in præſidio BAVARICI illius CODICIS ECLOGARVM DE LEGATIONIBVS, qui jam in emendando Appiano inſignem nobis operam præſtiterat, [e]) eſſet adquieſcendum. Etenim eodem tempore, quo Appiani cauſa Codicem illum olim excuſſi, Polybianas etiam Eclogas cum exemplo Vrſiniano contuleram, & Lectionis varietatem ad marginem mei libri adnotaveram. Et memini quidem, ſatis diligenter iſtam Collationem tunc a me & (qui ſuam mecum operam amice ſociaverat) Dahlero Viro clariſſ. eſſe inſtitutam: ſed optaveram tamen, ut nunc mihi, ex profeſſo Polybio emendando operam danti, denuo eumdem Codicem perluſtrare licuiſſet. At contentum eſſe oportuit eis, quæ ex priſtina collatione ejusdem Codicis adnotata habebam. Quæ tamen, vel ſic, tam ad ſtatuendum de recenſione Vrſiniana & Caſauboniana, quam ad tollendos paſſim errores, atque ad lacunas etiam nonnullas explendas, haud leve momentum nobis contulerunt. [f]) Codex ille, qui circa decimum quartum vel quintum ſeculum (ſatis quidem negligenter) conſcriptus eſt, in impreſſo *Catalogo Græcorum Msstorum Codicum Bibliothecæ Sereniſſimi Bavariæ Ducis*, num. CCIV. hoc titulo recenſetur: „*De Legationibus variarum gentium ad Romanos, ex diverſis Hiſtoricis, Arriano, Appiano, Malchio Rhetore Philadelphiorum & aliis. Chart. fol.*“ Vbi quod *Polybianarum* Eclogarum, quarum tamen plurima pars eſt in hoc codice, mentionem nullam factam in titulo videmus, cauſa hæc

e) De illo Codice confer quæ dixi in Præfat. ad Appianum p. XXX-XXXII. Eſt autem idem etiam ipſe, quo in edendis Eclogis Legationum, quæ ex junioribus auctoribus ductæ ſunt, una cum codice Schottano uſus olim erat Hœſchelius.

f) Sic, ut hoc utar, ſub finem Eclogæ VI. pro *υύ. τάλαντα*, id eſt, *quadringenta talenta*, quod vulgo ſemel atque iterum ibi ſcriptum legitur, recte Bavaricus codex *σ'. τάλαντα* ponit, id eſt, *ducenta talenta*; quemadmodum ex Livio atque Appiano corrigendum apud Polybium eſſe jam pridem monuit Drakenborchius ad Livii librum XXXIII, cap. 13. Et, ut lacunæ etiam ſuppletæ exemplum adferam, in Ecloga XLII. fere media, ubi defectam orationem aſteriſco notavit Caſaubonus, opportuniſſime hiatum explet codex noſter hoc modo: *εἴτ' ἐν αὐτοῖς ἐπισφαλῆ καὶ ἀπαῤῥησίαστον καταλείπεσθαι τὴν πολιτείαν· ἐπισφαλῆ μὲν, ὀλίγοις οὖσιν, καὶ τούτοις* &c.

hæc eſt, quod & *Procemium* illud in hoc codice deſideratur, quod Schotti codex habebat, cui adnexus index enumerabat Auctores, e quibus Legationes ſunt excerptæ; tum vero quod ipſum principium Eclogarum Polybianarum in eodem noſtro codice deeſt, ita quidem ut prima Ecloga Polybiana, quæ in eo ſupereſt, nulloque inſcripto titulo continua ſerie excipit Eclogas ex Eunapio ductas, ſit ea, quæ numero *ſexta* eſt in Vrſini editione, ductaque eſt ex Polybii libro decimo octavo. Ex quo adparet, quaternionem ſaltem unum, aut plures etiam quaterniones, quod magis mihi ſit probabile, intercidiſſe. Neque enim dubito, quin, præter Eclogas ab Vrſino editas, alias etiam ex ſuperioribus XVII Polybii libris ductas complexus olim ſit Bavaricus hic codex; quas & Schottanus & Vrſini liber mstus, ut ſupra monui, habuerant, prætermiſit autem in editione ſua Vrſinus, quod eas jam inter editas Polybii Hiſtorias in lucem emiſſas eſſe ſciret. Eclogæ ex Dionyſio Halicarnaſſenſi nullæ plane hoc codice continentur: quæ utrum numquam in eo fuerint comprehenſæ, an ſimul cum initio Polybianarum Eclogarum interciderint, meum non eſt definire.

Sed illud quidem non videtur ab hoc loco alienum, ut, quoniam unus eſt hic Codex, quem hodie ex toto iſto genere ſuperſtitem cognovimus, paulo etiam accuratius ejusdem rationem, atque *ſeriem* ſaltem *Auctorum*, e quibus excerptæ Legationes in eo continentur, exponam. Igitur generalis quidem Inſcriptio, ut jam ſupra monui, hæc eſt: *Περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους.* Tum ſequuntur ipſæ ſtatim Eclogæ. Nempe

1. Ex *Arriano* nonnihil excerptum eſt, quod quatuor folia complet, g) præmiſſo hoc titulo: *Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀῤῥιανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου.*

g) Latæ admodum per totum codicem ſunt oræ cujusque folii, quibus nihil inſcriptum eſt: ipſa autem ſcriptura ita laxa & latis verſuum intervallis diſtincta, ut non nimis multum ſcripturæ ſit, quod unamquamque paginam complet.

2. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀππιανοῦ, τῆς ἐπιγραφομένης Βασιλικῆς. Eclogæ foliis 63 comprehenſæ.

3. Ἐκ τῆς ἱστορίας Μάλχου ῥήτορος τοῦ Φιλαδελφέων. Folia octo cum dimid.

4. Ἐκ τῆς ἱστ. Πρίσκου ῥήτορος. Folia 19 cum dimidio.

5. Ἐκ τῆς ἱστ. Εὐναπίου Σαρδιανοῦ. Folia 10.

6. Ἐκ τῆς ἱστ. Πολυβίου. Initio trunca Excerpta: ſed nomen Polybii in fine ſubſcriptum eſt, hoc modo: Τέλος τῆς Ἱστορίας Πολυβίου καὶ Ἀπιανοῦ. Complent autem iſta Polybiana Excerpta folia 157 cum dimidio.

7. Ἐκ τῆς Ἰωσήππου Ἀρχαιολογίας. λόγος ζ'ος. Folia 13.

8. Ἐκ τῆς ἱστορίας Θεοφυλάκτου ἀπὸ Ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως. Folia 13.

9. Ἐκ τῆς ἱστ. Προκοπίου Καισαρέως. Folia 31.

10. Ἐκ τῆς ἱστ. Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου. Fol. 13.

11. Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Σωκράτους. Fol. 4.

12. Ἐκ τῆς ἱστορίας Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου. Fol. 7 cum dim.

13. Ἐκ τῆς ἱστορίας Διοδώρου Σικελιώτου. Folia 15½.

14. Ἐκ τῆς ἱστορίας Δίωνος Κοκκιανοῦ. Folia 29½.

15. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως. Folium 1.

16. Ἐκ τῆς ἱστορίας Θουκυδίδου. Folia 2.

17. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀγαθίου σχολαστικοῦ. Folia 4½.

18. Ἐκ τῆς ἱστορίας Μενάνδρου. Folia 46.

Inter ipſas autem Polybianas Eclogas, quas ſuo ex codice Vrſinus edidit, deſunt paſſim haud paucæ in Bavarico hoc libro: quæ (ſicut & ex Appiano, ex Dione, ex aliis denique auctoribus paſſim nonnullæ) quo caſu, quove conſilio, prætermiſſæ ſint, an quod jam initio duæ diverſæ

fuerint

ſuerint collectiones, [h]) non auſim definire. Deſiderantur autem ex Polybianis Eclogis, præter priores quinque, de quibus jam dixi, illæ quæ ſunt apud Vrſinum num. X. XV. XX. XXII. XXXIII. XLIII. Tum initium & major pars Eclogæ XLIV. Deſunt porro Eclogæ XLV. XLVIII. LV. LXIV. LXVII. LXXIII. XC. XCII. CVIII. CXXV. CXXXIII-CXXXVI. Denique abſunt Eclogæ CXLIII. & CXLIV.

III.

Codex Peireſcianus Eclogarum DE VIRTVTIBVS ET VITIIS.

Ad *Eclogas* illas quod adtinet, quæ *de Virtutibus & Vitiis*, περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας, inſcriptæ ſunt, quas easdem & ab Editoris nomine *Valeſianas Eclogas*, & a domino Codicis, e quo editæ ſunt, *Peireſciana Excerpta* nominare conſuevimus; nullus alius, quod ſciam, manu exaratus liber, qui illas contineat, ad hunc diem repertus eſt, præter illum ex inſula Cypro *Nicolai Fabricii Peireſcii* ſumtibus advectum; quo ex codice HENR. VALESIVS, cujus fidei eum commiſerat Peireſcius, Editionem illam, de qua in Præfatione ad primum Tomum dixi, [i]) Pariſiis anno M. DC. XXXIV. procuravit. In cujus editionis marginibus quum Valeſius eis locis, quæ ex conjectura ab ipſo correcta ſunt, ipſam manuſcripti libri ſcripturam adnotaverit; ſi omnia loca, in quibus a codicis ſcriptura in contextu diſceſſit Editor, ab illo adnotata ſunt, valde diligenter ſcriptus ille codex fuerit neceſſe eſt. Sed puto, illis tantum locis adnotatam a Valeſio diverſitatem eſſe ſcripturæ, ubi dubitationis aliquid habere videbatur Emendatio, quam depravato contextui ex ſua conjectura adtulit Editor. Quare quamquam & fidem & induſtriam & doctrinam pariter atque ingenii acumen Valeſii, ut debeo, maximi facio;

h) Ex illa cauſa & omiſſiones hujusmodi, & aliam confuſionem, quæ in illis Excerptis ſubinde deprehenditur, repetiit Henr. Valeſius in Notis ad Excerpta de Legationibus a Labbeo edita p. 217 & p. 220.

i) Sect. I. n. 7. p. XII.

cio; tamen exoptatiſſimum mihi fuerat futurum, ſi eumdem ipſum Codicem Peireſcianum, quo uſus eſt ille primus Editor, inſpicere atque recognoſcere mihi licuiſſet. Neque fere dubito, quin in locis nonnullis, quæ fortaſſe a Valeſio mutata ſunt, ſcripturam codicis eam fuiſſem inventurus, quæ vel reſtituenda Polybio, vel alia quadam ratione, quam quæ doctiſſimo Editori placuit, corrigenda nobis fuiſſet viſa. Nunc, de ſcriptura Codicis, in unius Valeſii auctoritate fuit adquieſcendum; quæ quidem, proſpero Polybii fato, ejusmodi eſt, ut bene præclariſſimeque cum veterum auctorum ſcriptis foret actum, ſi cuncta Editores nacta eſſent Henr. Valeſii ſimiles.

IV.

PROOEMIVM ECLOGARVM DE LEGATIONIBVS, AC DE VIRTVTIBVS ET VITIIS.

Codici Peireſciano præmiſſum erat *Proœmium,* idem prorſus (pauca verba ſi excipias & Auctorum Indicem) quod Schottano Codici de Legationibus præmiſſum fuiſſe ſupra monui. Illud Proœmium, ab Hœſchelio, Caſaubono, Labbeo ex Codice Schottano, a Valeſio vero e Peireſciano libro editum, quum nec ab hac noſtra editione debeat abeſſe, nullibi commodiorem, puto, locum, quam hac in parte hujus Præfationis, inveniet. Titulum ei Hœſchelius, & poſt eum Labbeus, hunc fecit: *Ὑπόθεσις τοῦ περὶ Πρέσβεων τεῖχους Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς. Προοίμιον.* Caſaubonus hanc præpoſuit inſcriptionem: *Τοῦ περὶ Πρεσβειῶν τεῖχους Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς Προοίμιον.* Denique Valeſius: *Ὑπόθεσις τοῦ περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας βιβλίου πρώτου.* Videturque, ex ipſius Præfatoris conſilio, non alius inſcribendus fuiſſe Titulus, niſi hic: ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. Eſt autem ipſum illud PROOEMIVM, quale *ex Peireſciano Codice* edidit *Valeſius,* [a]) hujusmodi:

Ὅσοι

a) Varietates ex SCHOTTANO CODICE, aut ex eorum Editionibus, qui illo uſi ſunt, huc adponam.

Ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μὴ τὸν νοῦν παρεσύρησαν ἡδοναῖς, ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν· οὗτοι δὴ οὗτοι καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν, καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν, παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες, σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, τοῦτο μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας b) δεῖγμα ἐναργὲς τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι. c) Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ πραγμάτων ἐγίγνετο, καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ' ἄπειρόν τε καὶ ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο συμπλοκὴ, ἔδει δ' ἐπιῤῥεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ

b) Sua auctoritate Casaubonus πολυμαθείας dedit.
c) μνώμενοι ex utroque codice editum est. Sed μώμενοι utique scripsisse videtur auctor.

PROOEMIVM EXCERPTORVM
de Legationibus, & de Virtutibus ac Vitiis: interprete Isaaco Casaubono.

Quicunque olim sive reges, sive sortis privatæ homines, mente fuerunt neque voluptatibus depravata, neque mollitie corrupta, sed animi nobilitatem intemeratam ad virtutem conservarunt: hi profecto & inter labores durarunt, & otium in literis consumserunt. Ac si qui illorum vitam in studiis diligentius egissent, eruditionis amore inflammati aliquid impensiore cura [alius aliud quidpiam] conscripserunt; partim quod multiplicis doctrinæ suæ certum aliquod posteris monimentum relinquere averent, partim etiam immortalis memoriæ desiderio, quam apud lectores consequerentur. Quoniam vero per tot annorum curricula & res immensæ quotidie exoriebantur & scripta contexebantur; historiæ conscriptio, semper latius sese propagans, infinita jam res erat, & quæ humani ingenii vim excederet. Enimvero aliter evenire non poterat, quin hominum studia & voluntates posterioribus temporibus ad deteriora se inclinarent, honesta susque

καὶ ῥαθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς d) ἀληθοῦς ἐπιτεύξεως, ὥστ' ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύρεσιν, πῇ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν, πῇ δὲ πρὸς τὴν ἐκτάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατορρωδούντων· ὁ τῆς Πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος, ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δραστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε, βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον, πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι, παντοδαπῆς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκύμονας. ἔπειτα τὸ τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ ἀκοὰς ἀποκναῖον, ἄλλως τε καὶ ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς, δεῖν ᾠήθη καταμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν, ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι πᾶσι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν, ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν

d) Casaubonus ex conject. edidit τῆς τοῦ ἀληθοῦς ἐπιτ. quod & in lat. vers. expressit.

que deque haberent, & ad cognoscendas priorum sæculorum vires evaderent negligentiores, investigatione veri semel neglecta; ita ut historiæ cognitio tenebris obvoluta redderetur incerta, tum propter librorum utilium inopiam, tum quia ad illa tot & tanta volumina vulgo homines expavescebant. Idcirco Constantinus Porphyrogeneta, imperator, omnium qui umquam fuerunt rectæ fidei tenacissimus & christianissimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutissimo, ea denique præstans intelligentia, ut facile quidvis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum est ratus & vulgo omnibus utile, ut libros undique ex omnibus orbis partibus doctrina varia refertos conquireret; deinde vastam illam librorum molem, quæ lectores enecabat (cum præsertim molesta plerisque omnibus & tædii plena ea res videretur) in partes minutas putavit distribuendam, & luculentam utilitatem, quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponendam; adeo ut, hoc delectu habito, majori attentione & assiduitate

νειν τοὺς τροφίμους τῶν λόγων, καὶ μονιμώτερον ἐντυποῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν, μεγαλοφυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς ἐπὶ τούτοις [e]) καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας, ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς [f]) ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται. κ' οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν συγκειμένων, ὃ διαφεύξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων [g]) ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν, ἀλλὰ σύσσωμον σωζούσης, καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τηλικαύτης οὐ συνόψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, οἰκειώσεως. Ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ, πεντηκοστὴ οὖσα τυγχάνει, [h]) τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΕΩΣ.

e) πρὸς ἐπὶ τούτοις. Sic in utroque codice fuiſſe videtur: ſed præpoſitionem ἐπὶ uncis incluſit Hœſchelius, & prorſus delevit Caſaubonus.

f) Verba καὶ ὑφ' αἷς per errorem in græco contextu omiſſa ſunt in edit. Caſaub.

g) προθέσεων Caſaub. invitis msstis.

h) Pro verbis ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ &c. in *Proœmio Excerptorum de Legationibus* in Cod. Schottano ſic legebatur: ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ῬΩΜΑΙΩΝ ΠΡΟΣ ΕΘΝΙΚΟΥΣ, τυγχάνει οὖσα ἑβδόμη ἐπὶ τοῖς εἴκοσι. Caſaubonus vero ΠΡΕΣΒΕΩΝ in ΠΡΕΣΒΕΙΩΝ mutavit. Hœſchelius ad marginem, pro Ῥωμαίων πρὸς Ἐθνικοὺς, ſcripſit Ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους.

duitate lectioni incumbere ſtudioſi queant, & ſermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius imperator magno & felici conatu opus univerſum in tractatus diverſos numero tres & quinquaginta cenſuit diſtribuendum, in quibus, quidquid magnificum habet hiſtoria, incluſum continetur. Neque ineſt quidquam hiſtoriæ inſertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ob diviſionem ſententiarum ſeries operis totius ullo modo corrumpitur; verum ſervat hæc ſynopſis, vel ut verius dicam, hæc rerum cognatarum adunatio in ſingulis partibus concinnandis unicuique tractatui convenientem rationem. Horum vero tractatuum præſens hic, qui DE VIRTVTIBVS ET VITIIS *inſcribitur, ordine eſt quinquageſimus. Primus autem inſcriptionem habet* DE REGVM [ET IMPERATO-

ΣΕΩΣ. Ἐμφαίνει δὲ τουτὶ τὸ Προοίμιον, τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται, καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαστοι καὶ μὴ γνήσιοι, ἀλλὰ νόθοι τε καὶ ψευδώνυμοι. Εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν·

α'. Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας.
β'. Γεωργίου μοναχοῦ.
γ'. Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς.
δ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας.
ε'. Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας.
ς'. Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας.
ζ'. Ἡρο-

α'. Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου.
β'. Γεωργίου Μοναχοῦ Χρονικῆς.
γ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως.
δ'. Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας.
ε'. ς'. Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ. [i])
ζ'. Ζω-

i) Ἀπιανοῦ per π simplex erat in Codice Pacii apud Sylburg. in Notis ad Dionyſ. Halic.

TORVM] RENVNCIATIONE. *Continetur vero etiam hac Proœmio, quos patres habeant & auctores ſingula ſcripta, & quorum parta ſint ingeniis; ne Excerpta hæc nominibus careant, & habeantur non pro legitimis, ſed pro ſpuriis & ſubdititiis fœtibus. Sunt autem hæc Excerpta ex Annalibus infra ſubſcriptis:*

(Index AVCTORVM, ex quibus excerptæ ſunt

Eclogæ de VIRT. ET VITIIS.

1. *Ex Ioſephi Antiquitatum libris.*
2. *Ex Georgio Monacho.*
3. *Ex Chronico Iohannis Malelæ.*
4. *Ex Iohannis Antiocheni Chronico.*
5. *Ex Diodori Siculi univerſali Hiſtoria.*
6. *Ex Nicolai Damaſceni univerſali Hiſtoria.*
7. *Ex*

Eclogæ de LEGATIONIBVS.)

1. *Petri Patricii & Magiſtri.*
2. *Ex Georgii Monachi Chronica Hiſtoria.*
3. *Iohannis Antiocheni.*
4. *Ex Dionyſii Halicarnaſſei Antiquitatibus Romanis.*
5. 6. *Polybii Megalopolitani & Appiani.*
7. *Zo-*

ζ'. Ἡροδότου Ἁλικαρνησέως.
η'. Θουκυδίδου.
θ'. Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας, καὶ ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος.
ι'. Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξ - - -
ιά. Διονυσίου Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.
ιβ'. Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.
ιγ'. Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην Βασιλικῆς.
ιδ'. Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. [k])

ζ'. Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου.
η'. Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.
θ'. Διοδώρου Σικελιώτου.
ι'. Δίωνος Κοκκιανοῦ. [l])
ιά. Προκοπίου Καισαρέως.
ιβ'. Πρίσκου ῥήτορος.
ιγ'. Μάλχου σοφιστοῦ.
ιδ' Μενάνδρου Προτίκτορος.
ιέ. Θεοφυλάκτου, τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως, τοῦ Σιμοκάτ]ου. [m])

k) In Cod. Peirefciano adjecta hæc verba erant: Καὶ οἱ ἑξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράψονται. id eft: *Sequentes Auctores initio fecundi libri recenfebuntur.*

l) Κοκκηϊανοῦ Cafaub.

m) Σιμοκάτου idem: utrumque invito libro msto.

7. *Ex Herodoto Halicarnaffeo.*
8. *Ex Thucydide.*
9. *Ex Xenophontis libris de inftitutione Cyri, & de expeditione Cyri Paryfatidis filii.*
10. *Ex Arriani hiftoria de rebus geftis Alexandri.*
11. *Ex Dionyfii Halicarnaffei hiftoria Romana.*
12. *Ex Polybii Megalopolitani hiftoria Romana.*
13. *Ex Appiani hiftoria Romana, quæ infcribitur Regia.*
14. *Ex Dionis Coccejani hiftoria Romana.*

7. *Zofimi Afcalonitæ.*
8. *Ex Iofephi antiquitatibus Judaicis.*
9. *Diodori Siculi.*
10. *Dionis Coccejani.*
11. *Procopii Cæfarienfis.*
12. *Prifci Rhetoris.*
13. *Malchi Sophiftæ.*
14. *Menandri Protectoris.*
15. *Theophylacti Simocattæ, Expræfecti & Refcriptoris.*

V.

ALIA SVBSIDIA *nonnulla, quibus, præter Codices Manuſcriptos, uſi ſumus in conſtituendo & emendando Textu Pólybiano.*

Iam præter ea præſidia, quæ ad conſtituendum emendandumque Contextum Polybianum ex manuſcriptis Codicibus adſciſcere nobis licuit, faciendum duxi, ut (quemadmodum in Præfat. ad Tom. I. p. xxvii. ſignificavi) quidquid paſſim a Viris doctis, ſive ex profeſſo in illuſtrando Polybio occupatis, ſive aliud agentibus ex oblata occaſione adnotatum inveni, quod ad ipſam Polybii orationem, ubi corrupta a librariis videbatur, reſtituendam valeret, id in uſum meum, id eſt, Polybii noſtri, converterem, àuctoremque Emendationis aut probabilis Conjecturæ in brevibus Scholiis criticis infra contextum poſitis laudarem. Et ibi quidem quum interdum *ex mente Iſ. Caſauboni* aliquid vel a nobis emendatum eſſe dixi, vel emendandum videri; id eo valere intelligendum eſt, ut Caſaubonus in Contextu quidem Græco ſcripturam ante ipſum vulgatam tenuerit, ſed aliam lectionem, quæ nobis pariter probatior videtur, ex ſua conjectura vel in *Latina verſione* expreſſerit, vel in ora exempli ſui Editionis Baſileenſis adnotaverit: qua ex *ora Baſileenſi* Emendationes nonnullæ Iſaaci a filio Merico Caſaubono ſunt in lucem prolatæ, ſed multo majorem copiam exhibet libellus ille Gronovianus, ex eadem ora Baſileenſi transſcriptus, de quo jam ſupra dictum eſt. [a])

Gronovianæ vel *Emendationes* vel *Conjecturæ*, quas paſſim laudavi, non modo ex illarum ſunt numero, quas in Notis tertio Tomo ſui Polybii ipſe vulgaverat olim Iac. Gronovius; ſed ſunt etiam aliæ, nunc primum a nobis ex Adparatu illo Gronoviano, quem Ruhnkenii beneficio debemus, depromtæ; ſcilicet partim ex marginibus eorumdem duorum exemplorum editionis Gronovianæ, in quibus Varie-

a) Sect. I. n. I. hujus Præfationis, & in Præf. ad Tom. I. p. xxiii. not. *o*).

Varietatem etiam Lectionis ex codd. msstis exhiberi supra dixi, partim vero ex Adnotationibus manuscriptis ejusdem Iac. Gronovii, quas secundæ editioni, si olim prodiret, destinaverat editor.

Scaligeri quasdam Emendationes, raro quidem, sed aliquoties tamen, laudavi; b) easdemque in uberioribus Adnotationibus nostris fortasse laudandi frequentior fuerit occasio. Scaligeranas illas Emendationes ad Polybium in reliquo *Adparatu Gronoviano* inveni, raptim quidem & inconcinne inscriptas marginibus schedarum nonnullarum, quarum plerasque ex dissoluto exemplo Aeliani ab Abrah. Gronovio editi decerptas intellexi. Major-ne fuerit olim earumdem Emendationum copia, similibus schedis illitarum, nescio. Quæ supersunt, pertinent illæ ad Polybii lib. I. cap. 43-88. tum ad II. 24. denique ad lib. II. cap. 34. usque ad lib. III. cap. 78. Referuntur autem illæ (quod ex diligenti collatione liquido cognovi) ad lectiones editionis Hervagianæ: & adjectis literis *Sc.* vel *Scal.* ac subinde etiam integro nomine *Scaligeri,* huic auctori haud dubie tribuuntur. Quare quum partim ex If. Casauboni, partim ex Iof. Scaligeri Epistolis intellexissem, fuisse olim *Notulas Criticas* ejusdem *Iosephi Scaligeri* marginibus impressi cujusdam exempli Historiarum Polybii inscriptas; c) non vidi, cur dubitarem, ex illo exemplo (ubicunque tandem illud hodie lateret) Emendationes has esse transscriptas. Et quoniam jam olim ad me scripserat humanissimus Ruhnkenius, inesse in Adparatu Gronoviano, quem ad me misisset, nonnihil etiam manu Abrahami Gronovii scriptum; incideram in eam cogitationem, esse forte eas, quas dixi, schedas ipsius Abr. Gronovii manu conscriptas, & superesse fortasse in Bibliotheca Leidensi illud exemplar, quod

b) Vide lib. I. 48, 9. II. 39, 4.

c) Vide If. Casauboni Epist. 604. edit. Almelov. & Iof. Scaligeri Epist. 65. 115. & 141. Ac fuisse quidem exemplum illud *editionis Hervagianæ*, colligo ex eo, quod Casaubonus, quum cupidus admodum fuisset videndi quid a Scaligero in Polybium esset adnotatum, nactum se esse ipsum illud exemplum scribit; qui tamen, ut alibi docui, editionem Obsopœi numquam inspexisse videtur.

quod Scaligeranas notulas contineret; unde, præter has, quas Abr. Gronovius excerpſiſſet, amplior etiamnum fructus quidam ex Scaligeri ingenio atque doctrina ad emendandum illuſtrandumve Polybium poſſet derivari. Qua de re poſtquam compellavi eumdem Ruhnkenium, quem numquam niſi honoris & grati animi teſtificandi cauſa poſſum nominare, perbenigne ille reſcripſit, non ſolum eſſe in Bibliotheca Leidenſi, in *Voſſianorum codicum* numero exemplum impreſſum Polybii, multas notulas criticas (quæ fortaſſe Scaligeranæ eſſent illæ, quas requirerem) marginibus inſcriptas habens; verum etiam deſcribendum id omne, quidquid eſſet, in uſum noſtri Polybii ſe curaturum. Et deſcribendarum earumdem Notularum operam, pro eo quo fervet de bonis literis omni ex parte præclare merendi ſtudio, ac pro ſingulari qua nos complectitur benevolentia, ultro in ſe ſuſcepit doctiſſimus ſuaviſſimusque Daniel Wyttenbachius; qui nuper (veluti non ſatis propriorum negotiorum haberet, ornandis promovendisque literarum ſtudiis conſecratorum) integrum ad me libellum miſit, ſua manu conſcriptum, *Notulas* illas *criticas*, quæ ſunt *in Voſſiani libri marginibus*, continentem. Quas ego conferens cum Scaligeranis illis Notulis, cognovi quidem, nihil vel parum admodum his cum illis eſſe commune, adeoque nihil ad Scaligerum pertinere; quod ex eo etiam ſtatim intellexeram, quod viderem, Voſſianum librum ex *Obſopœi* eſſe editione; [d]) cum Scaligeranæ Emendationes ad *Hervagiani* exempli lectiones eſſent relatæ. Neque vero eo minus grata eſſe debuit illa ad ornandum noſtrum Polybium acceſſio: quæ quidem ſerius ad me pervenit, quam ut in perpoliendo ipſo contextu Polybiano ea potuerim uti; ſed in Commentariis noſtris paſſim laudandi eamdem

d) Eſt nimirum, uti video, idem illud exemplum, quod in Catalogo Librorum Msstorum Angliæ T. II. p. 70. in *Codicibus Msstis Iſaaci Voſſii*, Canonici Windſorienſis, n. 2684. hoc titulo recenſetur: *Polybii Hiſtoria Editionis Hagenoënſis cum variis Lectionibus*. Et nomen quidem *Scaligeri*, ut ex Wyttenbachii noſtri ſchedis intellexi, nusquam in eo libro commemoratum conſpicitur.

dem & ex ea proficiendi erit occasio. Nam quamvis plurima fere notularum illarum pars versetur in pravis Obsopœanæ editionis lectionibus ex Hervagiana emendandis; multæ tamen insunt præclaræ Emendationes, ex felici conjectura (nam ex manuscripto quidem codice nihil ductum videtur) prolatæ: quarum partem confirmat librorum nostrorum msstorum auctoritas, pars etiam invitis msstis Polybio restitui debet; verbi causa, παρaλίας III. 118, 2. quam eamdem conjecturam & nos expressimus; sic IV. 25, 4. μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν, quod ex Gronovii conjectura edidimus. [e]) Ita fit, ut præter spem opinionemque VOSSIANIS *Emendationibus* simus ditati; exemplum autem illud Polybianum, quod *Scaligeri* continet *Emendationes*, (si modo continet plures, quam quæ in schedas Gronovianas relatæ sunt) ubinam gentium aut locorum lateat, adhuc quidem ignoremus.

Ex omnibus Viris doctis, qui præter ipsos Polybii Editores, de Scriptore hoc bene meruerunt, nullus est, cujus opera tam frequenter usus sim in castigandis sanitatique suæ, quoad fieri poterat, restituendis Polybianæ Historiæ reliquiis, quam IOH. IACOBVS REISKIVS: quem virum, sicut olim, quum quotidiana per sex menses consuetudine ejus uterer, mirifice amavi, sic post cineres pia memoria colere numquam desinam. Is quum *Animadversionum suarum ad Græcos Auctores Volumen quartum* totum emendandis illustrandisque Polybianæ Historiæ Reliquiis dicaverit, [f]) rectissime de illa opera, gravissimo antiquitatis Scriptori a se præstita, ipse judicavit in Præfatione, tertio Volumini præmissa: ubi (p. XII seq.) *Ego equidem*, ait, *pro eo, quo in Polybium exarsi amore atque studio, quem ita*

e) Ad eum locum nunc demum video oblitum me esse in brevi scholio conjecturam illam, quam secutus sum, ad *Gronovium* auctorem (qui eam in editis ad Polybium Notis protulit) referre: quod casu, non consilio, factum esse profiteor.

f) *Præfationem* deinde ad sua *Polybiana*, quam sæpius in Præfat. ad primum Polybii nostri Tomum laudavi, *quinto* demum *Volumini*, certas ob causas, quas haud obscure ipse indicavit, inseruit.

ita frequenter lectitavi, ut alium neminem neque græcum neque latinum frequentius, ita in eum diligenter commentatus ſum, ut, quæ ad eum annotavi, niſi ſum iniquus ingenii mei judex, omnium, quæ ab ingenio meo profecta ſunt, ſi quid in illis eſt non contemnendum, auſim vel in elaboratiſſimis habere. Quæ Polybiana ſi unquam potero in lucem proferre, ſpero, me tum per ea hoc effecturum, ut cum illis in gratiam redeam, qui de mearum notularum jejunitate queruntur, & aridiſſimarum emendatiuncularum macie atque ruſticitate offendi ſe haud diſſimulant.

VI.

LATINA INTERPRETATIO.

Secundum iſta, quæ de Subſidiis, quibus ad recognoſcendum emendandumque Polybianum Contextum uſus ſum, ſatis copioſe hucusque dixi; ſupereſt, ut de aliis nonnullis rebus, quibus in hac Editione commoditati atque ſtudiis Lectorum Polybii conſulere, quoad potui, conatus ſum, paucis exponam. Et primo quidem, quod ad *Latinam Verſionem* ſpectat: quemadmodum Erneſtius, Vir & græce & latine doctiſſimus, in Præfatione ad Polybium g) *de Iſaaci Caſauboni Verſione* diſſerens, *non ſuſtinuiſſe ſe*, ait, *alienum opus, tanti præſertim viri, interpolare;* ſic pulcre & ego, ac multo quidem pro mea parte etiam magis, intellexi, magna me cum invidia tum moleſtia iri liberatum, ſi intactam relinquerem præſtantiſſimi illius Editoris atque Interpretis Polybii verſionem; cujus & præclare perſpexi virtutes & maximi ſemper feci, immo cujus ejusdem ope plurimum me ad intelligendum hunc Scriptorem adjutum eſſe gratus profiteor, ita quidem, ut, niſi illo Caſaubonianæ verſionis præſidio niſus, numquam fortaſſe edendi Polybii conſilium ſuſcipere auſus fuiſſem. Sed quandoquidem, recte ſi rem æſtimare voluerimus, negari non poteſt, quod idem Erneſtius ſe non ignorare profeſſus eſt: *pluribus*

g) Erneſti Præf. ad Polyb. p. XXIII.

bus locis eamdem verſionem vel a ſenſu græcorum verborum aberrare, vel a proprietate verborum, vage ſenſum exprimendo; denique ſtructuram orationis græcæ implicationemque ſententiarum ſæpe, ubi neceſſitas, hoc eſt linguæ latinæ indoles, non deſiderabat, deſerere; quibus rebus ſubinde vehementer deceptus eſt Francicus interpres in Folardino Polybio: non committendum duxi, ut vel noſtræ commoditatis vel juſti cujusdam ceteroquin pudoris rationem utilitati præponerem ſtudioſorum Polybii Lectorum, quorum bonam partem curatiore Verſione latina haud parum adjutum iri intelligebam ad Scriptoris hujus intelligentiam. Itaque, monitus etiam præſertim de hac ineunda ratione ab eis viris, quorum apud me auctoritas plurimum debuit valere, arduum illud quidem & aleæ plenum conſilium cepi, latinam Iſ. Caſauboni Verſionem non ſolum eis locis, ubi Emendationes, ex meliorum codicum fide aut ex certiore conjectura græcæ orationi a nobis adlatæ, aliam panderent Auctoris ſententiam, quam quæ a Caſaubono expreſſa eſſet, verum etiam ubicumque ceteroquin opus fuiſſet viſum, reformandi & ad græci exemplaris fidem coloremque refingendi. Duas igitur res in hoc negotio me ſecutum eſſe, profiteor; quousque conſecutus ſim, aliorum judicium eſto: mihi quidem minime ſæpe ſatisfeciſſe me fateor; ſed quatenus pro mearum modulo virium, varias inter curas, quæ Polybio intentum animum alio ſæpe diſtrahebant, potui, primum illud ſpectavi, ut ipſam Scriptoris ſententiam, quæ ob ſermonis Polybiani proprietatem (ab aliorum auctorum oratione, qui vulgo magis in eorum manibus, qui græcas literas tractant, ſolent verſari, nonnihil diſcedentem) obſcurior interdum videri poteſt, quam veriſſime poſſem, repræſentarem: alterum, ut latinus ſermo non ſolum per ſe ubique planus & perſpicuus eſſet, ſed & ipſam vim verborum græcorum & converſionum, quibus uſus eſſet auctor, luculenta quadam ratione exprimeret, utque adeo vice perpetui commentarii, quem vocare ſolent, quodammodo fungeretur hæc interpretatio. At,

 poſt-

postquam cœperam isto consilio nonnulla immutare, sæpe etiam alia rursus, quæ per se commode stare potuerant, paululum resingenda visa sunt, ut æquabilitati sermonis aliquatenus consuleretur. Denique, ut fit, nonnulla etiam casu magis quodam, quam consilio, ac veluti per contagium, dum alia resingo, simul mutata sunt, quæ non solum intacta relinqui potuerant, sed commodius etiam fortasse erant a Casaubono expressa. Rursus vero, dum plura passim, quam necesse fuit, a me mutata interdum animadverti; ingrati dehinc invidiosique negotii pertæsus, alia subinde reliqui, quæ cummaxime mutanda, & ad græci exemplaris veritatem revocanda, haud immerito fortasse nonnullis videbuntur. Sed quis tandem modum atque mensuram, in hoc genere servandam, ita ad amussim definiet, ut nulla prorsus conditione ne latum quidem unguem vel ultra progredi vel citra subsistere liceat? Dummodo nihil vehementius obscuratum aut fœdatum a nobis, quod recte & perspicue a Casaubono erat positum, passim autem ea, quæ obscurius aut minus ad veritatem ille expresserat, explanata a nobis atque emendata judicaverint æqui peritique in hoc genere æstimatores; bene præclareque hanc a me operam positam arbitrabor. In *Henr. Valesii Versione* Eclogarum de Virtutibus & Vitiis parcior, prouti par erat, fui in mutando. Ceterum, ubi vel a Casauboni vel a Valesii interpretatione eis in locis discessero, quæ dubitationem aliquam videantur posse habere, ad ejusmodi loca in Commentariis nostris versionem illorum Interpretum adferemus, adjectis, quoad opus fuerit, rationibus, cur ab illa discedendum putarimus.

VII.

Reliqua nonnulla ad hanc Editionem spectantia.

Commentarii, ad quos subinde provocavi, sive *uberiores Adnotationes ad Polybium*, quintum volumen, & partem voluminis sexti, quod claudet hoc opus, complebunt.

Reli-

Reliqua pars ſexti voluminis *Indices* duos, alterum Rerum, alterum Græcitatis Polybianæ, utrumque auctiorem & emendatiorem, quam quibus adhuc illuſtratus erat Polybius, comprehendet. Tertium volumen, Reliquias Libri octavi & octo conſequentium; quartum, ceterorum Librorum inde a decimo ſeptimo reliquias, quarum longe maxima pars in Eclogis de Legationibus ac de Virtutibus & Vitiis ineſt, complectetur. *Fragmenta* ea, quæ, quonam e Libro Hiſtoriæ Polybianæ ducta ſunt, non potuero conſtituere, ſive ad calcem quarti voluminis, ſive, prouti res tulerit, in quinti principium rejicientur. Quod autem a reliqua operis materia ſeparatis voluminibus edendos *Commentarios* dico, id ſi cui haud ſatis commodum ad uſum Lectorum videbitur, meminerit is velim, *Polybium* potiſſimum, non *Commentarios,* in manus tradere lectoribus nos voluiſſe: quod conſilium, emendato græco Contextu, tum adpoſitis Lectionum diſcrepantiis, in quibus momentum aliquod ad judicandum de noſtra conſtitutione contextus ineſſe viſum eſt, denique latina etiam Verſione in uſum eorum, quibus minus familiaris eſt Polybianus ſermo, adjecta, conſecutos nos eſſe putamus. Multi legent Polybium, qui Adnotationes noſtras non magnopere requirent: qui, ſi easdem ſimul cum Polybiano contextu oculis neceſſario ſubjectas habere oporteret, diſtrahi ſe potius ab eo argumento, cujus cauſa in manus ſumſiſſent librum, quam juvari, haud ſine veri ſpecie conqueri quodammodo poſſent: præſertim, quum in hac octona forma libri, quæ plurimum ceteroquin commoditatis habet, illud ſane, ſi Textui ſtatim ſubjectæ eſſent uberiores Adnotationes, haud exiguum naſceretur incommodum, ut de ipſo Polybiano textu ſæpe non niſi minuta particula in quaque pagina poſſet exhiberi; quod quantum ſit impedimentum ad continuam auctoris lectionem atque ad ipſam intelligentiam eorum quæ legimus, experiri quisque poteſt in illis veterum Auctorum editionibus, in quibus una interdum orationis periodus per complures etiam paginas eſt diſpertita, ut, ſi verbum in

fine

fine periodi quæras, quod ſuperiori cuidam reſpondeat, aut vice verſa, folia nonnulla interdum volvenda ſint aut revolvenda. Ceterum per eam rationem, quam in edendo Appiano etiam ſecuti ſumus, quam eamdem in hac Polybii editione tenebimus, ut in quaque earum Adnotationum, quæ ſeparato volumine comprehenſæ erunt, perſpicue notetur, quemnam ad locum, quem ad verſum orationis Polybianæ referatur quæque Adnotatio; non video, quid commoditati eorum Lectorum decedat, qui Adnotationes noſtras, prouti ipſi in legendo contextu progrediuntur, ſimul oculis ſubjectas habere cupient: quandoquidem nil impedit, quo minus Tomum illum, qui continet Adnotationes, apertum in promtu & ad manus habeant, illumque quoties libuerit inſpiciant; quod non æque commode fieri poteſt, ubi (quemadmodum placere aliis video) ad calcem cujusque voluminis Adnotationes eæ, quæ ad contextum eodem volumine comprehenſum pertinent, adjiciuntur.

Quod in quaque pagina & *Temporum rationem*, & earum rerum, de quibus agitur, *brevia Argumenta* ad marginem notaverim; ea res quanta cum difficultate nonnumquam fuerit conjuncta, experimento equidem cognovi; commoditatis fructum Lectores capient, quorum in uſum hoc quidquid eſt laboris lubens ſuſcepi. In numerandis annis, qui a Roma condita effluxerunt, Faſtos Conſulares ſecutus ſum a Ianſonio ab Almeloveen editos. Cum annis ab Vrbe condita notationem Olympiadum ea ratione conjunxi, qua ipſum Polybium uſum eſſe ex compluribus nonnullis locis intellexi, ubi in exponendis rebus & annum Olympiadis definivit, quæ tunc agebatur, & Conſules Romanos nominavit, qui eodem anno magiſtratum geſſerunt. In definiendis autem annis, quos apud ipſum Auctorem noſtrum (in ea præſertim Hiſtoriarum parte, quæ non integra ad nos pervenit) notatos non inveni, ex veteribus Scriptoribus Livius potiſſimum dux fuit: ex recentioribus Chronographis, Simſoni Chronicon Vniverſale

præ

præ ceteris consuluisse me profiteor; nec parum adjutus sum (quamquam non tantum, quantum speraveram) Synopsi illa Chronologica, quam If. Casaubonus multo studio ad Polybium composuit. Ceterum, sicut, Chronologicas omnino rationes non penitus perspectas mihi esse, ultro profiteor; sic, si quid subinde fuero in hoc genere hallucinatus, veniam me ab æquis judicibus impetraturum spero: qui si meliora certioraque docere me Lectoresque Polybii voluerint, magnam habebo gratiam. De difficultatibus, quæ mihi in eodem genere passim oblatæ sunt, in Adnotationibus quantum opus videbitur disseram; ac vel rationes, quibus ad eas solvendas usus sum, exponam; vel dubitationes, quæ etiamnum mihi supersunt, ingenue proferam.

In eis *Polybianæ Historiæ Libris, quorum nonnisi Eclogæ & Fragmenta ad nos pervenerunt*, haud exiguo hoc incommodo laborabant superiores Editiones, quod eæ res, quæ eodem Libro continua serie a Polybio erant expositæ, nunc non tribus modo, sed nonnumquam multo etiam pluribus diversis locis fuerint quærendæ; quum pars in Excerptis Antiquis exhiberetur, pars in Legationibus, pars rursus in Eclogis de Virtutibus & Vitiis, tum rursus alia pars in Fragmentis Polybianis ex Suida aliisque auctoribus a Casaubono collectis esset dispersa, rursus alia in Fragmentorum Supplemento a Valesio congesto, alia in Spicilegio a Iac. Gronovio adjecto. Vnde summa oriebatur rerum confusio; ex qua, mirum est profecto, quo pacto extricare sese potuerint docti illi & industrii viri, qui nostra aut patrum memoria historiam illorum temporum componentes, quorum res gestas Polybius scripsit, disjecta illa Polybianæ Historiæ membra, collatis utique aliorum Scriptorum monumentis, unum in corpus redegerunt. Cui confusioni curandum esse novo Polybii editori ut medela adferatur, perspecte Reiskius monuit, [h]) quum, *Optandum*

h) In Præfat. ad sua Polybiana, pag. 798.

dum erat, ait, *ut hanc quoque operam dedisset Gronovius, ut fragmenta Legationum & Valesiana in unum consequentem ordinem construeret, qui, quantum ejus fieri ex sola conjectura potest, proxime accederet ad illum primigenium, quem olim in libris adhuc integris obtinebant; qui ordo haud raro satis est dilucidus atque insignis. Erat illa ratio non parum lucis rebus ipsis illatura, memoriamque rerum narratarum altius animo infixura.* Quam ego operam quum Polybio & studiosis Polybii Lectoribus conatus sim præstare; sæpe quidem lucidissime perspicere mihi visus sum nexum atque seriem, qua inter se olim in integro Polybii opere cohæsissent aut se invicem excepissent varia illa, quæ hodie supersunt, sive majora sive minora fragmenta: sed sæpe rursus, præsertim ubi Livii deficiebat cynosura, magnis cum tenebris ac difficultatibus luctatus, conjecturis niti fui coactus.

Vellem sane mihi licuisset, hac in urbe typis, quibus superbiunt nostrates officinæ, exscribendum hoc opus curare; ut specimina foliorum impressorum ipse relegere, &, si quid vel operarum culpa, vel mea etiam oscitantia esset peccatum, (quæ enim inter scribendum excidunt παροράματα, facilius fere animadvertere solemus, si impressa, quæ scripsimus, legimus, quam si manuscripta relegimus,) corrigere id potuissem, priusquam in publicum emanaret liber. Sed quum id quidem per rationes, quæ mei non fuerant arbitrii, fieri non potuerit; tamen nec per intervallum, quod me ab ea urbe, ubi excuditur liber, sejungit, nec per ipsum obitum, qui mihi, postquam vix prelo subjectus Polybius erat, luctuosissimus accidit, præstantissimi Viri mihique conjunctissimi, cujus fidei curæque rem conficiendam commiseram, detrimenti quidquam cepit operis exsecutio. Nam & eas rationes inierat Reichius meus, quo præside cummaxime floruit Weidmanniana libraria, quibus effectum est, ut in exteriore libri forma nil magno-

magnopere, quod reprehendant, inventuros ſperem homines non nimis delicatulos; & curam corrigendorum ſpeciminum typographicorum Viro commiſerat tam inſigniter græce docto, tamque ſingulare ſtudium ad corrigenda non operarum modo σφάλματα, verum etiam ſi qua editori ſubinde excidiſſent, adhibere ſolito, ut non niſi oppido pauciſſima in duobus Tomis, qui nunc in lucem prodeunt (quatenus quidem illos recognoſcere potui) errata animadverterim, & in his ne unum quidem, quod vel mediocriter doctum virum, ac pæne tyronem dixerim, morari poſſet. Si qua fuerint tamen, quæ difficultatem aliquam creare poſſe videantur, de his ſive in Commentariis, prout ad quemque locum accedam, ſive ſingulari ſcheda Tomo quarto adnectenda, monere decrevi. Sed quod de græco Polybii contextu, ac de latina verſione, tum de brevibus ſcholiis textui ſubjectis, veriſſime prædicare poſſum; vellem, idem de diligentia ad corrigendam *Præfationem* noſtram *Tomo primo* præmiſſam adhibita poſſem confirmare. At ea quidem cura, dum fervet prelum, & dum ad finem perducere ſecundum Tomum properat Bibliopola, alii viro, quam qui reliqua corrigere ſolet, commiſſa fuiſſe videtur. Ac ne ibi quidem gravius fere quidquam peccatum ab operis animadverti; & in citationibus præſertim, & in numeris, nihil erratum vidi. Sed ingratum eſt tamen, imo verendum, ne inauſpicatum etiam quodammodo videatur, ſi in ipſo operis introitu vel leviuſculas hujusmodi maculas offendat Lector; veluti *groece* pro *græce* p. vi. l. 7. & rurſus p. xii. lin. 4. aut *auctiſſimus* pro *acutiſſimus*, & *Præfationa* pro *Præfatione* p. vii. lin. 13. porro *tum nimis* pro *dum nimis* p. xi. lin. 5. a fine. *Eclogio* pro *Eclogis* p. xii. 4. *quam vocant* pro *quem vocant* p. xiv. 14. *innumerabilis* pro *innumerabilibus* p. xv. 16. *ſuis verbis* pro *his verbis* p. xx. 5. *inſcripto* pro *inſcriptio* p. xxiv. not. *conforment* pro *confirmant* p. xlvi. 15. *manarant* pro *manarunt* p. l. lin. 15. *Luteriam*

riam pro *Lutetiam* p. lv. not. *Augustanos* pro *Augustanas* p. lvii. infra med. Quibus addere nonnulla liceat, quæ ita quidem impressa sunt, ut a nobis scripta erant, sed quæ mutata mallem: scil. p. xviii. l. 10. *promeruit* velim pro *commeruit*. Pag. xxiv. not. *q*. ponendum erat *n*. 12. pro *n*. 11. Pag. xlii. l. 6. a fine, lege *adjecta nota codicis* pro *nota codici adjecta*. Pag. lvi. l. 5. lege *facile intelligitur* pro *facile quidem intelligitur*.

Scripsi Argentorati, mense Majo, anno Christi M.DCC.LXXXIX.

ΠΟΛΥ-

ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΕΤΑΡΤΗ.

Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ, τὰς αἰτίας ἐδηλώσαμεν τοῦ δευτέρου συστάντος Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πολέμου, καὶ τὰ περὶ τῆς εἰσβολῆς
2 τῆς εἰς Ἰταλίαν Ἀννίβου διήλθομεν. πρὸς δὲ τούτοις ἐξηγησάμεθα τοὺς γενομένους αὐτοῖς ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλους, μέχρι τῆς μάχης τῆς περὶ τὸν Αὐ-
3 φιδον ποταμὸν καὶ πόλιν Κάνναν γενομένης. Νῦν δὲ τὰς Ἑλληνικὰς διέξιμεν πράξεις τὰς κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐπιτελεσθείσας τοῖς προειρημένοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμ-
4 πιάδος· πρότερον ἀναμνήσαντες διὰ βραχέων τοὺς ἐντυγ-

Connexio cum superioribus.

Argumentum hujus libri. Res Græcorum Olymp. CXL.

Cap. I. 1. ἐδηλώσαμεν. δεδηλώκαμεν *Flor.*

POLYBII
MEGALOPOLITANI
HISTORIARVM LIBER IV.

Superiore libro caussas belli secundi quod Romani & Carthaginienses inter se gesserunt, exposuimus. Hannibalis quoque ingressum in Italiam declaravimus; pugnas præterea peregimus, quas invicem pugnaverunt, ad illud usque prælium, quod prope amnem Aufidum & urbem Cannas est commissum. Nunc *Græcorum res*, quæ temporibus iisdem contigere, quibus & modo dicta, *Olympiade* videlicet *quadragesima supra centesimam*, commemorabimus: si prius tamen lectori breviter

ἐντυγχάνοντας τῇ πραγματείᾳ τῆς κατασκευῆς,
ἣν ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐποιη-
σάμεθα, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους,
διὰ τὸ καὶ τοῦτο τὸ πολίτευμα παράδοξον ἐπίδοσιν
λαβεῖν εἴς τε τοὺς πρὸ ἡμῶν καὶ καθ' ἡμᾶς καιρούς.

Recapitulatio rerum Achaicarum ex Libro II.

Ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ Τισαμενοῦ, τῶν Ὀρέστου παί- 5
δων ἑνὸς, καὶ φήσαντες, αὐτοὺς ἀπὸ μὲν τούτου
βασιλευθῆναι κατὰ γένος ἕως εἰς Ὤγυγον, μετὰ
δὲ ταῦτα καλλίστῃ προαιρέσει χρησαμένους δημο-
κρατικῆς πολιτείας, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ
Μακεδονίας βασιλέων διασπασθῆναι κατὰ πόλεις
καὶ κώμας· ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπεβαλόμεθα λέγειν, 6
πῶς αὖθις ἤρξαντο συμφρονεῖν, καὶ πότε, καὶ τίνες
αὐτοῖς πρῶτοι συνέστησαν. τούτοις δ' ἑπομένως ἐδη- 7
λώσαμεν, τίνι τρόπῳ καὶ ποίᾳ προαιρέσει προσα-
γόμενοι τὰς πόλεις, ἐπεβάλοντο Πελοποννησίους
πάντας

4. *περὶ τῶν Ἑλλ. περὶ μὲν τῶν Ἑλλ. edd. ex Bav.* 5. *ἀπὸ μὲν τούτου. τούτων h. l. dant vulgo omnes præter Perott.* Ibid. *γένος ἕως εἰς. γένος εἰς edd. cum Bav. & Aug. γένος ὡς εἰς Vat. Flor. Reg. A. quod corrigendum putavi.* Ibid. ἐκ Μακεδον. *Mendose scripti libri omnes ἐκ Λακεδαιμονίας.*

breviter in memoriam revocaverimus, quæ Libro secundo præstruximus, cum de ceteris Græcis, tum maxime *de Achæis;* quoniam istorum etiam Respublica nostra & patrum nostrorum memoria admirandum cepit incrementum. Orsi namque a *Tisameno*, qui fuit unus e filiis Orestæ; postquam ostendimus, *Achæos* paruisse regibus ex horum genere continua successione ad *Ogygum* usque, deinde autem translata ad populum potestate, *Rempublicam* instituisse *pulcerrimam*, quæ a Macedonum regibus primo quidem divulsa fuerit & per oppida vicosque diremta; his statim subjecimus, quomodo iterum consentire in unum cœperint, & quando, & quinam primi eis se adjunxerint. Post hæc declaravimus, quonam modo & quibus consiliis, in suam societatem urbibus pellectis, efficere sint aggressi, *ut*

πάντας ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἄγειν ὀνομασίαν καὶ πολι-
8 τείαν. καθολικῶς δὲ περὶ τῆς προειρημένης ἐπιβο-
λῆς ἀποφηνάμενοι, μετὰ ταῦτα τῶν κατὰ μέρος
ἔργων κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπιψαύοντες, εἰς τὴν Κλεο-
μένους τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἔκπτωσιν κατην-
9 τήσαμεν. Συγκεφαλαιωσάμενοι δὲ τὰς ἐκ τῆς Προ-
κατασκευῆς πράξεις, ἕως τῆς Ἀντιγόνου καὶ Σελεύ-
κου καὶ Πτολεμαίου τελευτῆς, ἐπειδὴ περὶ τοὺς
αὐτοὺς καιροὺς πάντες οὗτοι μετήλλαξαν· λοιπὸν
ἐπηγγειλάμεθα τῆς αὐτῶν πραγματείας ἀρχὴν
ποιήσασθαι τὰς ἑξῆς τοῖς προειρημένοις πράξεις·

Rerum Achaicarum recapitulatio.

II. Καλλίστην ὑπόστασιν ὑπολαμβάνοντες εἶναι
ταύτην· διὰ τὸ, πρῶτον μὲν τὴν Ἀράτου σύνταξιν
ἐπὶ τούτους καταστρέφειν τοὺς καιρούς· οἷς συνά-
πτοντες τὴν διήγησιν, τὸν ἀκόλουθον ὑπὲρ τῶν Ἑλ-
2 λήνων ἀποδιδόναι προῃρήμεθα λόγον. δεύτερον δὲ,
διὰ

II. Cur ab Ol. CXL Hiſtoriam ſuam incipiat Auctor. Ibi deſinit Aratus.

II. 1. οἷς συνάπτ. ex conject. Vrſini recepit Caſaubonus. Mssti omnes ὡς συνάπτ. Vnde ὧ συνάπτοντες ſuſpicari licet cum Reiskio. Ibid. Ἑλλήνων. Forſ. Ἑλληνικῶν. Reisk.

ut omnes Peloponneſi populi communi ſimul nomine ac Reipubl. forma continerentur. Quo de incepto poſtquam aliquid generatim diximus; poſtea, res particulares breviter perſtringendo, continuam narrationem ad illa tempora perduximus, quando *Cleomenes* rex Lacedæmoniorum regno excidit. Tum autem in brevem ſummam collectis omnibus, quæ Præparatione noſtra comprehenduntur, usque ad Antigoni, Seleuci & Ptolemæi exceſſum, qui omnes circa eadem tempora fato ſunt functi; principium operis noſtri eſſe nos ducturos ſumus polliciti ab iis rebus, quæ proxime cum iis cohærent, quæ modo attigimus.

2. Exiſtimamus enim non aliud Hiſtoriæ noſtræ commodius poni poſſe veluti fundamentum: primo, quoniam in illorum temporum expoſitione deſinunt *Arati Commentarii.* Itaque, continuantes illius narrationem, quæ deinceps videbuntur de Græcis dicenda, ſubtexemus. Deinde,

Res iſtæ ætati Polybii proximæ ſunt.

διὰ τὸ καὶ τοὺς χρόνους οὕτω συντρέχειν, τοὺς ἑξῆς
καὶ τοὺς πίπτοντας ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν,
ὥστε τοὺς μὲν καθ' ἡμᾶς εἶναι, τοὺς δὲ κατὰ τοὺς
πατέρας ἡμῶν· ἐξ οὗ συμβαίνει, τοῖς μὲν αὐτοὺς
ἡμᾶς παραγεγονέναι, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἑωρακότων
ἀκηκοέναι. Τὸ γὰρ ἀνωτέρω προσλαμβάνειν τοῖς 3
χρόνοις, ὡς ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς γράφειν, οὐκ ἐφαίνεθ'
ἡμῖν ἀσφαλεῖς ἔχειν οὔτε τὰς διαλήψεις, οὔτε τὰς
ἀποφάσεις. Μάλιστα δὲ ἀπὸ τούτων ἠρξάμεθα 4
τῶν καιρῶν, διὰ τὸ καὶ τὴν τύχην ὡσανεὶ κεκαινο-
ποιηκέναι πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς
προειρημένοις καιροῖς. Φίλιππος μὲν γὰρ, ὁ Δημη- 5
τρίου κατὰ φύσιν υἱὸς, ἔτι παῖς ὢν, ἄρτι παρελάμ-
βανε τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. Ἀχαιὸς δὲ, τῆς ἐπὶ 6
τάδε τοῦ Ταύρου δυναστεύων, οὐ μόνον προστασίαν
εἶχε βασιλικὴν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν. ὁ δὲ Μέγας ἐπι- 7
κληθεὶς

Nova ubique facies rerum circa id tempus.

3. ἀσφαλεῖς ἔχειν &c. *Sic Caſaub. ex conject. conſtituit locum; qui in msstis ita legitur:* τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν, οὔτε γὰρ διαλήψεις, οὔτε τὰς ἀποφάσεις μάλιστα. διὸ ἀπὸ τούτων &c.

Deinde, quoniam res ita tulit, ut tempora hæc, quæ iſta exceperunt & quæ Hiſtoria noſtra perſequitur, partim in noſtram ætatem, partim in patrum noſtrorum inciderint memoriam: quo factum eſt, ut aliis rebus ipſi interfuerimus, alias ab iis acceperimus qui teſtes oculati fuere. Anteriorum ſiquidem temporum res geſtas ſimul exponere, ut auditionem ex auditione ſcriberem, parum exiſtimavi tutum: quod nec ſatis claræ notiones earum rerum informari poſſunt, nec de earumdem veritate ſatis certo judicari poteſt. Maxime autem impulit nos ut inde exordiremur, quod ea tempeſtate fortuna *univerſis prope orbis terrarum partibus novam quaſi faciem* induxerit. *Philippus* ſiquidem, Demetrii filius, etiamnum puer, Macedoniæ regnum recens ſuſceperat. *Achæus*, regionibus Aſiæ cis Taurum dominans, non ſpeciem ſolum regiam, ſed & potentiam obti-

κληθεὶς Ἀντίοχος, μικροῖς ἀνώτερον χρόνοις, τοῦ
ἀδελφοῦ Σελεύκου μετηλλαχότος, ἔτι κομιδῇ νέος ὤν,
8 τὴν ἐν Συρίᾳ διεδέδεκτο βασιλείαν. ἅμα δὲ τούτοις
Ἀριαράθης παρέλαβε τὴν Καππαδοκῶν ἀρχήν.
ὁ δὲ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς
9 τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐγεγόνει κύριος. Λυκοῦργος δὲ
Λακεδαιμονίων μετ' οὐ πολὺ κατεστάθη βασιλεύς.
ᾕρηντο δὲ Καρχηδόνιοι προσφάτως ἐπὶ τὰς προειρη-
10 μένας πράξεις στρατηγὸν αὐτῶν Ἀννίβαν. Οὕτω
δὲ τοιαύτης περὶ πάσας τὰς δυναστείας καινοποιΐας
οὔσης, ἔμελλε πραγμάτων ἔσεσθαι καινῶν ἀρχή.
τοῦτο γὰρ δὴ πέφυκε καὶ φιλεῖ συμβαίνειν κατὰ
11 φύσιν· ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι. Ῥωμαῖοι μὲν
γὰρ καὶ Καρχηδόνιοι τὸν προειρημένον ἐνεστήσαντο
πόλεμον· Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ἅμα τούτοις,
τὸν ὑπὲρ τῆς Κοίλης Συρίας· Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Φίλιπ-
πος, τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους· οὗ
τὰς αἰτίας συνέβη γενέσθαι τοιαύτας.

Nova ubique rerum facies.

BELLVM SOCIALE Achæorum & Philippi, cum Aetolis & Lacedæmoniis.

obtinebat. *Antiochus*, qui *Magnus* est cognominatus, paucis ante annis, mortuo fratri Seleuco admodum adhuc puer in regnum Syriæ succeffit. Simul & *Ariarathes* Cappadociæ regnum capessivit. *Ptolemæus* item *Philopator* circa idem tempus Aegypti regno potitus est. Nec multo post, *Lycurgus* rex Lacedæmoniorum est constitutus. Carthaginienses vero nuper ad res eas gerendas, quas commemoravimus, *Hannibalem* imperatorem creaverant. Hoc igitur modo innovatis ubique locorum potestatibus, quin novandarum quoque rerum principia nascerentur, nullum erat dubium: quippe ita comparatum natura est: neque aliter tunc evenit. Romani enim & Carthaginienses bellum, de quo diximus, inchoarunt: simùl Antiochus & Ptolemæus de Syria Cava bellarunt: *Achæi & Philippus adversus Aetolos & Lacedæmonios.* Hujus autem belli caussæ hæ fuerunt.

III. Caussæ & origo belli. Aetoli pacis impatientes

Αἰτωλοὶ πάλαι μὲν δυσχερῶς ἔφερον τὴν εἰρήνην,
καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων δαπάνας· ὡς
ἂν εἰθισμένοι μὲν ζῇν ἀπὸ τῶν πέλας, δεόμενοι δὲ
πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν, ᾗ
δουλεύοντες ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον,
οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ᾽ ἡγούμενοι πολέμια. οὐ μὴν, 2
ἀλλὰ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον, ἕως Ἀντίγονος ἔζη, δε-
διότες Μακεδόνας, ἦγον ἡσυχίαν. ἐπειδὴ δ᾽ ἐκεῖνος 3
μετήλλαξε τὸν βίον, παῖδα καταλιπὼν Φίλιππον,
καταφρονήσαντες, ἐζήτουν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις
τῆς εἰς Πελοπόννησον ἐπιπλοκῆς· ἀγόμενοι κατὰ τὸ
παλαιὸν ἔθος ἐπὶ τὰς ἐκ ταύτης ἁρπαγὰς, ἅμα
δὲ καὶ νομίζοντες ἀξιοχρεωτέρους εἶναι σφᾶς πρὸς
τὸ πολεμεῖν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς. ὄντες δ᾽ ἐπὶ ταύτης 4
τῆς προθέσεως, βραχέα τ᾽ αὐτομάτου σφίσι συνερ-
γήσαντος, ἔλαβον ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπιβολὴν
τοιαύ-

Materiam belli quærunt adversus Achæos. Ol.139.3. A.V.533.

III. 2. *ἀλλὰ τὸν. ἀλλὰ καὶ τὸν edd. ex Bav. κατὰ malim pro καὶ.* 3. *ἀξιοχρεωτέρους ex conject. posui. Possis & ἀξιοχρέους suspicari. Vulgo omnes ἀξιωτέρους.*

3. Iamdudum AETOLI pacem, & quod suis se sumtibus sustentare cogebantur, iniquo animo ferebant: gens assueta ex rapto vivere, & multis vitæ præsidiis egens propter insitam arrogantiam; cui dum indulget, aliena appetere, ac ferinam quamdam agitare vitam consuevit; nihil amicum, omnia hostilia reputans. Sed enim superioribus temporibus, quamdiu vixit Antigonus, metu Macedonum quieti egerant. Postea vero quam e vivis Antigonus excessit, relicto *Philippo* adhuc puero; *Aetoli*, eo spreto, occasiones ac prætextus quæsivere immiscendi se rebus Peloponnesi: nam & pro veteri sua consuetudine ad hanc deprædandam ducebantur, & magis pares se esse existimabant bello adversus solos Achæos gerendo. Hæc quum animo destinassent, casu quodam nonnihil eorum consilia adjuvante, ad bellum suscipiendum hoc usi sunt prætextu. *Dorimachus*, Tricho-

5 τοιαύτας. Δορίμαχος ὁ Τριχωνεὺς ἦν μὲν υἱὸς Νι- A.V. 533.
κοστράτου, τοῦ παρασπονδήσαντος τὴν τῶν Παμ- Dorimachus Tri-
βοιωτίων πανήγυριν. νέος δ' ὢν καὶ πλήρης Αἰτωλι- chonienfis,
κῆς ὁρμῆς καὶ πλεονεξίας, ἐξαπεστάλη κατὰ κοινὸν
6 εἰς τὴν τῶν Φιγαλέων πόλιν· ἥτις ἐστὶ μὲν ἐν Πε- Phigaleæ
λοποννήσῳ, κεῖται δὲ πρὸς τοῖς τῶν Μεσσηνίων ὅροις, refidens nomine
ἐτύγχανε δὲ τότε συμπολιτευομένη τοῖς Αἰτωλοῖς· Aetolorum,
7 λόγῳ μὲν, παραφυλάζων τήν τε πόλιν καὶ χώραν
τῶν Φιγαλέων, ἔργῳ δὲ κατασκόπου τάξιν ἔχων
8 τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πραγμάτων. Συνδραμόντων
δὲ πειρατῶν, καὶ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν
Φιγαλέαν, οὐκ ἔχων τούτοις ἀπὸ τοῦ δικαίου συμ-
παρασκευάζειν ὠφελείας, διὰ τὸ μένειν ἔτι τότε τὴν
κοινὴν εἰρήνην τοῖς Ἕλλησι τὴν ὑπ' Ἀντιγόνου συντε-
9 λεσθεῖσαν· τέλος ἀπορούμενος ἐπέτρεψε τοῖς πειρα- Piratis
ταῖς λῄζεσθαι τὰ τῶν Μεσσηνίων θρέμματα, φίλων favet adversus
10 ὄντων καὶ συμμάχων. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἠδίκουν τὰ Meffenios.
περὶ

5. Τριχωνεὺς. Τριχονεὺς *h. l. dant edd. & mssti. Rectius fortaffe foret* Τριχωνιεύς. 6. Μεσσηνίων. Μεσην. *Bav. & fic deinde conftanter.*

Trichonienfis, Nicoftrati filius fuit, illius, cujus in univerfæ gentis Bœotorum conventum infignis exftitit perfidia. Hic tum juvenis, &, ut Aetolus, turbulento ingenio atque alieni avido, *Phigaleam* (Peloponnefi urbem, ad fines Meffeniorum fitam, quæ eamdem tunc temporis rempublicam cum Aetolis colebat:) publice miffus eft; in fpeciem quidem, ad tutandam Phigalenfium urbem atque agros; re vera, ut eorum, quæ in Peloponnefo fierent, speculatorem ageret. Ad hunc quum variis ex locis *piratæ* Phigaleam concurriffent; quia nullam ipfis juftam prædam conciliare poterat, durante adhuc inter Græcos communi pace per Antigonum facta; tandem, quia aliud nullum confilium fuppetebat, abigendi pecora Meffeniorum, qui amici Aetolorum ac focii erant, poteftatem piratis facit. Hi igitur

Ol.139.3. Dorimachus piratis favet adv. Messenios.

A.V. 534. XXXVIII. Bellum RHODIORVM cum BYZANTIIS. Ol.139.4. A.V.534. Situs Byzantii, opportunus ad mare.

Βυζάντιοι, κατὰ μὲν θάλατταν, εὐκαιρότατον οἰκοῦσι τόπον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν, πάντων τῶν ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένῃ· κατὰ δὲ γῆν πρὸς ἀμφότερα πάντων ἀφυέστατον.
2 κατὰ μὲν γὰρ θάλατταν οὕτως ἐπίκεινται τῷ στόματι τοῦ Πόντου κυρίως, ὥστε μήτ᾽ εἰσπλεῦσαι μήτ᾽ ἐκπλεῦσαι δυνατὸν εἶναι τῶν ἐμπόρων τινὰ, χωρὶς
3 τῆς ἐκείνων βουλήσεως. Ἔχοντος δὲ τοῦ Πόντου πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον εὐχρήστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πάντων εἰσὶ τούτων κύριοι Βυζάντιοι.
4 πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας, τά τε θρέμματα καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος οἱ κατὰ τὸν Πόντον ἡμῖν τόποι παρασκευάζουσι δαψιλέστατον καὶ χρησιμώτατον ὁμολογουμένως· πρὸς δὲ περιουσίαν, μέλι, κηρὸν, τάριχος, ἀφθόνως ἡμῖν χορηγοῦσι. δέχονταί γε μὴν τῶν ἐν τοῖς παρ᾽ ἡμῖν τόποις περιττευόντων, ἔλαιον

XXXVIII. 4. θρέμματα. *Vitiose vulgo* δέρματα.

38. BYZANTII locum tenent, omnium in nostro orbe, mari quidem, commodissimum aptissimumque ad vitam cum secure, tum beate, degendam: terra vero, ad utrumque horum minime omnium accommodatum. Nam quod ad mare, ita prorsus ori Ponti imminent, ut, absque eorum voluntate, nulla cujusquam mercatoris navis neque intrare neque exire queat. Quum igitur multa *Pontus* ferat ceteris mortalibus ad vitam expetita, omnia illa Byzantii in sua potestate habent. Ad necessarios quippe vitæ usus, pecorum ingentem copiam, & servilium corporum maximum numerum, & quidem optimorum sine controversia, Ponticæ regiones nobis subministrant: ad lautitiam vero, mel, ceram, salsamenta, abunde præbent. Recipiunt vero e nostrorum locorum copiis, oleum, & quæcumque

Ol. 139.4. Situs Byzantii.

ἔλαιον καὶ πᾶν οἴνου γένος· σίτῳ δ' ἀμείβονται, ποτὲ μὲν εὐκαίρως διδόντες, ποτὲ δὲ λαμβάνοντες.
Πάντων δὴ τούτων ἢ κωλύεσθαι δέον ἦν ὁλοσχερῶς 6
τοὺς Ἕλληνας, ἢ τελέως ἀλυσιτελῆ γίγνεσθαι σφίσι τὴν ἀλλαγὴν αὐτῶν, Βυζαντίων ἤτοι βουλομένων ἐθελοκακεῖν, καὶ συνδυάζειν, ποτὲ μὲν Γαλάταις, τότε δὲ πλείονα Θρᾳξὶν, ἢ τὸ παράπαν μὴ κατοικούντων τοὺς τόπους. διά τε γὰρ τὴν στενότητα 7
τοῦ πόρου, καὶ τὸ παρακείμενον πλῆθος τῶν βαρβάρων, ἄπλους ἂν ἡμῖν ἦν ὁμολογουμένως ὁ Πόντος.
Μέγιστα μὲν οὖν ἴσως αὐτοῖς ἐκείνοις περιγίγνεται 8
λυσιτελῆ πρὸς τοὺς βίους διὰ τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας. ἅπαν γὰρ τὸ μὲν περιττεῦον παρ' αὐτοῖς, 9
ἐξαγωγῆς· τὸ δὲ λεῖπον, εἰσαγωγῆς ἑτοίμου τυγχάνει καὶ λυσιτελοῦς, ἄνευ πάσης κακοπαθείας καὶ κινδύνου. πολλά γε μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις εὔχρηστα δι' 10
ἐκείνους, ὡς εἰρήκαμεν, ἀπαντᾷ. διὸ καὶ κοινοί τινες

ὡς

6. *τότε ex msstis revocavi, pro ποτὲ, quod vulgo hic repetebatur.*

que sunt vini genera: in frumento mutuum faciunt, aliâs opportune dando, aliâs accipiendo. Harum igitur omnium rerum commercio aut carendum omnino fuerat Græcis, aut nulla penitus cum utilitate id fuerat exercendum; si Byzantii deteriora consilia sequi, & olim cum Galatis, tunc vero cum Thracibus magis, societate jungi voluissent, aut si illa loca penitus non inhabitarent. Nam partim ob freti angustias, partim ob adjacentium barbarorum multitudinem, erepta nobis esset in Pontum navigandi facultas. Puto igitur, ad ipsos quidem primo Byzantios ex natura locorum maxima redire vitæ commoda; quum & ea, quibus superfluunt, exportari, &, quibus deficiunt, importari facile & cum lucro & sine ulla molestia aut periculo possint. Sed & ad alios multa commoda propter ipsos, ut diximus, perveniunt. Quare, velut communes omnium

bene-

A.V. 534.

Byzantini velut communes Græcorum benefactores.

ὡς εὐεργέται πάντων ὑπάρχοντες, εἰκότως ἂν οὐ
μόνον χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἐπικουρίας κοινῆς τυγχά-
νοιεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν Βαρβά-
11 ρων περιστάσεις. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις
ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν εὐφυΐαν
τοῦ τόπου, διὰ τὸ μικρὸν ἔξω κεῖσθαι τῶν ἐπισκο-
12 πουμένων μερῶν τῆς οἰκουμένης· βουλόμεθα δὲ πάν-
τας εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα μὲν αὐτόπτας
γίγνεσθαι τῶν ἐχόντων παρηλλαγμένον τι καὶ διαφέ-
ρον τόπων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸν, ἐννοίας γε καὶ
τύπους ἔχειν ἐν αὐτοῖς ὡς ἔγγιστα τῆς ἀληθείας·
13 ῥητέον ἂν εἴη, τί τὸ συμβαῖνόν ἐστι, καὶ τί τὸ ποιοῦν
τὴν τηλικαύτην καὶ τοιαύτην εὐπορίαν τῆς προειρη-
μένης πόλεως.

Ratio situs tam opportuni.

XXXIX. *Ponti Euxini descriptio.*

Ὁ δὴ καλούμενος Πόντος ἔχει τὴν μὲν περίμε-
τρον, ἔγγιστα τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων σταδίων· στόμα-

12. *ἐννοίας γε ex Reg. B. recepit Casaub. Libri vett. dant ἐννοίας τε, quod bene haberet, si paulo ante esset εἰ δὲ μή γε τοῦτο.*

benefactores, non gratiam dumtaxat jure merito a Græcis referant; sed etiam commune Græcorum omnium auxilium, quando a barbaris periculum eis imminet. Quoniam autem proprietatem & naturam hujus loci plerique hominum idcirco ignorant, quia aliquanto longius abest ab iis orbis nostri partibus, ad quas visendas iri solet: nos, qui res hujusmodi notas esse omnibus cupimus, & maxime quidem, si fieri possit, ex inspectione omnia cognosci loca, in quibus peculiare aliquid aut excellens inest, aut, si hoc non potest, unumquemque in animo habere notiones saltem eorum & expressas formas, ad veritatem quam proxime accedentes; dicendum existimamus, quid id rei sit, & quæ caussa dictæ urbi talem tantamque felicitatem conciliet.

39. *Pontus* igitur, quem vocant, ambitum habet stadiorum circiter XXII millium:

Ol. 139. 4. στόματα δὲ διττὰ, κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις κείμε-
να· τὸ μὲν ἐκ τῆς Προποντίδος, τὸ δ᾽ ἐκ τῆς Μαιώ-
τιδος λίμνης· ἥ τις αὐτὴ κατ᾽ αὐτὴν ὀκτακισχιλίων
ἔχει σταδίων τὴν περιγραφήν. εἰς δὲ τὰ προειρημέ- 2
να κοιλώματα πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐκ
τῆς Ἀσίας ἐκβαλλόντων, ἔτι δὲ μειζόνων καὶ πλειό-
νων ἐκ τῆς Εὐρώπης· συμβαίνει, τὴν μὲν Μαιῶτιν,
ἀναπληρουμένην ὑπὸ τούτων, ῥεῖν εἰς τὸν Πόντον διὰ
τοῦ στόματος, τὸν δὲ Πόντον εἰς τὴν Προποντίδα.
Duo Bosfpori. Καλεῖται δὲ τὸ μὲν τῆς Μαιώτιδος στόμα, Κιμμερι- 3
κὸς Βόσπορος, ὃ τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκον-
τα στάδια, τὸ δὲ μῆκος ἑξήκοντα στάδια· πᾶν δ᾽
ἐστὶν ἀλιτενές. τὸ δὲ τοῦ Πόντου, παραπλησίως 4
ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος Θρᾴκιος· ἔστι δὲ τὸ μὲν
μῆκος ἐφ᾽ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια, τὸ δὲ πλάτος
οὐ πάντῃ ταυτόν. Ἄρχει δὲ τοῦ στόματος, ἀπὸ 5
μὲν

XXXIX. 1. ἔχει σταδίων. ἐστὶ σταδ. edd. ex Bav. 3. ἑξήκοντα στάδια. *Abest h. l. vocab.* στάδια *a Vat. & Flor.* 4. πάντῃ ταυτόν. *Vulgo* πάντῃ ταύτῃ ταυτόν. *Delevi* ταύτῃ *cum Flor. & Vat. Forsan* πάντῃ πάντως ταυτόν. 5. Ἄρχει. ἀρχὴ *ex uno Reg. B. recepit Casaub.*

lium: ora duo, fibi ex adverfo oppofita; alterum e Propontide, alterum e *lacu Mæotio;* qui & ipfe per fe in circuitum patet ftadia octies mille. Quum autem in defcriptos alveos multi magnique amnes ex Afia influant, majores vero etiam & plures ex Europa; evenit, ut Mæotius quidem lacus, ubi ab illis fluminibus eft repletus, in Pontum per os fuum effundatur; Pontus vero, in Propontidem. Nominatur autem os Mæotidis, *Cimmerius Bofporus;* cujus latitudo eft ftadiorum plus minus triginta; longitudo, fexaginta; eft autem totum illud oftium humile & vadofum. Ipfius Ponti os fimiliter vocatur *Bofporus*, & quidem *Thracius;* porrectum in longitudinem ad centum viginti ftadia: latitudo non ubique femper eadem. Oris principium eft, e Proponti-
de

μὲν τῆς Προποντίδος, τὸ κατὰ Καλχηδόνα διάστημα καὶ Βυζάντιον, ὃ δεκατεττάρων ἐστὶ σταδίων· A.V. 534.
6 ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον Ἱερὸν, (ἐφ' οὗ τόπου φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν, Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς·) ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπιεῖον
7 τῆς Θρᾴκης. Τοῦ δὲ ῥεῖν ἔξω κατὰ τὸ συνεχὲς τήν τε Μαιῶτιν καὶ τὸν Πόντον, εἰσὶν αἰτίαι διτταί. μία μὲν αὐτόθεν καὶ πᾶσι προφανής· καθ' ἣν, πολλῶν εἰσπιπτόντων ῥευμάτων εἰς περιγραφὴν ἀγγείων ὡρισμένων, πλεῖον ἀεὶ καὶ πλεῖον γίγνεται τὸ
8 ὑγρόν. ὃ, μηδεμιᾶς μὲν ὑπαρχούσης ἐκρύσεως, δέον ἂν ἦν, προσαναβαῖνον, ἀεὶ μείζω καὶ πλείω τοῦ κοιλώματος περιλαμβάνειν τόπον· ὑπαρχουσῶν δ' ἐκρύσεων, ἀνάγκη, τὸ προσγιγνόμενον καὶ πλεονάζον, ὑπερπίπτον ἀποῤῥεῖν καὶ φέρεσθαι συνεχῶς διὰ τῶν

Cur Pontus jugiter effluat.

Fluvii semper infundunt aquam.

G 2

5. Καλχηδόνα. Χαλκηδ. *edd. cum aliis, & sic constanter.*

de venienti, illud intervallum, quod est inter *Calchedonem* & *Byzantium*, stadiorum quatuordecim: exeunti vero e Ponto, locus ille quem *Hieron* vocant; ubi fama est *Iasonem*, quando e Colchis revertebatur, duodecim diis primum sacrificasse. Est autem ille locus in Asia situs; abestque ab Europa & *fano Sarapidis*, quod in opposita est Thracia, duodecim fere stadia. *Quod autem Mæotis & Pontus continenter effluant*, ejus rei *caussa duplex* est: *una* in promtu, & nemini non manifesta: quatenus enim multi amnes vasa ingrediuntur, quorum est circumscripta definitaque mensura, accedit major in dies aquarum copia; quæ, si nullus pateret exitus, assurgere magis magisque in altum deberet, & majorem ampliorемque alvei locum semper occupare. Nunc quum pateant exitus, necesse est, ut, quod nova accessione redundat, id excedens oram effluat, ac per ea

Ol.139.4. τῶν ὑπαρχόντων στομάτων. Δευτέρα δέ· καθ' ἣν, 9 πολὺν καὶ παντοδαπὸν χοῦν εἰσφερόντων εἰς τὰ προειρημένα κοιλώματα τῶν ποταμῶν κατὰ τὰς τῶν ὄμβρων ἐπιτάσεις, ἐκπιεζόμενον τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τῶν συνισταμένων ἐγχωμάτων, ἀεὶ προσαναβαίνει, καὶ φέρεται κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐκρύσεων. τῆς δ' ἐγχώσεως καὶ τῆς ἐπιῤῥύσεως ἀδια- 10 παύστου καὶ συνεχοῦς γιγνομένης ἐκ τῶν ποταμῶν, καὶ τὴν ἀπόῤῥυσιν ἀδιάπαυστον καὶ συνεχῆ γίγνεσθαι διὰ τῶν στομάτων ἀναγκαῖον. Αἱ μὲν οὖν ἀλη- 11 θεῖς αἰτίαι τοῦ ῥεῖν ἔξω τὸν Πόντον, αἵδ' εἰσίν· οὐκ ἐξ ἐμπορικῶν ἔχουσαι διηγημάτων τὴν πίστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θεωρίας, ἧς ἀκριβεστέραν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον.

Et aggesta humo fundum aquæ attollunt.

XL. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, οὐδὲν ἀφετέον ἀργὸν, οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κείμενον, ὅπερ οἱ πλεῖστοι ποιεῖν εἰώθασι τῶν συγγραφέων· ἀποδεικτι-

Rerum naturalium expositio Historico non negligenda.

ea quæ adsunt ora continenter labatur. *Altera* caussa est hujusmodi. Quum per magnos & vehementes imbres flumina multum atque omnis generis limum in prædictos alveos inferant; elisa aqua ab aggesta terra, altius semper attollitur, & ratione ea, quam diximus, per alveorum exitus manat. Et quoniam indesinenter atque continuo ab amnibus & humus aggeritur, & aquæ infunduntur; etiam emanantes per ora aquas numquam desinere, sed semper fluere est necesse. Ac veræ quidem caussæ, cur extra alveum feratur Pontus, istæ sunt: quarum fides non ex mercatorum narrationibus pendet, verum e rerum naturalium contemplatione, quam maxime fieri potest, accurata.

40. Quoniam autem huic loco insistere cœpimus; nihil nobis, ne eorum quidem quæ in rerum natura sunt posita, inexplicatum prætermittendum est; quod plerique

δεικτικῇ δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μηδὲν A.V. 534.
ἄπορον ἀπολείπωμεν τῶν ζητουμένων τοῖς φιληκόοις.
2 τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς, πάν-
των πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, οὐκ ἂν ἔτι
πρέπον εἴη, ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρ-
3 τυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων· ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πε-
ποιήκασι περὶ τῶν πλείστων, ἀπίστους ἀμφισβη-
τουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτὰς, κατὰ τὸν Ἡρά-
κλειτον. πειρατέον δὲ, δι' αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἱκα-
4 νὴν παριστάναι πίστιν τοῖς ἀκούουσι. Φαμὲν δὴ, Pontus Euxinus aliquando opplebitur.
χώννυσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν Πόντον, χρό-
νῳ γε μὴν ὁλοσχερῶς ἐγχωσθήσεσθαι τήν τε Μαιῶ-
τιν καὶ τοῦτον· μενούσης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως
περὶ τοὺς τόπους, καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχώσεως
5 ἐνεργούντων κατὰ τὸ συνεχές. Ὅταν γὰρ ὁ μὲν
χρόνος ἄπειρος ᾖ, τὰ δὲ κοιλώματα πάντῃ πάν-

XL. 1. ἀπολείπωμεν. ἀπολίπωμεν Flor.

que Hiſtoriarum ſcriptores facere ſolent: imo vero *eo genere narrationis* utendum eſt, *quo rerum commemoratarum rationes etiam exponuntur;* ne dubium ullum de eis rebus, de quibus quæritur, ſtudioſis relinquamus. Eam ſiquidem diligentiam hodierna tempora requirunt. Nam quia hodie terra marique ſunt omnia pervia; turpe jam ſit, de iis, quæ vulgo ignorantur, poëtas & fabularum ſcriptores teſtes afferre: quod in pleriſque ſuperiores ſcriptores fecerunt, *infidos rerum de quibus diſceptatur fidejuſſores,* ut ait *Heraclitus,* afferentes. Quin potius conandum eſt nobis, ut ipſa per ſe noſtra narratio fidem audientibus faciat. Dicimus igitur, *& olim & nunc Pontum humo obrui atque adimpleri: tandem vero etiam penitus & Mæotidem & ipſum Pontum iri oppletum, ſi modo eadem maneat conditio illorum locorum, & cauſſæ aggeſtus illius continenter operentur.* Quando enim tempus quidem infinitum eſt, alvei vero

Ol.139.4. τως ὡρισμένα· δῆλον, ὡς, κἂν τὸ τυχὸν εἰσφέρηται, πληρωθήσονται τῷ χρόνῳ. Κατὰ φύσιν γὰρ, τὸ 6 πεπερασμένον, ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ συνεχῶς γιγνόμενον, ἢ φθειρόμενον, κἂν κατ' ἐλάχιστον γίγνηται, (τοῦτο γὰρ νοείσθω νῦν) ἀνάγκη τελειωθῆναι κατὰ τὴν πρόθεσιν. Ὅταν δὲ μὴ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ καὶ 7 λίαν πολύς τις εἰσφέρηται χοῦς, φανερὸν, ὡς οὐ ποτὲ, ταχέως δὲ, συμβήσεται γενέσθαι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν. ὃ δὴ καὶ φαίνεται γιγνόμενον. 8

Palus Mæotis jam nunc oppleta est.

τὴν μὲν οὖν Μαιῶτιν ἤδη κεχῶσθαι συμβαίνει· τὸ γάρ τοι πλεῖστον αὐτῆς μέρος, ἐν ἑπτὰ καὶ πέντε ὀργυιαῖς ἐστι. διὸ καὶ πλεῖν αὐτὴν οὐκ ἔτι δύνανται ναυσὶ μεγάλαις, χωρὶς καθηγεμόνος. οὖσά τ' ἐξ 9 ἀρχῆς θάλαττα σύῤῥους τῷ Πόντῳ, καθὰ οἱ πα-

Et ejus aqua, dulcis.

λαιοὶ συμφωνοῦσι, νῦν ἐστι λίμνη γλυκεῖα· τῆς μὲν θαλάττης ἐκπεπιεσμένης ὑπὸ τῶν ἐγχωμάτων, τῆς δὲ

6. ἢ φθειρόμ. ἢ καὶ φθειρόμ. *Casaub. ex Reg. B.*

ro certis plane finibus circumſcripti; perſpicuum eſt, etſi vel minimum ſit quod invehitur, futurum tamen aliquando tandem, ut impleantur. Ita enim natura comparatum eſt: ſi finitum aliquid tempore infinito naſcatur, aut denaſcatur, etſi minimum eſt quod ſit quotidie, (ponamus enim id nunc quidem;) neceſſe eſt, ut illud ad deſtinatum finem perveniat. Iam vero, ſi non parum neſcio quid, ſed longe plurimum limi aggeratur; perſpicuum eſt, non dico aliquando, ſed brevi eventurum id quod modo dicebamus. Quin, fieri jam id ipſum, apparet. *Mæoticus* ſiquidem *lacus* jam nunc eſt oppletus: nam in plerisque illius partibus non ultra ſeptem aut quinque ulnarum eſt ejus altitudo; ut ſine itineris duce navigari magnis navibus non amplius poſſit. Et quum olim *mare* illud fuerit, Ponto conjunctum, ut conſentiunt veteres; nunc *lacus* eſt aquæ dulcis, poſtquam maris aqua eliſa eſt ab aggeſta terra, & ingredientium

10δὲ τῶν ποταμῶν εἰσβολῆς ἐπικρατούσης. ἔσται δὲ A.V. 534.
καὶ περὶ τὸν Πόντον παραπλήσιον, καὶ γίγνεται νῦν· Idem fiet Ponto.
ἀλλ' οὐ λίαν τοῖς πολλοῖς ἐστι καταφανὲς, διὰ τὸ
μέγεθος τοῦ κοιλώματος. τοῖς μέν τοι βραχέα συνε-
πιστήσασι, καὶ νῦν ἐστι δῆλον τὸ γιγνόμενον.

Τοῦ γὰρ Ἴστρου πλείοσι στόμασιν ἀπὸ τῆς Εὐ- XLI. Ejus rei ratio & indicium.
ρώπης εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαίνει πρὸς
τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια στάδια συνιστάναι ταινίαν,
ἡμέρας δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς· ἥ τις νῦν συνέ-
στηκεν ἐκ τῆς τοῖς στόμασιν εἰσφερομένης ἰλύος·
2ἐφ' ἣν, ἔτι πελάγιοι, τρέχοντες οἱ πλέοντες τὸν
Πόντον, λανθάνουσι ἐποκέλλοντες νυκτὸς ἐπὶ τοὺς
3τόπους. καλοῦσι δ' αὐτοὺς οἱ ναυτικοὶ Στήθη. Τοῦ Stethe, sive dorsa, ante ostia Istri.
δὲ μὴ παρ' αὐτὴν συνίστασθαι τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ
πολὺ προωθεῖσθαι τὸν χοῦν, ταύτην νομιστέον εἶναι
4τὴν αἰτίαν. ἐφ' ὅσον μὲν γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν ποτα-
μῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φορᾶς ἐπικρατοῦσι καὶ διω-

10. παραπλήσιον. *Putabam* τὸ παραπλήσιον.
XLI. 2. ἐποκέλλ. ἐπικέλλοντες *edd. cum Bav. Aug. & Regiis.*

tium amnium influxus pervicit. Idem vero fiet etiam *Ponto;* & jam nunc fit: sed præ alvei magnitudine parum id vulgus obſervat; verum qui vel mediocriter attendunt, jam nunc ſuper eo nihil dubitant.

41. Nam quum pluribus oſtiis ex Europa in Pontum *Iſter* præcipitet, efficitur in Ponto & nunc obtinet *tænia* quædam, ſive moles, per mille circiter ſtadia in longum porrecta, diei unius curſu diſtans a terra, ex limo concreta quem oſtia fluviorum deferunt. In quam ſi hi, qui Pontum navigant, dum adhuc in alto eſſe putant, incurrunt; accidit illis noctu, ut imprudentes navem in hæc loca impingant. *Stethe*, id eſt, *dorſa* nautæ vocant. Quod autem agger ille non propius terram creſcit, ſed procul inde ſubmovetur, cauſſam exiſtimare hanc oportet. Scilicet in quantum influentia flumina impetum præ ea, qua feruntur, violentia ſervant, &

Ol. 139. 4. Dorsi in Ponto, ante ostia Istri.

θοῦνται τὴν θάλατταν, ἐπὶ τοσοῦτο καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ φερόμενα τοῖς ῥεύμασιν ἀνάγκη προωθεῖσθαι, καὶ μὴ λαμβάνειν μονὴν μηδὲ στάσιν ἁπλῶς.
ὅταν δὲ διὰ τὸ βάθος ἤδη καὶ πλῆθος τῆς θαλάτ- 5
της ἐκλύηται τὰ ῥεύματα· τότ᾽ εἰκὸς ἤδη, κατὰ φύσιν φερόμενον κάτω, μονὴν καὶ στάσιν λαμβάνειν τὸν χοῦν.
δι᾽ ἃ δὴ τῶν μὲν λάβρων καὶ μεγάλων 6
ποταμῶν, τὰ μὲν χώματα μακρὰν συνίσταται, τὰ δὲ παρὰ τὴν χέρσον ἐστὶν ἀγχιβαθῆ· τῶν δ᾽ ἐλαττόνων καὶ πρᾴως ῥεόντων, παρ᾽ αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ θῖνες συνίστανται.
Μάλιστα δ᾽ ἔκδηλον γί- 7
γνεται τοῦτο κατὰ τὰς τῶν ὄμβρων ἐπιφοράς. καὶ γὰρ τὰ τυχόντα τότε τῶν ῥείθρων, ἐπειδὰν ἐπικρατήσωσι τοῦ κύματος κατὰ τὴν εἰσβολὴν, προωθοῦσι τὸν χοῦν εἰς θάλατταν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε πρὸς λόγον ἑκάστου γίγνεσθαι τὴν ἀπόστασιν τῇ βίᾳ τῶν ἐμπιπτόντων ῥευμάτων.
Τῷ δὲ μεγέθει 8
τῆς προειρημένης ταινίας, καὶ καθόλου τῷ πλήθει τῶν

mare protrudunt; in tantum & limum, & quæcumque cursu aquarum devehuntur, protrudi necesse est, neque moram ullam accipere ad subsistendum potest. Vbi vero, propter profunditatem & immensitatem maris, fluentorum vis minuit; ibi demum rationi naturæque consentaneum est, ut materia illa quæ aggeritur subsidat, & quieta firmaque maneat. Propterea rapidorum magnorumque amnium moles procul excitantur, & prope terram mare altum est: minorum vero fluminum & leviter fluentium, prope ipsa ostia aggeres consistunt. Maxime autem manifestum hoc fit, ubi magni imbres cadunt: nam tunc vel minimi amnes, superata vi fluctuum circa ostium, limum adeo longe protrudunt in altum, ut, pro violentia cujusque amnis in mare se exonerantis, brevior aut longior distantia intercedat. De magnitudine autem illius tæniæ, quam diximus Istro præ-

A.V. 534.

Dorsa in Ponto, ante ostia Istri.

τῶν εἰσφερομένων λίθων καὶ ξύλων καὶ γῆς ὑπὸ τῶν ποταμῶν, οὐδαμῶς ἀπιστητέον· (εὔηθες γάρ·) θεωροῦντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὸν τυχόντα χειμάῤῥουν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ πολλάκις ἐκχαραδροῦντα μὲν καὶ διακόπτοντα τόπους ἠλιβάτους, φέροντα δὲ πᾶν γένος ὕλης καὶ γῆς καὶ λίθων, ἐπιχώσεις δὲ ποιούμενον τηλικαύτας, ὥστ' ἀλλοιοῦν ἐνίοτε, καὶ μηδὲ γινώσκειν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τοὺς αὐτοὺς τόπους.

XLII.

Ἐξ ὧν οὐκ εἰκὸς θαυμάζειν, πῶς οἱ τηλικοῦτοι καὶ τοιοῦτοι ποταμοὶ, συνεχῶς ῥέοντες, ἀπεργάζονταί τι τῶν προειρημένων, καὶ τέλος ἐκπληροῦσι τὸν Πόντον. οὐ γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖον γενέσθαι τοῦτό γε, προφαίνεται κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος· ὅσῳ γάρ ἐστι νῦν ἡ Μαιῶτις γλυκυτέρα τῆς Ποντικῆς θαλάττης, τοσούτῳ θεωρεῖται διαφέρουσα προφανῶς ἡ Ποντικὴ τῆς καθ' ἡμᾶς.

Ponti aqua dulcior, quam reliqui maris.

G 5 ἐξ

9. *μηδὲ γινώσκειν ἐᾶν ἐν βρ. χρ. suspicatus est Reisk.*

XLII. 3. *ὅσῳ. ὅσον Aug.* Ibid. *τοσούτῳ cum Ursino dedit Casaub. Libri nostri omnes οὕτω.*

prætendi, aut omnino de copia saxorum, lignorum, & terræ, quam invehunt amnes, non est quod fidem superare cuiquam ea res videatur: stultum enim hoc fuerit: quum cernere sæpe sit oculis, quamvis parvum torrentem brevi tempore per loca præcelsa præruptaque meatus sibi confragosos aperire, & vi perrumpere, materiam omne genus, terramque, & saxa devehentem; loca vero, per quæ transit, usque adeo aggere complere, faciemque locorum interdum penitus adeo immutare, ut modico temporis intervallo eadem loca non agnoscantur.

42. Quare mirari nemo debet, si tanti amnes, tamque rapidi, continuo influxu, eorum quæ diximus aliquid efficiunt, ac tandem *Pontum* sunt impleturi. Nam recta ratione rem putantibus, non simile veri, sed necessarium videbitur, ut id ita fiat. Futuri porro argumentum est: quod, in quantum dulcior *Mæotis* Pontico mari, in tantum differre palam est Ponti-

Ol. 139. 4. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς, ὅταν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ πεπληρῶσθαι 4
συμβαίνει τὴν Μαιῶτιν, τοῦτον λάβῃ τὸν λόγον
πρὸς τὸν χρόνον, ὃν ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώμα-
τος πρὸς τὸ κοίλωμα, τότε συμβήσεται καὶ τὸν
Πόντον τεναγώδη καὶ γλυκὺν καὶ λιμνώδη γενέσθαι,
παραπλησίως τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ. καὶ θᾶττον δὲ 5
τοῦτον ὑποληπτέον, ὅσῳ μείζους καὶ πλείους εἰσὶν
αἱ ῥύσεις τῶν εἰς τοῦτον ἐκπιπτόντων ποταμῶν.

Narrationes miræ ratione dijudicandæ sunt.

Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀπίστως δια- 6
κειμένους, εἰ δὴ χώννυται καὶ νῦν, καὶ χωσθήσεσθαί
ποτε συμβήσεται τὸν Πόντον, καὶ λίμνη καὶ τένα-
γος ἔσται τὸ τηλικοῦτον πέλαγος. ἔτι δὲ μᾶλλον 7
εἰρήσθω καὶ τῆς τῶν πλοϊζομένων ψευδολογίας καὶ
τερατείας χάριν· ἵνα μὴ παντὶ τῷ λεγομένῳ προσ-
κεχηνέναι παιδικῶς ἀναγκαζώμεθα διὰ τὴν ἀπει-
ρίαν· ἔχοντες δ' ἴχνη τῆς ἀληθείας ἐπὶ ποσὸν, ἐξ
αὐτῶν ἐπικρίνειν δυνώμεθα τὸ λεγόμενον ὑπό τινων
ἀλη-

6. χώννυται *ex Reg. B. & conject. Vrsini edidit Casaub.* χώννυσθαι *Vat. Vrb. Aug. Reg. A. Bav.*

Ponticum a nostro. Ex quo apparet, *ubi tempus, quo compleri Mæotim contigit, eadem proportione fuerit auctum, quam proportionem inter se habent magnitudines alveorum; futurum tunc, ut Pontus dulcescat, fiatque ad instar paludis & lacus, haud secus ac Mæotis palus.* Imo vero tanto citius hoc eventurum existimare debemus, quo majora & plura flumina sunt, quæ in hunc præcipitant. Hæc igitur dicta sint adversus eos, quibus incredibile videtur, Pontum & adimpleri jam nunc, & oppletum iri quandoque, & tantum pelagus lacum paludemque aliquando futurum. Atque magis etiam adversus navigantium mendacia miraculosaque figmenta sunto hæc dicta: ne, propter imperitiam, more puerorum cogamur quidquid dictum fuerit ore hiante excipere; sed ut, vestigia atque indicia quædam veritatis habentes, per nos ipsos, verum sit, nec ne, quod quisque dixerit,

8 ἀληθῶς ἢ τοὐναντίον. Ἐπὶ δὲ τὸ συνεχὲς τῆς εὐ- A.V. 534.
καιρίας τῶν Βυζαντίων ἐπάνιμεν.

XLIII. Descriptio Bospori Thracii.

Τοῦ δὴ στόματος, τοῦ τὸν Πόντον καὶ τὴν Προποντίδα συνάπτοντος, ὄντος ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων τὸ μῆκος, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν, καὶ τοῦ μὲν Ἱεροῦ τὸ πρὸς τὸν Πόντον πέρας ὁρίζοντος, τοῦ δὲ κατὰ Βυζάντιον διαστήματος, τὸ πρὸς τὴν Προπον-
2 τίδα· μεταξὺ τούτων ἐστὶν Ἑρμαῖον, τῆς Εὐρώπης ἐπὶ προοχῆς τινος ἀκρωτηριαζούσης ἐν τῷ στόματι κείμενον, ὃ τῆς μὲν Ἀσίας ἀπέχει περὶ πέντε στάδια, κατὰ τὸν στενώτατον δὲ τόπον ὑπάρχει τοῦ παντὸς στόματος· ἢ καὶ Δαρεῖον ζεῦξαί φασι τὸν πόρον, καθ᾽ ὃν χρόνον ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ Σκύθας διά-
3 βασιν. Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου, παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ ῥεύματος, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ᾽ ἑκάτερον τὸ μέρος τῷ στόματι

XLIII. 1. εἴπομεν. εἶπον *Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb. Vrsin.* 2. ἀκρωτηριαζούσης. *Alii vulgo* ἀκρωρειαζούσης. Ibid. στενώτατον. *Alii* στενότατον, & *sic* v. 4. *iterum.*

dixerit, dijudicare valeamus. Nunc redeamus ad reliquam *opportunitatem situs Byzantiorum.*

43. Quum igitur *fretum illud, quod Pontum & Propontidem jungit,* longitudinem habeat stadiorum, ut paullo ante dicebamus, centum & viginti: quumque ejus extremum, Ponto proximum, terminetur *Hiero,* (sive *Fano;*) alterum vero, Propontidem versus, eo intervallo quod est inter Byzantium & oram oppositam: est in medio spatio isto ab Europæ latere *Hermæum,* id est, Mercurii fanum, rupi cuidam, instar promontorii in fretum prominenti, superstructum; stadiis quinque distans ab Asia, qua parte angustissimum est fretum. Vbi etiam dicitur *Darius,* quando infesto exercitu Scythas petiit, ponte fretum junxisse. In cetero igitur tractu inde a Ponto, quia similis est utraque ora hinc inde juxta fretum porrecta, etiam cursus aquæ ubique æqua-

Ol.139.4.

Fluxus aquæ in freto varie repercussus.

στόματι παρηκόντων τόπων. Ἐπὰν δὲ εἰς τὸ τῆς 4
Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ᾗ στενώτατον ἔφαμεν εἶναι, φερόμενος ἐκ τοῦ Πόντου καὶ συγκλειόμενος ὁ ῥοῦς βίᾳ προσπέσῃ· τότε δὴ τραπεὶς, ὥσπερ ἀπὸ πληγῆς, ἐμπίπτει τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἀσίας τόποις. ἐκεῖθεν 5
δὲ πάλιν, οἷον ἐξ ὑποστροφῆς, τὴν ἀνταπόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης. ὅθεν αὖθις ὁρμήσας, προσπίπτει 6
πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην· ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος, ἐφ᾽ ὃν ἐπιστῆναί φασι πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. πλὴν ὅ γε ῥοῦς, τὸ τελευταῖον ὁρμή- 7
σας ἀπὸ τῆς Βοὸς, ἐπ᾽ αὐτὸ φέρεται τὸ Βυζάντιον· περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει, τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει. διευτονεῖν μὲν οὖν οὐκ ἔτι 8
δύναται πρὸς τὴν ἀντιπέρας χώραν, ἐφ᾽ ἧς ἐστι Καλχηδών. πλεονάκις γὰρ τὴν ἀνταπόδοσιν πε- 9
ποιη-

Languidior fit versus Calchedonem.

4. ἀντικρύ. ἄντικρυς *Vrb.* ἀντίπερας *Vat.* ἀντιπέρας *Flor.* 8. Καλχηδών. Χαλκηδὼν *Casaub. invitis msstis, & sic deinde constanter in hoc vocab.*

æquabilis est. Postquam vero delapsæ e Ponto aquæ fluxus, in angustias jam coarctatus, magna cum violentia in oram Europæam, ad *Hermæum*, qua angustissimum esse trajectum diximus, impulsus est; tunc, quasi accepto ictu, conversus, oppositis in Asia locis vehemens ingruit. Tum inde rursus, velut nova conversione facta, ad illa Europæ loca redit, quæ dicuntur *ad Hestias* promontoria. Hinc iterum magno impetu Asiæ locum petit, quem *Bovem* vocant; in quo, ut narrant fabulæ, trajecto freto, *Io* pedem primo posuit. Quo ex loco repercussus fluxus, ad *Byzantium* ipsum postremo fertur. Vbi, circa urbem divisus, parvam sui partem sinui immittit, quem *Cornu* vocant; pars vero major aquæ cursum inde avertit. Sed jam quidem languidior factus fluxus, ad *Calchedonem* e regione sitam pervenire porro non potest. Sæpius enim ultro citroque reper-

ποιημένος, καὶ τοῦ πόρου πλάτος ἔχοντος, ἤδη περὶ A.V.534.
τοῦτον τὸν τόπον ἐκλυόμενος ὁ ῥοῦς, οὐκ ἔτι βραχείας πρὸς ὀξεῖαν γωνίαν ποιεῖται τὰς ἀνακλάσεις
10 ἐπὶ τὴν περαίαν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀμβλεῖαν. διόπερ ἀπολιπὼν τὴν τῶν Καλχηδονίων πόλιν, φέρεται διὰ πόρου.

XLIV. Quanto commodior situs Byzantii,

Καὶ τὸ ποιοῦν τὴν μὲν τῶν Βυζαντίων πόλιν εὐκαιροτάτην, τὴν δὲ τῶν Καλχηδονίων, τἀναντία, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς ὄψεως ὁμοίας ἀμφοτέραις δοκούσης εἶναι τῆς
2 θέσεως πρὸς τὴν εὐκαιρίαν. ἀλλ᾽ ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα καταπλεῦσαι οὐ ῥᾴδιον· πρὸς τὴν δὲ, κᾂν μὴ βούλῃ, φέρει κατ᾽ ἀνάγκην ὁ ῥοῦς, καθά-
3 περ ἀρτίως εἴπομεν. Σημεῖον δὲ τούτου· ἐκ Καλχηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον, οὐ δύνανται πλεῖν κατ᾽ εὐθεῖαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν· ἀλλὰ

9. *πεποιημένος. ποιούμενος Bav. Aug. Regii.*
XLIV. 2. *πρὸς τὴν δὲ. Veteres libri omnes πρὸς ἣν δὲ.*

repercussus, nunc jam hoc loco, quia latius ibi fretum est, resoluto impetu cursus aquæ nequaquam amplius breves reciprocationes ad rectos angulos versus oppositam continentem facit, sed potius ad obtusos. Itaque, omissa urbe Calchedoniorum, per medium fretum fertur.

44. Quamobrem, cur *Byzantinæ urbis* situs tantas *commoditates* habeat, *Calchedoniorum* tantas *incommoditates*, caussa ea est, quam jam ostendimus; quamquam loca intuentibus parem utriusque urbis situs commoditatem habere videtur. Verum enimvero ad alteram cupienti appellere, multum erit negotii: ad alteram, velis nolis, cursus aquæ te feret, sicuti modo dicebamus. Quod hoc etiam documento constat. Qui *Calchedone* Byzantium trajicere volunt, propter aquæ cursum qui in medio spatio est, rectam conficere navigationem non possunt; sed naves defle-

Ol. 139. 4. Quanto commodior situs Byzantii,

ἀλλὰ παράγουσιν ἐπί τε τὴν Βοῦν, καὶ τὴν καλου-
μένην Χρυσόπολιν· (ἣν Ἀθηναῖοί ποτε κατασχόντες, 4
Ἀλκιβιάδου γνώμῃ παραγωγιάζειν ἐπεβάλοντο
πρῶτον τοὺς εἰς Πόντον πλέοντας·) καὶ τῷ ἔμπρο-
σθεν ἀφιᾶσι κατὰ ῥοῦν, ᾧ φέρονται κατ' ἀνάγκην
πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ τὰ κα- 5
τὰ τὸν ἐπὶ θάτερα πλοῦν ἐστι τῆς Βυζαντίων πό-
λεως. ἄν τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς 6
νότοις, ἄν τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ Πόντου
τοῖς ἐτησίοις, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Βυζαν-
τίων πόλεως ὀρθὸς, ἅμα δ' εὐπαρακόμιστος, ἐστὶν
ὁ πλοῦς, ἐπὶ τὰ τῆς Προποντίδος στενὰ κατ' Ἄβυ-
δον καὶ Σηστὸν, κἀκεῖθεν ὡσαύτως πάλιν ἐπὶ τὸ Βυ-
ζάντιον. Ἀπὸ δὲ Καλχηδόνος παρὰ γῆν ἀεὶ τἀναν- 7
τία

4. *ποτε κατασχ. ex Reg. B. edidit Casaub. Veteres libri omnes τότε κατασχ. quod teneri fortasse debuerat.* Ibid. *καὶ τῷ ἔμπρ. Perperam Vat. Flor. & Vrb. τῶν ἔμπροσθεν, omissa conjunctione. Debuerunt fortasse τῷ δ' ἔμπροσθεν.* Ibid. *κατὰ ῥοῦν. Vulgo κατάῤῥῳ.* 5. *καὶ τὰ, ante κατὰ, abest a Bav. Aug. Reg. A. C.* 6. *κατ' Ἄβυδον. τὰ κατ' Ἄβυδον voluit Reisk.* 7. *παρὰ γῆν. παράγειν Bav. Aug. Reg. A. παράγειν δεῖ εἰς τἀναντία τούτοις suspicatus est Reiskius. Nobis suspicari liceat, verba γῆν ἀεὶ forsan ex τὴν Ἀσίαν esse depravata.*

deflectunt *Bovem* versus, & *Chrysopolim* quam vocant: (quam urbem quum olim occupassent Athenienses, ex Alcibiadis consilio portorium exigere primi instituerunt ab eis, qui in Pontum navigabant:) deinde paullulum ulterius provecti, descendentis aquæ cursui se permittunt, atque ita necessario Byzantium devehuntur. Similia his sunt, quæ navigantibus aut supra aut infra Byzantiorum urbem solent evenire. Sive enim flantibus Austris ab Hellesponto, sive ad Hellespontum etesiis spirantibus e Ponto tendat aliquis; recta facilisque navigatio est secundum oram Europæ ab oppido Byzantiorum ad Propontidis fauces, ubi *Sestus* & *Abydus;* & inde rursus pariter versus Byzantium. A *Calchedone* vero, secundum Asiaticam oram, contraria ratio

τία τούτοις, διὰ τὸ κολπώδη τὸν παράπλουν ὑπάρχειν, καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν. A.V. 534. Tanto incommodior situs Calchedonis.
8 ἀφ᾽ Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Καλχηδόνα, χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῷ, κἄπειτα συνεγγίζοντα τοῖς κατὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν καὶ προστρέχειν πρὸς τὴν Καλχηδόνα, διὰ τὸν ῥοῦν
9 καὶ τὰ προειρημένα, δυσχερές. ὁμοίως δὲ πάλιν ἐκπλέοντα προστρέχειν εὐθέως τῇ Θρᾴκῃ, τελέως ἀδύνατον, διά τε τὸν μεταξὺ ῥοῦν, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους ἑκατέρους ἀντιπίπτειν πρὸς ἀμφοτέρας
10 τὰς ἐπιβολάς. ἐπειδήπερ εἰσάγει μὲν εἰς τὸν Πόντον Νότος, ἐξάγει δὲ Βορέας· καὶ τούτοις ἀνάγκη χρῆσθαι πρὸς ἑκάτερον τὸν δρόμον τοῖς ἀνέμοις.
11 Τὰ μὲν οὖν τὴν κατὰ θάλατταν εὐκαιρίαν ποιοῦντα Βυζαντίοις, ταῦτα ἐστί· τὰ δὲ τὴν κατὰ γῆν ἀκαιρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι.

Τῆς

8. *Pro* γὰρ *post* Ἑλλησπόντου, *videtur* δὲ *legendum, quod in versione expressi.*

ratio est; quoniam & flexuosa inter sinus navigatio est, & admodum prominet in mare ager Cyzicenorum. Petentibus autem Calchedonem ab Hellesponto, Europæ littus legere, & deinde, ubi ad loca ventum fuerit Byzantio vicina, cursum flectere & accedere ad Calchedonem, propter aquæ cursum & ea quæ diximus, difficile est. Similiterque rursus, si Calchedone exieris, Thraciam statim appellere, nulla prorsus ratione queas; cum propter aquæ cursum, qui medius intervenit; tum quod uterque ventus utrique navigationi contrarius est. Nam in Pontum deducit Auster, educit vero Boreas: quibus ventis ad utrumque cursum utaris necesse est. Quæ igitur *Byzantiis* tantam *mari commoditatem* præbent, hæc sunt: *incommodorum* vero quæ *terra* accipiunt, caussam aperient quæ jam dicemus.

45. Quia

Ol. 139. 4.
XLV.
A Thracibus continuis bellis premuntur Byzantii.

Τῆς γὰρ Θρᾴκης κύκλῳ περιεχούσης αὐτῶν τὴν
χώραν οὕτως, ὥστ᾽ ἐκ θαλάτ7ης εἰς θάλατ7αν
καθήκειν, αΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς
τούτους. οὔτε γὰρ, παρασκευασάμενοι, καὶ κρατή- 2
σαντες αὐτῶν εἰσάπαξ, ἀποτρίψαθαι τὸν πόλε-
μον οἷοί τε εἰσὶ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν
δυναστῶν. ἐάν τε γὰρ ἑνὸς περιγένωνται, τρεῖς ἐπι- 3
βαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι
δυνάσται. καὶ μὴν οὐδ᾽, εἴξαντες, καὶ συγκαταβάν- 4
τες εἰς φόρους καὶ συνθήκας, οὐδὲν ποιοῦσι πλέον.
ἂν γὰρ ἑνὶ πρόωνταί τι, πενταπλασίους δι᾽ αὐτὸ
τοῦτο πολεμίους εὑρίσκουσι. διόπερ αϊδίῳ συνέχον- 5
ται καὶ δυσχερεῖ πολέμῳ. τί γὰρ ἐπισφαλέστερον
ἀστυγείτονος φαύλου; καὶ βαρβάρου πολέμου τί
δεινότερον; Οὐ μὴν, ἀλλὰ τούτοις τὸ παράπαν κα- 6

κοῖς

XLV. 2. ἀποτρίψασθαι *ex doctorum virorum conject. correxi.* ἀποτρέψασθαι *edd. & mssti.* 4. πολεμίους. πολέμους *edd. ex Bav.* 5. αϊδίῳ *retinui ex edit. Lipſienſi.* ἰδίῳ *habent editiones priores cum msstis.* Ibid. φαύλου *ignorant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb.* 6. ἀλλὰ *ex conject. Vrſini recepit Caſaub. pro* ἅμα, *quod eſt in msstis.* Ibid. τούτοις. Γρ᾽. τοιούτοις. *ora Bav.*

45. Quia enim *Thracia* fines eorum cingit undique, a mari ad mare pertinens; perpetuum ac difficile cum Thracibus bellum gerunt. Vt enim, magnis belli apparatibus uſi, eos ſemel debellent; tamen in poſterum gerendi cum iis belli moleſtia ſe liberare non poſſunt, propter barbarorum & dynaſtarum multitudinem. Nam ſi unum populum ſuperaverint, tres alii dynaſtæ potentiores in priorum locum ſuccedunt. Sed nec, ſi hoſtibus conceſſerint, & ad penſitationem tributorum & pacta ineunda deſcenderint, quidquam tamen proficiunt. Vbi enim aliquid uni indulſerint, quinque mox pro uno hoſtes, eo ipſo illectos, nanciſcuntur. Propterea perpetuo difficilique bello premuntur. Nam quid mala gente vicina periculoſius? aut quid bello terribilius cum hoſte barbaro? At hi, cum hiſce malis aſſidue in

terra

κοῖς παλαίοντες κατὰ γῆν, χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν A.V. 534.
παρεπομένων τῷ πολέμῳ κακῶν, ὑπομένουσί τινα
7 καὶ τιμωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητήν. ἔχον-
τες γὰρ χώραν γενναιοτάτην, ὅταν διαπονήσωσι
ταύτην, καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ
κάλλει διαφέρον, κἄπειτα παραγενηθέντες οἱ βάρ-
βαροι τοὺς μὲν καταφθείρωσι, τοὺς δὲ συναθροί-
8 σαντες ἀποφέρωσι· τότε δὴ, χωρὶς τῶν ἔργων καὶ
τῆς δαπάνης, καὶ τὴν καταφθορὰν θεώμενοι, διὰ
τὸ κάλλος τῶν καρπῶν σχετλιάζουσι, καὶ βαρέως
9 φέρουσι τὸ συμβαῖνον. Ἀλλ᾽ ὅμως τὸν μὲν ἀπὸ τῶν
Θρᾳκῶν πόλεμον κατὰ τὴν συνήθειαν ἀναφέροντες,
ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς δικαίων πρὸς τοὺς Ἕλλη-
10 νας. προσεπιγενομένων δὲ Γαλατῶν αὐτοῖς τῶν περὶ
Κομοντόριον, εἰς πᾶν ἦλθον περιστάσεως.

Tantaleum supplicium patiuntur Byzantii.

Comontorius rex Gallorum.

Οὗτοι

6. κατὰ γῆν. *Vulgo* κατὰ γῆς. 7. παραγενηθέντες. παραγεγονότες *Flor.* Ibid. *Alii rectius fortasse* καταφθείρουσι & ἀποφέρουσι. 9. ἀναφέροντες. *Vulgo alii* φέροντες. 10. Κομοντόριον. Κομεντόριον *h. l. Bav. sed super* ε *superscr. est* ο *ab ead. manu.*

terra luctantes, præter reliquas belli calamitates, *supplicium* etiam quoddam *Tantaleum*, ut vocat poëta, sustinent. Quum enim agrum habeant uberrimum, postquam magno labore eum excoluerunt, & fructuum optimorum ingens copia provenit; ecce dein barbaros, qui partim illos perdunt, partim collectos auferunt. Tum vero *Byzantii*, cum præter operam impensam, & sumtus in eam rem factos, oculis suis perdi fruges vident, præstantiam fructuum deplorant, & fortunam suam ferunt indignissime. Sed hoc tamen cum *Thracibus* bellum longa mali assuetudine tolerantes, antiqua jura cum Græcis populis servaverunt. Postea vero quam ad priora mala accessere *Galli*, duce *Comontorio*, afflicta modis omnibus conditio eorum fuit.

Ol. 139. 4.
XLVI.
Galli, devictis Thracibus, premunt Byzantios.

Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ
τῆς οἰκείας· διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίν-
δυνον, καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον,
εἰς μὲν τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπεραιώθησαν· αὐτοῦ δὲ
κατέμειναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυ-
ζάντιον τόποις. οἳ καὶ κρατήσαντες τῶν Θρακῶν, 2
καὶ κατασκευασάμενοι βασίλειον τὴν Τύλην, εἰς
ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς Βυζαντίους. Κατὰ μὲν 3
οὖν τὰς ἀρχὰς ἐν ταῖς ἐφόδοις αὐτῶν, ταῖς κατὰ
Κομοντόριον, τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα, δῶρα διε-
τέλουν οἱ Βυζάντιοι διδόντες, ἀνὰ τρισχιλίους, καὶ
πεντακισχιλίους, ποτὲ δὲ καὶ μυρίους χρυσοῦς, ἐφ'
ᾧ μὴ καταφθείρειν τὴν χώραν αὐτῶν. τέλος δ' 4
ἠναγκάσθησαν ὀγδοήκοντα τάλαντα συγχωρῆσαι
φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως εἰς Καύαρον· ἐφ' οὗ
κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξε-
φθάρη πᾶν, ὑπὸ Θρακῶν ἐκ μεταβολῆς ἐπικρατη-
θέν.

Tule, regia Gallorum.

Cavarus, rex Gallorum.

XLVI. 2. Τύλην. *Τύλιν legendum auctore Steph. Byz.* 4. Καύαρον. *Mendose h. l. libri omnes* Κλύαρον.

46. Hi *Galli* pars eorum erant, qui cum *Brenno* patria excesserunt: verum isti, periculo ad *Delphos* defuncti, ubi ad Hellespontum venerunt, nequaquam in Asiam trajecerunt: sed bonitate agrorum circa *Byzantium* capti, sedes ibidem posuerunt. Deinde Thracibus devictis, ac regni sui sede *Tulæ* instituta, ultimum Byzantiis periculum creaverunt. Et initio quidem, quoties primus illorum rex *Comontorius* incursavit fines eorum, muneris specie pendere solebant Byzantii terna aut quina aureorum millia; interdum & denûm millium numeratione vastationem agrorum suorum redimebant. Tandem vero LXXX annua talenta stipendii nomine pendere coacti sunt, usque ad tempora *Cavari;* quo imperante regnum est eversum, & universa gens, a Thracibus versa vice debellata, funditus interiit. Illis igitur temporibus

θέν. ἐν οἷς καιροῖς ὑπὸ τῶν Φόρων πιεζόμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν καὶ συγχορηγεῖν εἰς τοὺς περιεστῶτας καιρούς. τῶν δὲ πλείστων παρολιγωρούντων, ἐνεχείρησαν ἐπαναγκασθέντες παραγωγιάζειν τοὺς εἰς τὸν Πόντον πλέοντας. A.V. 534.

Byzantii vectigal exigunt a navigantibus in Pontum.

XLVII.

Μεγάλης δὲ γενομένης τῆς ἀλυσιτελείας καὶ δυσχρηστίας πᾶσιν ἐκ τοῦ τέλος πράττειν τοὺς Βυζαντίους τῶν ἐξαγομένων ἐκ τοῦ Πόντου, δεινὸν ἡγοῦντο· καὶ πάντες ἐνεκάλουν οἱ πλοϊζόμενοι τοῖς Ῥοδίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τούτους προεστάναι τῶν κατὰ θάλατταν. ἐξ οὗ συνέβη φῦναι τὸν πόλεμον, ὑπὲρ οὗ νῦν ἡμεῖς ἱστορεῖν μέλλομεν. Οἱ γὰρ Ῥόδιοι, συνεξεγερθέντες ἅμα μὲν διὰ τὴν σφετέραν βλάβην, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν πέλας ἐλάττωσιν· τὸ μὲν πρῶτον παραλαβόντες τοὺς συμμάχους, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Βυζαντίους, ἀξιοῦντες καταλύσειν

Rhodii frustra legatos mittunt Byzantium.

 αὐτοὺς

5. πιεζόμενοι. πιεζούμενοι *Vat.*
XLVII. 3. καταλύσειν. καταλύειν *auctore Vrsino edidit Casaub.*

poribus *Byzantii*, tributorum magnitudine oppressi, principio legationes ad Græcos mittere, opem atque auxilium petentes, & in adversis subsidium aliquod. Eam petitionem cum plerique omnes Græci insuper habuissent, *portorium* ab iis, qui in *Pontum* navigabant, exigere instituerunt, necessitate eo adacti.

47. Vbi vero *Byzantiis* Ponticæ merces *vectigal* pendere cœperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque incommodum sentire, facinusque indignum dicere: *Rhodios* denique, qui maris imperium tenere videbantur, incusare cuncti qui maria exercebant. Atque ex istis caussis bellum illud conflatum est, de quo nunc dicturi sumus. *Rhodii* enim, tum propriis detrimentis excitati, tum aliorum quoque damnis moti, principio legationem, sociis etiam assumtis, ad *Byzantios* mittunt; postulantes, ut *impositum porto-*

Ol.139.4. αὐτοὺς τὸ παραγώγιον. Οὐκ ἐντρεπομένων δὲ τοῖς 4
ὅλοις, ἀλλὰ πεπεισμένων δίκαια λέγειν ἐκ τῆς ἀντι-
καταστάσεως τῆς γενομένης παρ᾽ αὐτοῖς τῶν περὶ
τὸν Ἑκατοντόδωρον καὶ Ὀλυμπιόδωρον πρὸς τοὺς
τῶν Ῥοδίων πρεσβευτάς· (οὗτοι γὰρ τότε προέστη- 5
σαν τοῦ τῶν Βυζαντίων πολιτεύματος·) τότε μὲν
ἀπηλλάγησαν οἱ Ῥόδιοι, περάναντες οὐδέν. ἐπανελ- 6
θόντες δὲ, τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο τοῖς Βυζαντίοις,
διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ παραυτίκα πρεσ- 7
βευτὰς ἐξαπέστελλον πρὸς Προυσίαν, παρακαλοῦν-
τες καὶ τοῦτον εἰς τὸν πόλεμον· ᾔδεσαν γὰρ τὸν
Προυσίαν παρατριβόμενον ἔκ τινων πρὸς τοὺς Βυ-
ζαντίους.

Bellum Byzantiis decernunt Rhodii.

Prusias socius Rhodiorum.

XLVIII. Τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίουν καὶ Βυζάντιοι. πρός
τε γὰρ Ἄτταλον καὶ πρὸς Ἀχαιὸν ἔπεμπον πρέσ-
βεις, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν. Ὁ μὲν οὖν Ἄτταλος 2
ἦν πρόθυμος· εἶχε δὲ βραχεῖαν τότε ῥοπὴν, ὡς ἂν
ὑπ᾽

Socii Byzantiorum, Attalus,

4. Ἑκατοντόδωρον. *Forſ.* Ἑκατόδωρον, *ut Reiskio placuit.* Hecatondorum *vocat Perottus.*
XLVIII. 2. βραχεῖαν. *βαρεῖαν Bav. Aug. Reg. A.*

portorium tollerent. Cui poſtulationi quum morem nullo modo gererent Byzantii; quippe quibus, re ab Hecatondoro & Olympiodoro, qui ſummum tunc magiſtratum apud eos obtinebant, publice cum legatis diſceptata, perſuaſum eſſet juſtam ſuam eſſe cauſſam; infecta re diſceſſerunt *Rhodii.* Domumque reverſi, *bellum adverſus Byzantios,* propter prædictas cauſſas, decreverunt. Itaque miſſis illico ad *Pruſiam* legatis, ad ſocietatem belli ipſum hortantur: norant enim, Pruſiam certis de cauſſis eſſe Byzantiis infenſum.

48. Rhodiorum exemplum ſecuti ſunt & *Byzantii;* qui & ab Attalo, & ab Achæo per legatos auxilium petierunt. Et erat quidem *Attalo* voluntas promta: ſed, qui ab Achæo intra paterni regni fines erat compulſus, momen-

3 ὑπ' Ἀχαιοῦ συνεληλαμένος εἰς τὴν πατρῴαν ἀρχήν. A.V. 534.
Ὁ δὲ Ἀχαιὸς, κρατῶν μὲν τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου, βασιλέα δὲ προσφάτως αὑτὸν ἀναδεδειχὼς, Et Achæus, rex Asiæ cis Taurum.
4 ἐπηγγέλλετο βοηθήσειν. ὑπάρχων δ' ἐπὶ ταύτης τῆς προαιρέσεως, τοῖς μὲν Βυζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα παρεσκεύαζε, τοῖς δὲ Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ τἀναντία
5 κατάπληξιν. Ἀχαιὸς γὰρ ἦν μὲν Ἀντιόχου συγγενὴς, τοῦ παρειληφότος τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν· ἐγκρατὴς δ' ἐγένετο τῆς προειρημένης δυναστείας,
6 διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Σελεύκου μεταλλάξαντος τὸν βίον, ὃς ἦν Ἀντιόχου τοῦ προειρημένου πατὴρ, διαδεξαμένου δὲ τὴν βασιλείαν Σελεύκου, πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν· ἅμα τούτῳ διὰ τὴν οἰκειότητα συνυπερέβαλε τὸν Ταῦρον, δυσὶ μάλιστά πως ἔτεσι Achæus, Seleuci comes in expedit. adv. Attalum,
7 πρότερον τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν. Σέλευκος γὰρ ὁ νέος, ὡς θᾶττον παρέλαβε τὴν βασιλείαν, πυνθανόμενος Ἄτταλον πᾶσαν ἤδη τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ

momentum ad victoriam afferre poterat non ſane magnum. *Achæus* vero, qui in regionibus Aſiæ cis Taurum late dominabatur, & Regis nomen paullo ante aſſumſerat, auxilia Byzantiis promiſit. Atque is, has partes amplexus, Byzantiis ſpem magnam; Rhodiis contra, & Pruſiæ, ingentem terrorem injecit. Hic ſiquidem *Achæus* cognatione *Antiochum* illum contingebat, qui in regnum Syriæ ſucceſſerat: dominatum vero, quem diximus, ob hujuſcemodi cauſſas erat conſecutus. Poſtquam *Seleucus*, pater Antiochi modo nominati, fatis conceſſiſſet, regnumque illius *Seleucus filius* natu maximus accepiſſet; cum hoc *Achæus*, propter familiaritatem cognationemque, Taurum ſuperavit, duobus circiter annis, priusquam ea gererentur, de quibus hic agimus. Iunior enim Seleucus, ſtatim a ſuſcepto regno certior factus, *Attalum* omnem jam cis Taurum

Ol. 139. 4.

Et cædis Seleuci vindex,

Ταύρου δυναστείαν ὑφ' αὑτὸν πεποιῆσθαι, παρωρ-
μήθη βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν. ὑπερβα- 8
λὼν δὲ μεγάλῃ δυνάμει τὸν Ταῦρον, καὶ δολοφονη-
θεὶς ὑπό τε Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνο-
ρος, μετήλλαξε τὸν βίον. Ἀχαιὸς δὲ κατὰ τὴν 9
ἀναγκαιότητα τὸν φόνον αὐτοῦ μετῆλθε παραχρῆ-
μα, τοὺς περὶ τὸν Νικάνορα καὶ τὸν Ἀπατούριον
ἀποκτείνας· τῶν δὲ δυνάμεων καὶ τῶν ὅλων πραγ-
μάτων φρονίμως καὶ μεγαλοψύχως προέστη. τῶν 10
γὰρ καιρῶν παρόντων αὐτῷ, καὶ τῆς τῶν ὄχλων
ὁρμῆς συντρεχούσης εἰς τὸ διάδημα περιθέσθαι·
τοῦτο μὲν οὐ προείλετο ποιῆσαι· τηρῶν δὲ τὴν βα-
σιλείαν Ἀντιόχῳ τῷ νεωτέρῳ τῶν υἱῶν, ἐνεργῶς ἐπι-
πορευόμενος, ἀνεκτᾶτο τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου
πᾶσαν. Τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ παραδόξως εὐ- 11
ροούντων, ἐπεὶ τὸν μὲν Ἄτταλον εἰς αὐτὸ τὸ Πέρ-
γαμον

Spreto Antiocho, diadema sumit.

8. *ὑπερβαλὼν ex emend. Casauboni est. Libri omnes ὑπερβάλλων.*
10. *συντρεχούσης. συνεργούσης Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

Asiam suo imperio subjecisse, rebus suis consulendi impetum cepit. Sed ubi Taurum magno cum exercitu esset transgressus, dolo appetitus ab *Apaturio* Gallo & *Nicanore*, vitam cum morte commutavit. Hujus cædem *Achæus* e vestigio ulciscens, tamquam occisi cognatus, Apaturium & Nicanorem trucidavit: copias vero & res universas, cum prudentia, tum magnitudine animi singulari, administravit. Nam quum diadematis capiti imponendi occasionem esset nactus, accederetque etiam populorum voluntas, regnum illi certatim deferentium, ipse inclinare animum in eam partem noluit: sed *Antiocho*, juniori ex filiis, imperium conservans, per omnes regiones bellum circumferens, quidquid cis Taurum fuerat amissum recepit. Verum idem, postquam *Attalum* in ipsam urbem Pergami conclusisset, omnia-

γαμον συνέκλεισε, τῶν δὲ λοιπῶν πάντων ἦν ἐγκρα- A.V. 534.
τὴς, ἐπαρθεὶς τοῖς εὐτυχήμασι, παρὰ πόδας ἐξώ-
12 κειλε. καὶ, διάδημα περιθέμενος, καὶ βασιλέα προσ-
αγορεύσας αὐτὸν, βαρύτατος ἦν τότε καὶ φοβερώ-
τατος τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου βασιλέων καὶ δυ-
13 ναστῶν. Ὧι καὶ μάλιστα τότε Βυζάντιοι πιστεύ-
σαντες, ἀνεδέξαντο τὸν πρὸς τοὺς Ῥοδίους καὶ Πρου-
σίαν πόλεμον.

XLIX. Cauſſæ irarum Pruſiæ in Byzantios

Ὁ δὲ Προυσίας ἐνεκάλει μὲν πρότερον τοῖς Βυ-
ζαντίοις, ὅτι ψηφισαμένων τινὰς εἰκόνας αὐτοῦ,
ταύτας οὐκ ἀνετίθεσαν, ἀλλ᾽ εἰς ἐπισυρμὸν καὶ λή-
2 θην ἄγοιεν. δυσηρέστει δ᾽ αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν
προσενέγκασθαι φιλονεικίαν, εἰς τὸ διαλῦσαι τὴν
Ἀχαιοῦ πρὸς Ἄτταλον ἔχθραν καὶ τὸν πόλεμον·
νομίζων, κατὰ πολλοὺς τρόπους ἀλυσιτελῆ τοῖς αὐ-
3 τοῦ πράγμασιν ὑπάρχειν τὴν ἐκείνων φιλίαν. ἠρέ-
θιζε δ᾽ αὐτὸν καὶ τὸ δοκεῖν, Βυζαντίους πρὸς μὲν

H 4 Ἄττα-

XLIX. 1. εἰκόνας αὐτοῦ. *An* αὐτῷ?

omniaque alia in poteſtatem ſuam redegiſſet, inopinato rerum ſucceſſu elatus, e veſtigio ab honeſtis conſiliis deflexit: & quum diadema ſumſiſſet, *nomenque Regium* adſciviſſet, omnium cis Taurum regum ac dynaſtarum potentiſſimus erat, maximeque formidabilis. Quo & *Byzantii* potiſſimum tunc freti, bellare *cum Rhodiis & Pruſia* ſunt auſi.

49. Iampridem *Pruſias* eo nomine *Byzantiis* ſuccenſebat, quod imagines, quas ſibi decreverant, non dedicaſſent; ſed in moram atque oblivionem rem iſtam traherent. Idem præterea infenſus eisdem erat, quod ad dirimendas inimicitias inter Achæum & Attalum tantum ſtudii adhibuerant, ut nihil ſupra: multis enim modis damnoſam rebus ſuis eſſe illorum mutuam amicitiam exiſtimabat. Accedebat etiam hoc iræ incentivum, quod Byzantii ad Attalum quidem, *Miner-*

Ol. 139. 4. Ἄτταλον εἰς τοὺς τῆς Ἀθηνᾶς ἀγῶνας τοὺς συνθύσοντας ἐξαπεσταλκέναι· πρὸς αὐτὸν δ᾽ εἰς τὰ Σωτήρια, μηδένα πεπομφέναι. Διόπερ, ἐκ πάντων 4 τούτων ὑποικουρουμένης παρ᾽ αὐτῷ τῆς ὀργῆς, ἄσμενος ἐπελάβετο τῆς τῶν Ῥοδίων προφάσεως· καί, συγκαταθέμενος τοῖς πρεσβευταῖς, ἐκείνους μὲν ᾤετο δεῖν κατὰ θάλατταν πολεμεῖν, αὐτὸς δὲ κατὰ γῆν οὐκ ἐλάττω βλάψειν ἔδοξε τοὺς ὑπεναντίους.

Et amicitiæ cum Rhodiis.

Ὁ μὲν οὖν Ῥοδίων πρὸς Βυζαντίους πόλεμος, διὰ 5 ταῦτα καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

Initium Belli Rhodior. cum Byzant.

L.

Οἱ δὲ Βυζάντιοι τὸ μὲν πρῶτον ἐρρωμένως ἐπολέμουν· πεπεισμένοι, τὸν μὲν Ἀχαιὸν σφίσι βοηθεῖν, αὐτοὶ δέ, τὸν Τιβοίτην ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπαγαγόντες, ἀντιπεριστήσειν τῷ Προυσίᾳ φόβους καὶ κινδύνους· ὅς, κατὰ τὴν προειρημένην ὁρμὴν πο- 2 λεμῶν, παρείλετο μὲν αὐτῶν τὸ καλούμενον ἐπὶ τοῦ στόμα-

Prusias Byzantiis Hieron adimit.

5. *καὶ τοιαύτην. καὶ ταύτην Flor.*
L. 1. Τιβοίτην. *Τιβίτην edd. ex Bav. Rectius forsan fuerit Ζιβοίτην.*

Minervæ ludicrum celebrantem, legatos, qui solennibus interessent, misissent; quum ad ipsum, *Soteriorum* sollemne agitantem, nemo ab eisdem fuisset missus. Qui igitur ex omnibus hisce caussis latentem in præcordiorum penetralibus iram foveret, oblatam a *Rhodiis* occasionem avide arripuit; & cum legatis ita constituit, ut *rem mari gerere* illis suaderet; ipse, *non minora hostibus detrimenta se terra illaturum*, polliceretur. Hæ sunt caussæ, hoc *principium belli*, quod Rhodii cum Byzantiis gesserunt.

50. Iam *Byzantii* per initia quidem strenue bellum faciebant; dum & a partibus suis *Achæum* stare confidunt, &, accito e Macedonia *Tibœte*, Prusiæ, quem metuebant, belli metum ac periculum vicissim se allaturos sperant. Nam *Prusias*, animi sui impetum illum secutus de quo diximus, Byzantios bello aggressus, *Hieron* ad introitum freti situm illis

3στόματος Ἱερὸν· (ὃ Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρό- A.V.534.
νοις μεγάλων ὠνησάμενοι χρημάτων ἐσφετερίσαντο,
διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου· βουλόμενοι μηδεμίαν
ἀφορμὴν μηδενὶ καταλιπεῖν, μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν
Πόντον πλεόντων ἐμπόρων, μήτε περὶ τοὺς δούλους,
4καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς τῆς θαλάττης ἐργασίας.) παρεί-
λετο δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας χώραν, ἣν κατεῖχον
5Βυζάντιοι τῆς Μυσίας πολλοὺς ἤδη χρόνους. Οἱ δὲ Rhodiorum classis.
Ῥόδιοι, πληρώσαντες ναῦς ἕξ, ἅμα δὲ ταύταις πα-
ρὰ τῶν συμμάχων προσλαβόντες τέτταρας, καὶ
ναύαρχον προχειρισάμενοι Ξενόφαντον, ἔπλεον ἐφ᾽
6Ἑλλησπόντου δέκα ναυσί. καὶ ταῖς μὲν λοιπαῖς ὁρ-
μοῦντες περὶ Σηστὸν, ἐκώλυον τοὺς πλέοντας εἰς
τὸν Πόντον· μιᾷ δ᾽ ἐκπλεύσας ὁ ναύαρχος, κατε-
πείραζε τῶν Βυζαντίων, εἴ πως ἤδη μεταμέλοιντο,
7καταπεπληγμένοι τὸν πόλεμον. τῶν δ᾽ οὐ προσε-
χόντων, ἀπέπλευσε· καὶ, παραλαβὼν τὰς λοιπὰς

ναῦς,

6. *ὁρμοῦντες correxi. Perperam vulgo omnes ὁρμῶντες.*

illis ademit: quod quidem ipſi paucis ante annis, magna pecuniæ vi emtum, propter opportunitatem loci, acquiſiverant; nemini ſubſidium ullum aut refugium relicturi, nec eis qui mercandi cauſſa in Pontum navigarent, nec qui mancipia inde peterent, denique ne eis quidem qui piſcatoriam in illo mari exercerent. Ademit præterea iisdem *Pruſias* eam *Myſiæ* partem, quam in Aſia a longo jam tempore Byzantii tenuerant. *Rhodii*, ſex navibus inſtructis, quatuor item aliis ſociorum accedentibus, decem navium claſſe, cui *Xenophantum* præfecerunt, Helleſpontum petunt. Ibi reliquæ, in ancoris ſtantes circa Seſtum, navigationem Pontum verſus impediebant: unam nauarchus abducit ad tentandos Byzantiorum animos, ecquid, tanto belli apparatu territi, conſilium mutarent. Qui quum rationem ejus nullam haberent, abiit Xenophantus; ceterisque aſſumtis navibus, Rhodum

Ol.139.4. ναῦς, ἀπῆρε πάσαις εἰς τὴν Ῥόδον. Οἱ δὲ Βυζάν- 8
τιοι πρός τε Ἀχαιὸν ἔπεμπον, ἀξιοῦντες βοηθεῖν·
ἐπί τε τὸν Τιβοίτην ἐξαπέστελλον τοὺς ἄξοντας
αὐτὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας. ἐδόκει γὰρ οὐχ ἧττον ἡ 9
Βιθυνῶν ἀρχὴ Τιβοίτῃ καθήκειν ἢ Προυσίᾳ, διὰ τὸ πατρὸς ἀδελφὸν αὐτὸν ὑπάρχειν τῷ Προυσίᾳ.
Οἱ δὲ Ῥόδιοι, θεωροῦντες τὴν τῶν Βυζαντίων ὑπό- 10
στασιν, πραγματικῶς διενοήθησαν πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς προθέσεως.

Tibœtas patruus Prusiæ.

LI. Ὁρῶντες γὰρ, τὸ συνέχον τοῖς Βυζαντίοις τῆς ὑπομονῆς τοῦ πολέμου, κείμενον ἐν ταῖς κατὰ τὸν Ἀχαιὸν ἐλπίσι· θεωροῦντες δὲ, τὸν πατέρα τοῦ Ἀχαιοῦ κατεχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν δ' Ἀχαιὸν περὶ πλείστου ποιούμενον τὴν τοῦ πατρὸς σωτηρίαν· ἐπεβάλοντο πρεσβεύειν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, καὶ παραιτεῖσθαι τὸν Ἀνδρόμαχον· καὶ πρότερον μὲν ἐκ 2
παρέργου τοῦτο πεποιηκότες, τότε δὲ ἀληθινῶς σπεύ-

Andromachum, patrem Achæi, captivum Alexandriæ,

LI. 1. τοῦ Ἀχαιοῦ. τὸν Ἀχαιοῦ *Flor.*

Rhodum cum universa classe est reversus. Byzantii interea & ad *Achæum* miserunt, qui auxilia poscerent; & ad *Tibœten*, qui ipsum e Macedonia adducerent. Existimabatur enim, Bithynorum regnum pari jure ad Tibœten pertinere, atque ad Prusiam, cujus ipse patruus erat. At *Rhodii*, ubi constantem hanc fiduciam Byzantiorum cernunt, sollertem rationem excogitarunt perficiendi quod optabant.

51. Animadvertentes enim, Byzantiorum constantiam circa belli negotium eo præcipue niti, quod in *Achæo* spes locatas habebant: quum non ignorarent, Achæi patrem captivum Alexandriæ detineri, cujus libertatem atque salutem maximi ipse æstimaret; consilium inierunt legationis ad Ptolemæum mittendæ, qua *Andromachum* condonari sibi peterent. Atque id ipsum quidem jam & antea, nec tamen tam professo studio, fece-

σπεύδοντες ὑπὲρ τοῦ πράγματος, ἵνα προσενεγκά- A.V. 534.
μενοι πρὸς τὸν Ἀχαιὸν τὴν χάριν ταύτην, ὑπό-
χρεων αὐτὸν ποιήσωνται πρὸς πᾶν τὸ παρακαλού-
3 μενον. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, παραγενομένων τῶν πρέσ- A Ptolemæo deprecantur Rhodii.
βεων, ἐβουλεύετο μὲν παρακατέχειν τὸν Ἀνδρόμα-
χον, ἐλπίζων αὐτῷ χρήσεσθαι πρὸς καιρὸν, διὰ τὸ
τά τε πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἄκριτα μένειν αὐτῷ, καὶ
τὸ τὸν Ἀχαιὸν, ἀναδεδειχότα προσφάτως αὐτὸν
βασιλέα, πραγμάτων εἶναι κύριον ἱκανῶν τινων.
4 ἦν γὰρ Ἀνδρόμαχος, Ἀχαιοῦ μὲν πατὴρ, ἀδελφὸς
5 δὲ Λαοδίκης, τῆς Σελεύκου γυναικός. οὐ μὴν, ἀλλὰ
προσκλίνων τοῖς Ῥοδίοις ὁ Πτολεμαῖος κατὰ τὴν
ὅλην αἵρεσιν, καὶ πάντα σπεύδων χαρίζεσθαι, συνε-
χώρησε καὶ παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀπο-
6 κομίζειν ὡς τὸν υἱόν. Οἱ δ᾽, ἐπιτελεσάμενοι τοῦτο,
καὶ προσεπιμετρήσαντες τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν τι-
μάς τινας, παρείλοντο τὴν ὁλοσχερεστάτην ἐλπίδα
τῶν

3. *ἐβουλεύετο. ἐβούλετο Aug. Reg. A.* Ibid. *καὶ τὸ τὸν Ἀχ. καὶ τῷ τὸν edd. ex Bav.*

fecerant; nunc vero in eam curam serio incubuerunt: ut hoc beneficio Achæum demeriti, obnoxium sibi illum redderent ad omnia quæ postularent. *Ptolemæus*, ubi venerunt legati, deliberavit quidem secum, annon retinendus esset Andromachus; sperans, magno illum sibi tempore suo fore usui; quoniam nec dum ei controversiæ, quam habuerat cum Antiocho, finis erat impositus; & Achæus, qui nuper regem se declaraverat, magnum in utramque partem momentum afferre poterat. Erat enim *Andromachus* Achæi quidem pater, *Laodicæ* vero frater, conjugis Seleuci. Verumtamen, tota voluntate in Rhodios inclinans *Ptolemæus*, atque omnibus rebus gratum facere illis cupiens, petitioni Rhodiorum adnuit, Andromachumque ipsis tradidit, ut illum filio restituerent. Qua re impetrata, nonnullis insuper honoribus *Achæo* decretis, Rhodii spem Byzantiis, qua pluri-

Ol.139.4. τῶν Βυζαντίων. Συνεκύρησε δέ τι καὶ ἕτερον τοῖς 7
Tibœtas in reditu moritur.
Βυζαντίοις ἄτοπον. ὁ γὰρ Τιβοίτης, καταγόμενος
ἐκ τῆς Μακεδονίας, ἔσφηλε τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν,
μεταλλάξας τὸν βίον. οὗ συμβάντος, οἱ μὲν Βυζάν- 8
τιοι ταῖς ὁρμαῖς ἀνέπεσον· ὁ δὲ Προυσίας, ἐπιῤῥω-
σθεὶς ταῖς πρὸς τὸν πόλεμον ἐλπίσιν, ἅμα μὲν αὐ-
τὸς ἀπὸ τῶν κατ' Ἀσίαν μερῶν ἐπολέμει, καὶ
προσέκειτο τοῖς πράγμασιν ἐνεργῶς· ἅμα δὲ τοὺς
Θρᾷκας μισθωσάμενος, οὐκ εἴα τὰς πύλας ἐξιέναι
τοὺς Βυζαντίους ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν.
Οἱ δὲ Βυζάντιοι, τῶν σφετέρων ἐλπίδων ἐψευσμένοι, 9
τῷ πολέμῳ πονοῦντες πανταχόθεν, ἐξαγωγὴν πε-
ριέβλεπον εὐσχήμονα τῶν πραγμάτων.

LII.
Cavarus rex Gallorum pacem conciliat.

Καυάρου δὲ, τοῦ τῶν Γαλατῶν βασιλέως, πα-
ραγενομένου πρὸς τὸ Βυζάντιον, καὶ σπουδάζον-
τος διαλῦσαι τὸν πόλεμον, καὶ διέχοντος τὰς χεῖ-
ρας φιλοτίμως, συνεχώρησαν τοῖς παρακαλουμέ-
νοις, ὅ τε Προυσίας, οἵ τε Βυζάντιοι. Πυθόμενοι 2
δὲ

plurimum illi nisi erant, ademerunt. Sed & alia quoque res tunc incidit, parum opportuna Byzantiis. *Tibœtes* enim, dum in patriam ex Macedonia reducitur, fato functus, morte sua consilia ipsorum vehementer conturbavit. Quo casu icti Byzantii, animos desponderunt: *Prusias* vero, nova spe ad bellum accensus, simul ipse ab Asiæ partibus bellum intendere, & rem acriter gerere: simul per *Thraces*, mercede conductos, Byzantios impedire, quo minus ab Europæ partibus pedem porta possent efferre. Quare *Byzantii*, quos omnes suæ spes defecerant, undique vexati bello, honestum aliquem rerum exitum circumspiciebant.

52. Eo tempore quum rex *Cavarus* Byzantium venisset, cuperetque bellum dirimere, & ingenti studio operam suam interponeret, petitioni illius locum utrique, & *Prusias* & *Byzantii*, dederunt. *Rhodii*, Cavari studium

δὲ Ῥόδιοι τήν τε τοῦ Καυάρου σπουδὴν, καὶ τὴν ἐν- A.V. 534.
τροπὴν τοῦ Προυσίου· σπουδάζοντες δὲ καὶ τὴν αὐ-
τῶν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν· πρεσβευτὴν μὲν
Ἀριδίκην προεχειρίσαντο πρὸς τοὺς Βυζαντίους,
Πολεμοκλῆν δὲ τρεῖς ἔχοντα τριήρεις ὁμοῦ συναπέ-
3 στειλαν· βουλόμενοι, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ τὸ δόρυ Hasta simul & caduceus.
καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν πρὸς τοὺς Βυζαν-
4 τίους. Ἐπιφανέντων δὲ τούτων, ἐγένοντο διαλύσεις,
ἐπὶ Κώθωνος, τοῦ Καλλιγείτονος, Ἱερομνημονοῦντος
5 ἐν τῷ Βυζαντίῳ· πρὸς μὲν Ῥοδίους ἁπλαῖ· Βυζαν- Pax Byzantiorum cum Rhodiis.
τίους μὲν, μηδένα πράττειν τὸ διαγώγιον
τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων· Ῥοδίους δὲ
καὶ τοὺς συμμάχους, τούτου γενομένου,
6 τὴν εἰρήνην ἄγειν πρὸς Βυζαντίους. πρὸς δὲ Pax Byzantiorum cum Prusia.
Προυσίαν τοιαίδε τινες· εἶναι Προυσίᾳ καὶ Βυ-
ζαντίοις εἰρήνην καὶ φιλίαν εἰς τὸν ἅπαν-
τα

LII. 2. δὲ Ῥόδιοι. τοῖς Ῥοδίοις *Vat. Flor. quod ex* δ' οἱ Ῥόδιοι *fortasse depravatum est.* 3. καὶ τὸ δόρυ. ἅμα καὶ δόρυ *Bav. & in sqq. omittit* ἅμα.

dium ut resciverunt, & quantum illi Prusias tribueret; cum nihilo minus destinata perficere averent; legatum quidem Aridicem ad Byzantios decreverunt, sed & Polemoclem cum tribus triremibus una proficisci jusserunt: volentes, sicut proverbio dicitur, *hastam simul & caduceum* Byzantiis mittere. Horum superventu *pax* convenit: quo tempore Byzantii Hieromnemon erat Cothon, Calligitonis filius.

Et *cum Rhodiis* quidem pax simpliciter facta in hæc verba: *Ne Byzantiorum populus portorii nomine quidquam ab ullo eorum exigeret, qui in Pontum navigant. Hoc si fieret, populum Rhodiorum, ipsorumque socios, cum Byzantiis pacem servaturos.* Cum rege vero *Prusia* hisce legibus: *Prusiæ & populo Byzantiorum pax & amicitia*

Ol. 139. 4. Pax Byzantiorum cum Prusia.

τα χρόνον. μὴ στρατεύειν δὲ μήτε Βυζαν-
τίους ἐπὶ Προυσίαν τρόπῳ μηδενὶ, μήτε
Προυσίαν ἐπὶ Βυζαντίους· ἀποδοῦναι δὲ 7
Προυσίαν Βυζαντίοις τάς τε χώρας, καὶ
τὰ φρούρια, καὶ τοὺς λαοὺς, καὶ τὰ πολε-
μικὰ σώματα χωρὶς λύτρων, πρὸς δὲ τού-
τοις τὰ πλοῖα τὰ κατ' ἀρχὰς ληφθέντα
τοῦ πολέμου, καὶ τὰ βέλη τὰ καταληφθέν-
τα ἐν τοῖς ἐρύμασιν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ξύ-
λα, καὶ τὴν λιθείαν, καὶ τὸν κέραμον τὸν
ἐκ τοῦ Ἱεροῦ χωρίου. Ὁ γὰρ Προυσίας, ἀγω- 8
νιῶν τὴν τοῦ Τιβοίτου κάθοδον, πάντα καθεῖλε τὰ
δοκοῦντα τῶν φρουρίων εὐκαίρως πρός τι κεῖσθαι.
ἐπαναγκάσαι δὲ Προυσίαν καὶ, ὅσα τινὲς 9
τῶν Βιθυνῶν εἶχον ἐκ τῆς Μυσίας χώρας,
τῆς ὑπὸ Βυζαντίους ταττομένης, ἀποδοῦ-
ναι

7. *καταληφθέντα ἐν. Abest præpositio a libris, quam ex conject. recepit Casaub.* Ibid. *λιθείαν. Sic emendavit Casaub. αἰθύαν Bav. Reg. B. C. αἰθίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

tia in perpetuum esto. Neque Byzantii Prusiam infesto exercitu ullo modo invadunto, neque Prusias populum Byzantiorum. Agros, castella, populos, & bello capta mancipia sine pretio Prusias Byzantiis reddito: item naves per initia belli captas, & quidquid telorum in munitionibus fuerit repertum: ad hæc, materiam, marmora, lateres, & tegulas ex Hiero oppido ablatas. Rex enim Prusias, Tibœtæ adventum metuens, omnia castella, in quibus aliqua videbatur esse ad res bello gerendas opportunitas, demolitus erat. *Sed &, quæcumque Bithynorum nonnulli de Byzantiorum agro in Mysia ad se rapuissent, ea ut agrorum cultoribus reddantur, Prusias Bithynos cogito.* Hoc

10 ναι τοῖς γεωργοῖς. Ὁ μὲν οὖν Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ πρὸς Βυζαντίους συστὰς πόλεμος τοιαύτας ἔλαβε τὰς ἀρχὰς καὶ τὸ τέλος. A.V. 534.

LIII. RES CRETENSES. Rhodii Cnossiorum socii.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Κνώσσιοι, πρεσβεύσαντες πρὸς Ῥοδίους, ἔπεισαν, τάς τε μετὰ Πολεμοκλέους ναῦς, καὶ τρία τῶν ἀφράκτων προσκατα-
2 σπάσαντας, αὐτοῖς ἀποστεῖλαι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῶν πλοίων ἀφικομένων εἰς τὴν Κρήτην, καὶ ἐχόντων ὑποψίαν τῶν Ἐλευθερναίων, ὅτι τὸν πολίτην αὐτῶν Τίμαρχον οἱ περὶ τὸν Πολεμοκλῆν χαριζόμενοι τοῖς Κνωσσίοις ἀνῃρήκασι· τὸ μὲν πρῶτον ῥύσια κατήγγειλαν τοῖς Ῥοδίοις, μετὰ δὲ ταῦτα
3 πόλεμον ἐξήνεγκαν. Περιέπεσον δὲ καὶ Λύττιοι βραχὺ πρὸ τούτων τῶν καιρῶν ἀνηκέστῳ συμφορᾷ. καθόλου γὰρ τὰ κατὰ τὴν σύμπασαν Κρήτην ὑπῆρ-
4 χεν ἐν τοιαύτῃ τινὶ τότε καταστάσει. Κνώσσιοι, συμφρονήσαντες Γορτυνίοις, πᾶσαν ἐποιήσαντο τὴν Κρήτην

LIII. 1. Κνώσσιοι. *Plerique ex libris nostris constanter dant* Κνώσιοι. 2. Πολεμοκλῆν. Πολεμοκλῆ *Vat. Flor.* 4. ἐποιήσαντο. *Alii vulgo* ἐποίησαν.

Hoc igitur modo & susceptum & confectum est bellum Rhodiorum & Prusiæ cum Byzantiis.

53. Eodem fere tempore *Cnossii*, missa ad *Rhodios* legatione, ab his impetrarunt, ut & classem cui præerat *Polemocles*, & tria insuper aphracta, ob id ipsum in mare deducta, sibi mitterent. Quo facto, ubi naves in Cretam venerunt, *Eleuthernæi*, suspicati occisum civem suum *Timarchum* a Polemocle in gratiam Cnossiorum, primo prædam capiendi a Rhodiis jus suis esse edixerunt: deinde bellum etiam intulerunt. *Lyttiis* quoque, non multo prius quam hæc contingerent, immedicabilis calamitas accidit. Erat enim, ut summatim dicam, *universæ* CRETAE hujusmodi fere tunc status. *Cnossii* & *Gortynii*, conspiratione inter se facta, totam Cretam, unica *Lyttio-*

Ol. 139. 4. Cnossii & Gortynii dominantur Cretæ, excepta Lytto.

Κρήτην ὑφ' αὑτοὺς, πλὴν τῆς Λυττίων πόλεως. μόνης δὲ ταύτης ἀπειθούσης, ἐπεβάλοντο πολεμεῖν, σπεύδοντες αὐτὴν εἰς τέλος ἀνάστατον ποιῆσαι, καὶ παραδείγματος καὶ φόβου χάριν τῶν ἄλλων Κρηταιέων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπολέμουν πάντες οἱ Κρηταιεῖς τοῖς Λυττίοις· ἐγγενομένης δὲ φιλοτιμίας ἐκ τῶν τυχόντων, ὅπερ ἔθος ἐστὶ Κρησὶν, ἐστασίασαν πρὸς τοὺς ἄλλους.

Polyrrhenii & alii deficiunt a Cnossiis.

6 καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν καὶ Κερέται καὶ Λαμπαῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Ὄριοι μετ' Ἀρκάδων, ὁμοθυμαδὸν ἀποστάντες τῆς τῶν Κνωσσίων φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν.

Seditio Gortynæ.

7 τῶν δὲ Γορτυνίων οἱ μὲν πρεσβύτατοι τὰ τῶν Κνωσσίων, οἱ δὲ νεώτεροι τὰ τῶν Λυττίων αἱρούμενοι, διεστασίασαν πρὸς ἀλλήλους. 8 Οἱ δὲ Κνώσσιοι, παραδόξου γεγονότος αὐτοῖς τοῦ περὶ τοὺς συμμάχους κινήματος, ἐπισπῶνται χιλίους ἐξ Αἰτωλίας ἄνδρας κατὰ συμμα-

5. *πρὸς τοὺς ἄλλους. An πρὸς αὑτοὺς vel πρὸς ἀλλήλους?* 6. *Κερέται. An Κεραῖται? An Κερεᾶται?* Ibid. *In Λαμπαῖοι h. l. consentiunt libri. Sed deinde fere omnes Λαππαῖοι.* Ibid. *Ὄριοι. Ὅριοι Aug. Reg. A. Perott. In cod. Bav. uterque spiritus adpictus est. Ἐλύριοι fortasse aut Ὠλέριοι legendum suspicatus est Reisk.*

Lyttiorum urbe excepta, sibi subjecerant. Quum igitur sola hæc eorum imperia negligeret, bello eam aggredi constituerunt; funditus Lyttios delere vehementer cupientes, ut eorum exemplo alii Cretenses terrerentur. Principio igitur Cretenses universi contra *Lyttios* bellum gerebant: sed mox levi de caussa contentione inter eos orta, sicuti mos est Cretensium, seditionem invicem agitant. *Polyrrhenii, Ceretæ, Lampæi*, item *Orii* cum *Arcadibus*, communi consilio a Cnossiorum amicitia ad Lyttiorum societatem deficiunt. *Gortynæ* quum seniores Cnossiis faverent, juniores Lyttiis, in gravi seditione res erat. *Cnossii*, hoc sociorum inopinato motu perculsi, mille ex Aetolia milites ad belli societatem arcessunt.

9συμμαχίαν. οὗ γενομένου, παραυτίκα τῶν Γορτυνίων A.V. 534.
οἱ πρεσβύτεροι, καταλαμβανόμενοι τὴν ἄκραν, εἰσά-
γονται τούς τε Κνωσσίους καὶ τοὺς Αἰτωλούς· καὶ
τοὺς μὲν ἐξέβαλον, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν τῶν νέων,
τὴν δὲ πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Κνωσσίοις.

LIV. Lyttus a Cnossiis diruitur.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Λυττίων ἐξωδευ-
κότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεὶ, συννοήσαντες οἱ
Κνώσσιοι τὸ γεγονὸς, καταλαμβάνονται τὴν Λύττον,
2ἔρημον οὖσαν τῶν βοηθησόντων· καὶ τὰ μὲν τέκνα
καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κνωσσὸν ἀπέπεμψαν, τὴν δὲ
πόλιν ἐμπρήσαντες καὶ κατασκάψαντες καὶ λωβη-
3σάμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ἐπανῆλθον. οἱ δὲ
Λύττιοι παραγενόμενοι πρὸς τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς
ἐξοδίας, καὶ συνθεασάμενοι τὸ συμβεβηκὸς, οὕτω
περιπαθεῖς ἐγένοντο ταῖς ψυχαῖς, ὥστε μηδ᾽ εἰσελ-
θεῖν μηδένα τολμῆσαι τῶν παρόντων εἰς τὴν πατρί-
4δα· πάντες δὲ περιπορευθέντες αὐτὴν κύκλῳ, καὶ
πολλάκις ἀνοιμώξαντες, καὶ κατολοφυράμενοι τήν τε
τῆς

arcessunt. Quod ubi factum, illico seniores *Gortyniorum*, arce occupata, Cnossiisque & *Aetolis* in urbem introductis, e juventute alios urbe ejiciunt, alios occidunt, suamque *Cnossiis* urbem tradunt.

54. Per idem vero tempus quum in hostilem agrum copias omnes suas *Lyttii* eduxissent; *Cnossii*, hac expeditione cognita, *Lyttum* oppidum omni vacuum præsidio occupant; & liberis conjugibusque Lyttiorum Cnossum missis, urbem incendunt, diruunt, omnique maleficio in eam sæviunt; atque ita ad suos redeunt. *Lyttiis* ab expeditione ad suam urbem reversis, ubi casum illius vident, tanta commiseratio luctusque animos subiit, ut ne pedem quidem inferre in suam patriam quisquam illorum sustinuerit; sed omnes, lustrato illius ambitu, multis ejulatibus & planctibus suam patriæque

Ol.139.4. τῆς πατρίδος καὶ τὴν αὑτῶν τύχην, αὖθις ἐξ ἀνα-
στροφῆς ἐπανῆλθον εἰς τὴν τῶν Λαμπαίων πόλιν.
Φιλανθρώπως δὲ αὐτοὺς καὶ μετὰ πάσης προθυ- 5
μίας τῶν Λαμπαίων ὑποδεξαμένων, οὗτοι μὲν, ἀντὶ
πολιτῶν ἀπόλιδες ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ ξένοι γεγονότες,
ἐπολέμουν πρὸς τοὺς Κνωσσίους ἅμα τοῖς συμμά-
χοις. Λύττος δ', ἡ Λακεδαιμονίων μὲν ἄποικος 6
οὖσα, καὶ συγγενὴς Ἀθηναίων, ἀρχαιοτάτη δὲ τῶν
κατὰ Κρήτην πόλεων, ἄνδρας δ' ὁμολογουμένως ἀρί-
στους ἀεὶ τρέφουσα Κρηταιέων, οὕτως ἄρδην καὶ πα-
ραλόγως ἀνηρπάσθη.

Lampæi excipiunt Lyttios.

LV. Πολυῤῥήνιοι δὲ καὶ Λαμπαῖοι, καὶ πάντες οἱ τούτων σύμμαχοι, θεωροῦντες τοὺς Κνωσσίους ἀντεχομένους τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας, τοὺς δ' Αἰτωλοὺς ὁρῶντες πολεμίους ὄντας τῷ τε βασιλεῖ Φιλίππῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς, πέμπουσι πρέσβεις πρός τε τὸν βασιλέα καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, περὶ βοηθείας

καὶ

Cnossiorum socii Aetoli.

LIV. 6. *Vocab.* Ἀθηναίων, *quod ignorant vulgo omnes, adjeci ex conject. Gronovii.*

triæque fortunam prosecuti, in *Lampæorum* urbem retro itinere converso, sese conferrent. Ab his humaniter & singulari benignitate suscepti *Lyttii*, unius diei spatio & extorres urbe sua amissa, & hospites atque inquilini in aliena facti, cum sociis adversus Cnossios bellum gerebant. *Lyttus* vero, quæ *colonia Lacedæmoniorum* erat, & cognatione cum Atheniensibus conjuncta, omnium Cretæ urbium antiquissima, civium educatrix qui sine controversia ceteris Cretensibus semper præstabant, ita inopinato deleta & oculis hominum est erepta.

55. *Polyrrhenii* vero & *Lampæi*, omnesque horum socii, animadvertentes *Cnossios* uti auxiliis *Aetolorum*, quos hostes esse intelligebant cum regis Philippi tum Achæorum; & ad hos & ad illum de ferenda ope, & amicitia invicem jungenda,

legatos

2καὶ συμμαχίας. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ καὶ Φίλιππος εἴς τε A.V. 534.
τὴν κοινὴν συμμαχίαν αὐτοὺς προσεδέξαντο, καὶ
βοήθειαν ἐξαπέστειλαν, Ἰλλυριοὺς μὲν τετρακοσίους,
ὧν ἡγεῖτο Πλάτωρ, Ἀχαιοὺς δὲ διακοσίους, Φωκέας
3ἑκατόν. οἳ καὶ, παραγενόμενοι, μεγάλην ἐποιήσαντο
ἐπίδοσιν τοῖς Πολυῤῥηνίοις καὶ τοῖς τούτων συμμά-
4χοις. πάνυ γὰρ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τειχήρεις κατα-
στήσαντες τούς τ' Ἐλευθερναίους καὶ Κυδωνιάτας,
ἔτι δὲ τοὺς Ἀπτεραίους, ἠνάγκασαν ἀποστάντας
τῆς τῶν Κνωσσίων συμμαχίας κοινωνῆσαι σφίσι τῶν
5αὐτῶν ἐλπίδων. Τούτων δὲ γενομένων, ἐξαπέστει-
λαν Πολυῤῥήνιοι μὲν, καὶ μετὰ τούτων οἱ σύμμαχοι,
Φιλίππῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς πεντακοσίους Κρῆτας·
Κνώσσιοι δὲ μικρῷ πρότερον ἐξαπεστάλκεισαν χι-
λίους τοῖς Αἰτωλοῖς. οἳ καὶ συνεπολέμουν ἀμφοτέ-
6ροις τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. Κατελάβοντο δὲ καὶ
τὸν λιμένα τῶν Φαιστίων οἱ τῶν Γορτυνίων φυγάδες·
ὁμοίως δὲ καὶ τὸν αὐτῶν τῶν Γορτυνίων λιμένα πα-
ραβό-

Polyrrhenii & Lampæi societatem ineunt cum Philippo & Achæis.

Gortynii exules.

LV. 2. Πλάτωρ. Πλάτων *Aug.* 6. Φαιστίων. Φαιαστίων *dant libri nostri pæne omnes.*

legatos mittunt. *Achæi* & *Philippus* acceptis in communem societatem suppetias mittunt, Illyrios quadringentos, duce *Platore;* Achæos ducentos; Phocenses centum. Quorum adventu magnum res *Polyrrheniorum* & sociorum incrementum ceperunt. Brevi enim tempore conclusos intra mœnia sua *Eleuthernæos, Cydoniatas,* & *Apteræos*, renunciare Cnossiorum societati, & eamdem secum fortunæ aleam subire, coëgerunt. Quo facto Polyrrhenii eorumque socii Philippo & Achæis Cretas quingentos subsidio miserunt: jam enim aliquanto prius Cnossii mille e suis ad Aetolos miserant. Ita Cretensium opera ad instans bellum & hi & illi sunt usi. Inter hæc *Phæstiorum* portum occupant Gortyniorum exules; qui etiam urbis suæ Gortynæ portum

Ol.139.4. ῥαβόλως διακατεῖχον· καὶ προσεπολέμουν, ἐκ τού-
των ὁρμώμενοι τῶν τόπων, τοῖς ἐν τῇ πόλει. Τὰ
μὲν οὖν κατὰ τὴν Κρήτην ἐν τούτοις ἦν.

LVI. Bellum Mithridatis cum Sinopensibus.

Περὶ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους καὶ Μιθριδάτης
ἐξήνεγκε Σινωπεῦσι πόλεμον· καί τις οἷον ἀρχὴ τότε
καὶ πρόφασις ἐγένετο τῆς ἐπὶ τὸ τέλος ἀχθείσης
ἀτυχίας Σινωπεῦσιν. εἰς δὲ τὸν πόλεμον τοῦτον 2
πρεσβευσάντων αὐτῶν πρὸς Ῥοδίους, καὶ παρακα-
λούντων βοηθεῖν, ἔδοξε τοῖς Ῥοδίοις προχειρίσασθαι
τρεῖς ἄνδρας, καὶ δοῦναι τούτοις δραχμῶν δεκατέσ-
σαρας μυριάδας· τοὺς δὲ, λαβόντας, παρασκευά-
σαι τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐπιτήδεια τοῖς Σινωπεῦσι.

Varia subsidia Sinopensibus mittunt Rhodii.

οἱ δὲ κατασταθέντες, ἡτοίμασαν οἴνου κεράμια μύ- 3
ρια, τριχὸς εἰργασμένης τάλαντα τριακόσια, νεύ-
ρων εἰργασμένων ἑκατὸν τάλαντα, πανοπλίας χι-
λίας, χρυσοῦς ἐπισήμους τρισχιλίους, ἔτι δὲ λιθο-
φόρους τέτταρας, καὶ πρὸς, τοὺς ἀφέτας τούτοις.
ἃ καὶ

LVI. 3. καὶ πρὸς. *Caret* πρὸς *Vat.* & *cum hoc Flor.* & *Reg. B. C.*

portum mira audacia in sua retinebant potestate; iisque locis belli arcibus usi, cum iis qui erant in urbe bellum gerebant. Et in *Creta* quidem status rerum hic fuit.

56. Circa eadem vero tempora etiam *Mithridates* bellum *Sinopensibus* intulit: cœperuntque ejus calamitatis, quam ad extremum experti sunt *Sinopenses*, quasi fundamenta tunc jaci & occasiones nasci. Quum autem de auxilio ad hoc bellum legatos ad *Rhodiorum* populum misissent, tres viri constituti sunt a Rhodiis, quibus centum quadraginta drachmarum millia attribuerunt, ut ex ea summa Sinopensibus necessaria pararent. Igitur tres viri doliorum vini decem millia compararunt; capilli præparati talenta trecenta; nervorum præparatorum talenta centum; armaturas mille; aureorum signatorum tria millia: ad hæc quatuor balistas saxa emittentes, & viros simul qui his recte uti scirent. Quibus

4 ἃ καὶ λαβόντες οἱ τῶν Σινωπέων πρέσβεις, ἐπανῆλ- A.V. 534.
θον. ἦσαν γὰρ οἱ Σινωπεῖς ἐν ἀγῶνι, μὴ πολιορκεῖν
σφᾶς ὁ Μιθριδάτης ἐγχειρήσῃ, καὶ κατὰ γῆν καὶ
κατὰ θάλατταν· διὸ καὶ τὰς παρασκευὰς πρὸς
5 τοῦτο τὸ μέρος ἐποιοῦντο πάσας. Ἡ δὲ Σινώπη Situs Sinopes.
κεῖται μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου παρὰ
τὸν εἰς Φᾶσιν πλοῦν· οἰκεῖται δὲ ἐπί τινος χερρονή-
σου προτεινούσης εἰς τὸ πέλαγος· ἧς τὸν μὲν αὐχέ-
να τὸν συνάπτοντα πρὸς τὴν Ἀσίαν, (ὅς ἐστιν οὐ
πλείων δυοῖν σταδίων,) ἡ πόλις ἐπικειμένη διακλείει
6 κυρίως. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς χερρονήσου πρόκειται μὲν
εἰς τὸ πέλαγος· ἔστι δ' ἐπίπεδον καὶ πανευέφοδον
ἐπὶ τὴν πόλιν, κύκλῳ δ' ἐκ θαλάττης ἀπότομον,
καὶ δυσπροσόρμιστον, καὶ παντελῶς ὀλίγας ἔχον
7 προσβάσεις. Διόπερ ἀγωνιῶντες οἱ Σινωπεῖς, μή
ποτε κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίας πλευρὰν ὁ Μιθρι-
δάτης συστησάμενος ἔργα, καὶ κατὰ τὴν ἀπέναντι

4. ἀγῶνι. ἀγωνίᾳ malim cum *Ernest.*

Quibus rebus acceptis, legati Sinopenſium domum redierunt. Erant enim id temporis *Sinopenſes* in metu, ne terra marique obſidere ipſos *Mithridates* aggrederetur: propterea apparatus etiam omnes ſuos ad illum metum referebant. Eſt autem SINOPE ad illud Ponti latus ſita, quod a dextra habent qui ad Phaſim navigant; in peninſula quadam ſita, quæ longe in mare prominet. Illius peninſulæ fauces, (eæ duo, non amplius, patent ſtadia;) quibus Aſiæ conjungitur, urbs iſta, poſita in medio, plane interſepit. Reliqua peninſulæ pars in altum procurrit, ubique plana, & ex qua facillime in urbem fieri impetus queat: ſed extrema loca ad mare circumcirca prærupta ſunt, ad quæ difficillime navis poſſit appellere, aditusque omnino pauci ſunt. Itaque metuentes *Sinopenſes*, ne *Mithridates*, diſpoſitis ab ea parte quæ Aſiam ſpectat tormentis, ſimiliterque ab alte-

Ol.139.4.

Sinopenses peninsulam muniunt.

ταύτης ὁμοίως ποιησάμενος ἀπόβασιν κατὰ θάλατταν εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καὶ τοὺς ὑπερκειμένους τῆς πόλεως τόπους, ἐγχειρήσῃ πολιορκεῖν αὐτούς· ἐπε- 8
βάλοντο τῆς χεῤῥονήσου κύκλῳ τὸ νησίζον ὀχυροῦν, ἀποσταυροῦντες καὶ περιχαρακοῦντες τὰς ἐκ θαλάττης προσβάσεις· ἅμα δὲ καὶ βέλη καὶ στρατιώτας τιθέντες ἐπὶ τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων. ἔστι γὰρ τὸ πᾶν μέγεθος αὐτῆς οὐ πολύ· τελέως 9
δ' εὐκατακράτητον καὶ μέτριον. καὶ τὰ μὲν περὶ Σινώπης ἐν τούτοις ἦν.

LVII. BELLVM SOCIALE. Ol.140.1. A.V.535.

Philippus Aetoliam petit.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, ἀναζεύξας ἐκ Μακεδονίας μετὰ τῆς δυνάμεως (ἐν γὰρ ταύταις ταῖς ἐπιβολαῖς ἀπελίπομεν ἄρτι τὸν Συμμαχικὸν πόλεμον) ὥρμησεν ἐπὶ Θετταλίας καὶ τῆς Ἠπείρου· σπεύδων ταύτῃ ποιήσασθαι τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς Αἰτωλίαν. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Δορίμαχος κατὰ τὸν 2
καιρὸν

LVII. 1. ἀπελίπομεν. ἀπελείπομεν *Aug. Reg. A.* Ibid. εἰς Αἰτωλίαν. *Vulgo* πρὸς Αἰτωλ.

ra parte e regione hujus, exposito e navibus milite in loca plana & ea quæ urbi imminent, oppugnationem illius tentaret; ambitum peninsulæ, qua mari cingitur, munire instituerunt, omnesque aditus ab ea parte sudibus ac vallis præcludere: simulque tela etiam & præsidia in locis omnibus opportunis collocarunt. Est enim peninsulæ hujus universæ spatium haud adeo magnum: & modico præsidio facile defendi ipsa potest.

57. Dum hæc Sinopæ aguntur, *Philippus* rex, cum exercitu e Macedonia profectus, (in his enim eramus, cum a *Sociali bello* orationem deflex
imus) in Thessaliam & Epirum duxit: habens in animo, per has regiones in *Aetoliam* facere impressionem. Eodem vero tempore *Alexander* & *Dorimachus*, proditores nacti

καιρὸν τοῦτον ἔχοντες πρᾶξιν κατὰ τῆς τῶν Αἰγει- A.V. 535.
ρατῶν πόλεως, ἀθροίσαντες τῶν Αἰτωλῶν περὶ χι- Aetoli insidiantur
λίους καὶ διακοσίους εἰς Οἰάνθειαν τῆς Αἰτωλίας, Aegiræ.
ἣ κεῖται καταντικρὺ τῆς προειρημένης πόλεως, καὶ
πορθμεῖα τούτοις ἑτοιμάσαντες, πλοῦν ἐτήρουν
3 πρὸς τὴν ἐπιβολήν. τῶν γὰρ ηὐτομοληκότων τις ἐξ
Αἰτωλίας, καὶ πλείω χρόνον διατετριφὼς παρὰ τοῖς
Αἰγειράταις, καὶ συντεθεωρηκὼς τοὺς φυλάττοντας
τὸν ἀπ' Αἰγίου πυλῶνα μεθυσκομένους καὶ ῥαθύμως
4 διεξάγοντας τὰ κατὰ τὴν φυλακήν· πλεονάκις προ-
βαλλόμενος καὶ διαβαίνων πρὸς τοὺς περὶ Δορίμα-
χον, ἐξεκέκλητο πρὸς τὴν πρᾶξιν αὐτούς, ἅτε λίαν
5 οἰκείους ὄντας τῶν τοιούτων ἐγχειρημάτων. Ἡ δὲ Situs
τῶν Αἰγειρατῶν πόλις ἔκτισται μὲν τῆς Πελοποννή- Aegiræ.
σου κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, μεταξὺ τῆς Αἰ-
γιέων καὶ Σικυωνίων πόλεως· κεῖται δ' ἐπὶ λόφων

2. Οἰάνθειαν. *Mendose vulgo* Οἰνάνθειαν *ex Bav.* 4. προβαλλ.. παραβαλλόμενος *suspicati sunt Reisk. & Ernesti: & sic dant Suidas & cod. Flor. Puto & Vat.*

eti qui *Aegiratarum* urbem ipsis tradere constituerant, coactis Aetolorum ad mille ducentos *Oeanthiæ*, quod est Aetoliæ oppidum, ex adverso situm ejus quam nominavimus urbis, vectoriis etiam navigiis ad horum trajectionem provisis, opportunitatem navigandi ad rem exsequendam opperiebantur. Quidam enim eorum qui ex Aetolia profugerant, longo tempore in Aegiratarum oppido moratus, animadverso custodes ejus portæ, quæ ab Aegio venientibus patet, vino crapulæque indulgentes, negligenter admodum custodias agere; re sæpius proposita Dorimacho, quum ad illum ventitaret, gnarus virum esse hujusmodi inceptis inprimis assuetum; ad rem perficiendam illum vocaverat. Oppidum autem *Aegira* situm est in ea Peloponnesi parte, quam Corinthiacus sinus alluit, inter Aegium & Sicyonem; collibus quibus-

Ol.140.1. ἐρυμνῶν καὶ δυσβάτων· νεύει δὲ τῇ θέσει πρὸς τὸν
Παρνασσὸν, καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς ἀντίπερα χώ-
ρας· ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια.
Παραπεσόντος δὲ πλοῦ τοῖς περὶ τὸν Δορίμαχον, 6
ἀνήχθησαν, καὶ καθορμίζονται νυκτὸς ἔτι πρὸς τὸν
παρὰ τὴν πόλιν καταῤῥέοντα ποταμόν. Οἱ μὲν 7
οὖν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Δορίμαχον, ἅμα δὲ
τούτοις Ἀρχίδαμον τὸν Πανταλέοντος υἱὸν, ἔχοντες
περὶ αὐτοὺς τὸ πλῆθος τῶν Αἰτωλῶν, προσέβαινον
πρὸς τὴν πόλιν κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγίου φέρουσαν ὁδόν.
ὁ δ' αὐτόμολος, ἔχων εἴκοσι τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, 8
διανύσας ταῖς ἀνοδίαις τοὺς κρημνοὺς θᾶττον τῶν
ἄλλων διὰ τὴν ἐμπειρίαν, καὶ διαδὺς διά τινος ὑδρο-
ῤῥοίας, ἔτι κοιμωμένους κατέλαβε τοὺς ἐπὶ τοῦ πυ-
λῶνος. κατασφάξας δ' αὐτοὺς, ἀκμὴν ἐν ταῖς κοί- 9
ταις ὄντας, καὶ διακόψας τοῖς πελέκεσι τοὺς μο-
χλοὺς, ἀνέῳξε τοῖς Αἰτωλοῖς τὰς πύλας. οἱ δὲ, 10
παρεισπεσόντες ἀπερινοήτως, λαμπρῶς ἐχρήσαντο
τοῖς

Aetoli proditione capiunt Aegiram.

quibusdam impoſita egregie munitis & inacceſſis. Spectat ejus ſitus Parnaſſum & vicina loca in oppoſita continenti; diſtatque a mari ſtadia ſeptem. Igitur *Dorimachus*, navigationi opportunum tempus nactus, oram ſolvit; &, dum adhuc nox erat, naves in ſtatione locat prope amnem, qui oppidum præterlabitur. Mox *Alexander* & *Dorimachus*, & una cum his *Archidamus*, Pantaleontis filius, manum Aetolorum ſecum habentes, urbem ab ea parte qua Aegio iter eſt, adoriuntur. Transfuga vero cum expeditiſſimis viginti militibus, deviis callibus propter locorum peritiam ceteris citius præcipitia emenſus, & per quemdam aquæductum clam urbem ingreſſus, cuſtodes portæ adhuc dormientes invenit. Quibus occiſis dum adhuc in lectis jacent, diffractis vectibus ſecurium ictibus, portas *Aetolis* patefecit. Illi, poſtquam inopinato irrupiſſent in urbem, jam pro

τοῖς πράγμασιν. ὃ καὶ παραίτιον ἐγένετο τοῖς μὲν A.V. 535.
Αἰγειράταις τῆς σωτηρίας, τοῖς δ᾽ Αἰτωλοῖς τῆς
11 ἀπωλείας. ὑπολαμβάνοντες γὰρ τοῦτο τέλος εἶναι
τοῦ κατασχεῖν ἀλλοτρίαν πόλιν, τὸ γενέσθαι τῶν
πυλώνων ἐντὸς, τοῦτον τὸν τρόπον ἐχρῶντο τοῖς
πράγμασι.

Διὸ καὶ βραχὺν παντελῶς χρόνον ἀθρόοι συμ- LVIII. Prædæ inhiantes Aetoli,
μείναντες περὶ τὴν ἀγορὰν, λοιπὸν, ἐκπαθεῖς ὄντες
πρὸς τὰς ὠφελείας, διέῤῥεον, καὶ παρεισπίπτοντες
εἰς τὰς οἰκίας διήρπαζον τοὺς βίους, ἤδη φωτὸς ὄν-
2 τος. Οἱ δ᾽ Αἰγειρᾶται, τοῦ πράγματος αὐτοῖς
ἀνελπίστου καὶ παραδόξου τελέως συμβεβηκότος,
οἷς μὲν ἐπέστησαν οἱ πολέμιοι κατὰ τὰς οἰκίας, ἐκ-
πλαγεῖς καὶ περίφοβοι γενόμενοι, πάντες ἐτρέποντο
πρὸς φυγὴν ἔξω τῆς πόλεως, ὡς ἤδη βεβαίως αὐτῆς
3 κεκρατημένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὅσοι δὲ τῆς κραυ-
γῆς ἀκούοντες ἐξ ἀκεραίων τῶν οἰκιῶν ἐξεβοήθουν,

LVIII. 2. ἐκπλαγεῖς ἦσαν, καὶ περίφ. γεν. *edd. ex Bav. Delevi* ἦσαν *cum aliis.* Ibid. ὡς ἤδη βεβαίως. *Abest vulgo* ὡς *ab edd. & msstis.*

pro victoribus palam sese gerere: quæ res, ut Aegiratis saluti, ita illis exitio vertit. Existimantes enim, hostilis urbis occupationem tunc jam esse consummatam, cum intra portas aliquis penetravit, eo quem diximus modo res administrarunt.

58. Itaque postquam breve admodum tempus conferti in foro constitissent; de cetero, prædæ avide inhiantes, dilabi cœperunt: & primam quamque domum obviam introeuntes, clara jam luce, fortunas civium diripiebant. Eo casu inopinato & novitate ipsa terribili ita perculsi sunt *Aegiratæ*, ut, quotquot illorum ab hoste in suis ædibus sunt deprehensi, attoniti trepidantesque omnes fuga se extra urbem proriperent; quam non dubia jam victoria ab hostibus teneri putabant. Quicumque vero ex intactis adhuc ædibus suis, clamore aliorum audito, ad ferendam opem

Ol.140.1. πάντες εἰς τὴν ἄκραν συνέτρεχον. οὗτοι μὲν οὖν ἀεὶ 4
πλείους ἐγίγνοντο, καὶ θαρσαλεώτεροι· τὸ δὲ τῶν
Αἰτωλῶν σύστρεμμα, τοὐναντίον ἔλαττον καὶ ταρα-
Repelluntur ab Aegiratis χωδέστερον, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Οὐ μήν, 5
ἀλλὰ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Δορίμαχον ἤδη τὸν πε-
ριεστῶτα κίνδυνον αὐτοὺς, συστραφέντες ὥρμησαν
ἐπὶ τοὺς κατέχοντας τὴν ἄκραν· ὑπολαμβάνοντες
τῇ θρασύτητι καὶ τόλμῃ καταπληξάμενοι τρέψα-
σθαι τοὺς ἠθροισμένους ἐπὶ τὴν βοήθειαν. Οἱ δ' Αἰ- 6
γειρᾶται, παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτοὺς, ἠμύνοντο
καὶ συνεπλέκοντο τοῖς Αἰτωλοῖς γενναίως. οὔσης δὲ 7
τῆς ἄκρας ἀτειχίστου, καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐκ χει-
ρὸς καὶ κατ' ἄνδρα γιγνομένης, τὸ μὲν πρῶτον ἦν
ἀγὼν οἷον εἰκός· ἅτε τῶν μὲν ὑπὲρ πατρίδος καὶ
τέκνων, τῶν δ' ὑπὲρ σωτηρίας ἀγωνιζομένων· τέλος
γε μὴν ἐτράπησαν οἱ παρεισπεπτωκότες τῶν Αἰτω-
λῶν.

3. *Vulgo ex Bav. editur* καὶ πάντες εἰς τήν. *Delevi* καὶ *cum Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 4. θαρσαλεώτ. *dedi ex eisdem: vulgo* θαῤῥαλ.

opem prosiluerant, omnes in arcem concurrunt. Et hi quidem sicut numero semper crescebant, ita etiam fiducia animorum: quum contra corpus *Aetolorum*, propter expositas caussas, & numero minueretur, & tumultu magis magisque repleretur. *Dorimachus*, ubi circumstantis periculi magnitudinem sensit, collectis suis in cuneum, arcem & qui illam tenebant invadit: ratus, se pervicaci hac audacia territurum & in fugam versurum collectam hanc pro defensione loci multitudinem. *Aegiratæ* vero, sese invicem cohortati, vim defendere, & cum Aetolis fortiter manum conserere. Erat arx sine muris: pugnabaturque comminus, & vir cum viro manum conserebat. Itaque prima commissio talis fuit, qualem par erat pugnam eorum existere, qui hinc pro patria & liberis, illinc pro salute dimicabant. Tandem is fuit exitus, ut, qui irruperant *Aetoli*, terga darent.

8λῶν. οἱ δ᾽ Αἰγειρᾶται, λαβόντες ἀφορμὴν ἐγκλίμα- A.V.535.
τος, ἐνεργῶς ἐπέκειντο καὶ καταπληκτικῶς τοῖς
πολεμίοις. ἐξ οὗ συνέβη τοὺς πλείστους τῶν Αἰτω- Et pereunt plerique.
λῶν διὰ τὴν πτοίαν, αὐτοὺς ὑφ᾽ αὑτῶν, φεύγοντας,
9ἐν ταῖς πύλαις συμπατηθῆναι. Ὁ μὲν οὖν Ἀλέ-
ξανδρος ἐν χειρῶν νόμῳ κατ᾽ αὐτὸν ἔπεσε τὸν κίν-
δυνον· ὁ δὲ Ἀρχίδαμος ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας
10ὠθισμῷ καὶ πνιγμῷ διεφθάρη. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος
τῶν Αἰτωλῶν, τὸ μὲν συνεπατήθη, τὸ δὲ κατὰ τῶν
11κρημνῶν, φεῦγον ταῖς ἀνοδίαις, ἐξετραχηλίσθη. τὸ
δὲ καὶ διασωθὲν αὐτῶν μέρος πρὸς τὰς ναῦς, ἐῤῥι-
φὸς τὰ ὅπλα, πάνυ αἰσχρῶς, ἅμα δ᾽ ἀνελπίστως
12ἐποιήσαντο τὸν ἀπόπλουν. Αἰγειρᾶται μὲν οὖν, διὰ
τὴν ὀλιγωρίαν ἀποβαλόντες τὴν πατρίδα, διὰ τὴν
εὐψυχίαν καὶ γενναιότητα πάλιν ἔσωσαν παρα-
δόξως.

Κατὰ

9. *Ἀρχίδαμος ex Casaub. conject. in contextum recepi.* Dorimachus *h. l. in libris omnibus ponitur.* 11. *διασωθὲν. συνδιασωθὲν Aug. Reg. A.* Ibid. *πάνυ dedi monente Reisk. Vulgo πάντ᾽ αἰσχρῶς ex Bav. cum Aug. & Reg. A. πᾶν αἰσχρῶς Vat. & Flor. ut suspicari possis παναισχρῶς.* Ibid. *ἐποιήσαντο. ἐποιήσατο Aug.*

darent. *Aegiratæ*, inclinati hostis occasione utentes, acriter instare, & cum terrificis minis terga fugientium cædere. Ex quo factum, ut præ consternatione *Aetoli* plerique, fugientes, in portis sese alius alium conculcarent. *Alexander* in ipso certamine inter dimicandum cæsus est. *Archidamus* in turba eorum qui ad portas, dum invicem trudunt ac truduntur, sese enecabant, periit. Reliqua multitudo Aetolorum, partim conculcata fuit, partim per abrupta fugiens, inter invia rupium aspreta cervices fregerunt. Qui ad naves etiam evaserant, projectis armis, turpiter omnino & præter spem domum redierunt. Ita *Aegiratæ*, qui per negligentiam patriam amiserant, per virtutem & generosam fortitudinem, eamdem receperunt.

59. Per

Ol.140.1.
LIX.
Euripidas Aetolus fines Achæorum populatur.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Εὐριπίδας, ὃς ἦν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς τοῖς Ἠλείοις, καταδραμὼν τὴν Δυμαίων καὶ Φαραιέων, ἔτι δὲ τὴν Τριταιέων χώραν, καὶ περιελασάμενος λείας πλῆθος ἱκανὸν, ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ τὴν Ἠλείαν. ὁ δὲ Μίκκος ὁ Δυμαῖος, ὅσπερ 2
ἐτύγχανε κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ὑποστράτηγος ὢν τῶν Ἀχαιῶν, ἐκβοηθήσας πανδημεὶ, τούς τε Δυμαίους καὶ Φαραιεῖς, ἅμα δὲ καὶ Τριταιεῖς ἔχων, προσέκειτο τοῖς πολεμίοις ἀπαλλαττομένοις ἐνεργότερον. ἐμπεσὼν δ' εἰς ἐνέδραν, ἐσφάλη, καὶ πολλοὺς 3
ἀπέβαλε τῶν ἀνδρῶν· τετταράκοντα μὲν γὰρ ἔπεσον, ἑάλωσαν δὲ περὶ διακοσίους τῶν πεζῶν. Ὁ μὲν 4
οὖν Εὐριπίδας, ποιήσας τοῦτο τὸ προτέρημα, καὶ μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ γεγονότι, μετ' ὀλίγας ἡμέρας

Tichos caſtellum

αὖθις ἐξελθὼν, κατέλαβε παρὰ τὸν Ἄραξον φρούριον τῶν Δυμαίων εὔκαιρον, τὸ καλούμενον Τεῖχος· ὃ Φα-

LIX. 2. Μίκκος. Μίκος edd. ex Bav. 3. ἐμπεσὼν δ' εἰς ἐνέδραν. *Sic ex Gronovii conject. poſui. Vulgo interpungitur poſt* ἀπαλλαττομένοις, *tum ſequitur* ἐνεργότερον δ' ἐμπεσὼν. 4. Ἄραξον *emendavit Gronov. Ante eum editi & ſcripti omnes* Ἄρατον.

59. Per idem etiam tempus *Euripidas*, quem Aetoli ducem exercitus *Eleis* miſerant, Dymæorum, Pharæenſium, nec non Tritæenſium fines populatus, nec mediocri inde ablata præda, in Elidem ſe recepit. *Miccus* vero Dymæus, qui ea tempeſtate prætoris Achæorum legatus erat, eductis copiis omnibus *Dymæorum*, *Pharæenſium*, nec non *Tritæenſium*, recedentes hoſtes perſecutus eſt. In quos dum fertur acrius, in inſidias illatus, detrimentum accepit, & multos ſuorum amiſit; occiſis quadraginta, captis e numero peditum ad ducentos. Quare *Euripidas*, proſpero pugnæ ſucceſſu elatus, poſt dies paucos iterum exercitu educto, caſtellum Dymæorum prope Araxum, *Tichos* dictum, loco ſitum opportuno, occupat. Id caſtellum fabulæ narrant ab

5 φασιν οἱ μῦθοι, τὸ παλαιὸν Ἡρακλέα, πολεμοῦντα τοῖς Ἠλείοις, ἐποικοδομῆσαι, βουλόμενον ὁρμητηρίῳ χρῆσθαι τούτῳ κατ' αὐτῶν. A.V. 535.

LX. Aratus segnis ad opem ferendam sociis.

Οἱ δὲ Δυμαῖοι καὶ Φαραιεῖς καὶ Τριταιεῖς, ἡλαττωμένοι μὲν περὶ τὴν βοήθειαν, δεδιότες δὲ τὸ μέλλον ἐκ τῆς τοῦ φρουρίου καταλήψεως, τὸ μὲν πρῶτον ἔπεμπον ἀγγέλους πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, δηλοῦντες τὰ γεγονότα, καὶ δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλον τοὺς περὶ
2 τῶν αὐτῶν ἀξιώσοντας. Ὁ δ' Ἄρατος, οὔτε τὸ ξενικὸν ἐδύνατο συστήσασθαι, διὰ τὸ κατὰ τὸν Κλεομενικὸν πόλεμον ἐλλελοιπέναι τινὰ τῶν ὀψωνίων τοὺς Ἀχαιοὺς τοῖς μισθοφόροις· καθόλου τε ταῖς ἐπιβολαῖς, καὶ συλλήβδην πᾶσι τοῖς τοῦ πολέμου
3 πράγμασιν, ἀτόλμως ἐχρῆτο καὶ νωθρῶς. Διόπερ ὅ τε Λυκοῦργος εἷλε τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον· ὅ τ' Εὐριπίδας, ἑξῆς τοῖς εἰρημένοις, Γόργον τὸν

LX. 2. καθόλου τε. καθόλου δὲ edd. ex Bav. 3. Ἀθήναιον. Ἀθηναῖον Aug.

ab *Hercule* fuisse olim exstructum, bellum gerente cum Eleis; qua veluti arce belli adversus eos uteretur.

60. *Dymaei*, *Pharaeenses*, *Tritaeenses*, & quod hostem insequentes male pugnaverant, & quia post captum castellum metuebant in posterum, nuncios initio ad praetorem Achaeorum miserunt, ut illum de eo quod acciderat facerent certiorem, & simul subveniri sibi rogarent: deinde legatos etiam miserunt, idem rogaturos. *Aratus* vero neque mercenarium militem conscribere poterat; quod belli Cleomenici tempore partem aliquam stipendiorum Achaei conductitio militi non persolverant: & omnino in universis inceptis, atque uno verbo, in omnibus iis quae ad bellum pertinebant, cunctatorem & segnem se praebebat. Idcirco & *Lycurgus* *Athenaeum* Megalopolitanorum occupavit: & *Euripidas*, post illa quae diximus, *Gorgum*

Ol.140.1. Dymæi, Pharæenses & Tritæenses privatim sibi consulunt.

τὸν τῆς Τελφουσίας. οἵ τε Δυμαῖοι καὶ Φαραιεῖς 4
καὶ Τριταιεῖς, δυσελπιστήσαντες ἐπὶ ταῖς τοῦ στρα-
τηγοῦ βοηθείαις, συνεφρόνησαν ἀλλήλοις εἰς τὸ τὰς
μὲν κοινὰς εἰσφορὰς τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ συντελεῖν·
ἰδίᾳ δὲ συστήσασθαι μισθοφόρους, πεζοὺς μὲν τρια- 5
κοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα, καὶ διὰ τούτων
ἀσφαλίσασθαι τὴν χώραν. Τοῦτο δὲ πράξαντες, 6
ὑπὲρ μὲν τῶν καθ᾽ αὑτοὺς πραγμάτων ἐνδεχομέ-
νως ἔδοξαν βεβουλεῦσθαι, περὶ δὲ τῶν κοινῶν τἀναν-
τία. πονηρᾶς γὰρ ἐφόδου καὶ προφάσεως, τοῖς βου-
λομένοις διαλύειν τὸ ἔθνος, ἐδόκουν ἀρχηγοὶ καὶ
καθηγεμόνες γεγονέναι. ταύτης δὲ τῆς πράξεως τὸ 7
μὲν πλεῖστον τῆς αἰτίας ἐπὶ τὸν στρατηγὸν ἄν τις
ἀναφέροι δικαίως, τὸν ὀλιγωροῦντα καὶ καταμέλλον-
τα καὶ προϊέμενον ἀεὶ τοὺς δεομένους. Πᾶς γὰρ 8
ὁ κινδυνεύων, ἕως μὲν ἄν τινος ἐλπίδος ἀντέχηται
παρὰ

4. συντελεῖν. τελεῖν *Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ursin.* 5. ἀσφαλίσασθαι. ἀσφαλίζεσθαι *Vat. Flor.*

gum in *Telphusiorum* finibus. *Dymæi* vero, *Pharæenses* & *Tritæenses*, ubi de auxilio a prætore mittendo desperare cœperunt, communi consilio decreverunt, *nihil amplius in commune Achæis contribuere; sed privatim sibi militem mercede conducere: pedites nempe trecentos, equites vero quinquaginta, quorum præsidio fines suos tutarentur.* Qui cum hoc fecerunt, suis illi quidem privatis commodis non male existimati sunt consuluisse: publicæ vero utilitati omnium Achæorum pessime. Cupientibus enim gentis corpus dissipare duces atque auctores pravi conatus, cum aliqua justi specie suscipiendi, se præbuisse sunt crediti. Hujus autem admissi culpam maximam jure aliquis in Prætorem conjiciat, per negligentiam & cunctationem spes semper eorum, quibus opus erat auxilio, frustrari solitum. Nempe ita fieri semper amat: qui in periculo versatur, quamdiu spes super-

A.V. 535.

παρὰ τῶν οἰκείων καὶ συμμάχων, προσανέχειν Φι-
λεῖ ταύταις· ὅταν δὲ δυσχρηστῶν ἀπογνῷ, τότ'
9 ἤδη βοηθεῖν ἀναγκάζεται αὐτῷ κατὰ δύναμιν. Διὸ
καὶ Τριταιεῦσι καὶ Φαραιεῦσι καὶ Δυμαιεῦσιν, ὅτι
μὲν ἰδίᾳ συνεστήσαντο μισθοφόρους, καταμέλλοντος
τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμόνος, οὐκ ἐγκλητέον· ὅτι δὲ
τὰς εἰς τὸ κοινὸν εἰσφορὰς ἀπεῖπον, μεμψιμοιρη-
10 τέον. ἐχρῆν γὰρ τὴν μὲν ἰδίαν χρείαν μὴ παραλι-
πεῖν· εὐκαιροῦντας δὲ δὴ καὶ δυναμένους, τά γε
πρὸς τὴν κοινὴν πολιτείαν δίκαια συντηρεῖν· ἄλλως
τε δὴ, καὶ κομιδῆς ὑπαρχούσης ἀδιαπτώτου κατὰ
τοὺς κοινοὺς νόμους· τὸ δὲ μέγιστον, γεγονότας ἀρ-
χηγοὺς τοῦ τῶν Ἀχαιῶν συστήματος.

Malo exemplo commune Achæorum deserunt.

LXI. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Πελοπόννησον ἐν τούτοις ἦν. ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος διελθὼν τὴν Θετταλίαν, παρῆν

Philippus cum exercitu in Epirum venit.

8. *φιλεῖ ταύταις. An ταύτῃ? An paulo ante legendum τινῶν ἐλπίδων? Vnus Reg. B. dat φιλεῖ ταῖς ἐλπίσι ταύταις.* 10. *εὐκαιρ. δὲ δή. Sic Aug. a pr. manu. Ceterum vulgo omnes εὐκαιρ. γε δὴ καὶ δυναμ. Quæ verba cum superioribus connectere & deinde τὰ δὲ πρὸς τὴν legere jussit Reiskius.*

ſupereſt opis impetrandæ ab amicis & ſociis, in ea acquieſcit: ubi vero, adverſis conflictatus, ſpem illam amiſerit, tunc ipſemet ſibi pro viribus ſubvenire cogitur. Quamobrem Tritæenſibus, Pharæenſibus, & Dymæenſibus, quod privatim militem conduxerint, moras trahente Achæorum prætore; eo nomine ſuccenſendum non eſt: at, quod erogare in commune quidquam recuſarunt, id vero reprehendendum. Oportebat enim propria quidem non prætermittere commoda; ſed &, quum opibus abundarent atque poſſent, communia quoque Reipublicæ jura ſervare: quum præſertim per communes leges recepturi omnino eſſent quod contuliſſent; &, quod maximum eſt, quum auctores ipſi corporis ac concilii Achæorum inſtituendi, exſtitiſſent.

61. Dum in Peloponneſo hæc geruntur; rex *Philippus*, Theſſaliam emenſus, in

Ol. 140. 1. παρῆν εἰς Ἤπειρον. ἀναλαβὼν δὲ τοὺς Ἠπειρώτας 2
ἅμα τοῖς Μακεδόσι πανδημεὶ, καὶ τοὺς ἐξ Ἀχαΐας
αὐτῷ συνηντηκότας σφενδονήτας τριακοσίους, ἔτι δὲ
τοὺς παρὰ Πολυῤῥηνίων ἀπεσταλμένους Κρῆτας
πεντακοσίους, προῆγε· καὶ διελθὼν τὴν Ἤπειρον,
παρῆν εἰς τὴν τῶν Ἀμβρακιωτῶν χώραν. Εἰ μὲν 3
οὖν ἐξ ἐφόδου κατὰ τὸ συνεχὲς ἐνέβαλεν εἰς τὴν μεσόγαιαν
τὴν Αἰτωλίας, ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπιπεσὼν
δυνάμει βαρείᾳ, τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἐπετεθείκει
ἂν τέλος. νῦν δὲ, πεισθεὶς τοῖς Ἠπειρώταις 4
πρῶτον ἐκπολιορκῆσαι τὸν Ἄμβρακον, ἔδωκε τοῖς
Αἰτωλοῖς ἀναστροφὴν εἰς τὸ καὶ στῆναι καὶ προνοηθῆναί
τε καὶ παρεσκευάσθαι πρὸς τὸ μέλλον. Οἱ
γὰρ Ἠπειρῶται, τὸ σφέτερον ἀναγκαιότερον τιθέμενοι
τοῦ κοινοῦ τῶν συμμάχων, καὶ μεγάλως σπουδάζοντες

Epirotis rogantibus,

LXI. 1. εἰς τὴν Ἤπειρον *Aug.* 2. Πολυῤῥηνίων *correxit Casaub. cum vitiose omnes darent* Μεσσηνίων. Ibid. πεντακοσίους *correxi. Vulgo omnes* τριακοσίους. 3. ἐνέβαλεν. ἐνέβαλλεν *malim.* Ibid. τὴν Αἰτωλ. *est ex Vat. & Flor. Editi cum ceteris* τῆς Αἰτωλίας. Ibid. ἐπετεθείκει ἄν. *Carent* ἂν *Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vulgo edebatur* ἐπιτεθήκοι ἂν *ex Bav.* 4. καὶ στῆναι. καταστῆναι *legendum censuit Reiskius, & mox* προνοηθῆναί τι, *quod & Flor. habet, pro* τε. Ibid. παρεσκευάσθαι. παρασκευάσασθαι *adfertur ex Flor.*

in *Epirum* venerat: ibique assumtis Epirotis, qui omnes suas vires Macedonibus conjunxerant, & funditoribus trecentis qui ex Achaïa missi fuerant, Cretensibus item quingentis, quos Polyrrhenii miserant, pergebat ire: transgressusque Epirum, ad *Ambraciotarum* fines accessit. Quod si igitur absque ulla mora primo statim impetu in mediterranea Aetoliæ duxisset, eamque repente & inopinato cum valido exercitu invasisset; universo bello finem impositurus fuerat. Nunc, ab Epirotis persuasus, ut *Ambracum* prius expugnaret, otium Aetolis dedit obfirmandi se ad resistendum, & providendi prospiciendique necessaria in posterum. *Epirotæ* enim, potiorem suæ privatæ utilitatis rationem ducentes, quam communis sociorum, magnoque desiderio flagrantes

δάζοντες ὑφ' αὑτοὺς ποιῆσαι τὸν Ἄμβρακον, ἐδέον- A.V.535.
το τοῦ Φιλίππου ποιήσασθαι πολιορκίαν περὶ τὸ
6 χωρίον, καὶ τοῦτο πρότερον ἐξελεῖν· περὶ πλείστου
ποιούμενοι, τὸ κομίσασθαι τὴν Ἀμβρακίαν παρὰ
τῶν Αἰτωλῶν· τοῦτο δὲ γενέσθαι μόνως ἂν ἐλπίζον-
τες, εἰ τοῦ προειρημένου τόπου κυριεύσαντες, ἐπι-
7 καθίσαιεν τῇ πόλει. Ὁ γὰρ Ἄμβρακος ἔστι μὲν Ambracum obsidet.
χωρίον εὖ κατεσκευασμένον καὶ προτειχίσμασι καὶ
τείχει· κεῖται δ' ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας
στενὴν καὶ χωστὴν ἔχων πρόσοδον· ἐπίκειται δ' εὐ-
καίρως τῇ τε χώρᾳ τῶν Ἀμβρακιωτῶν καὶ τῇ πόλει.
8 Φίλιππος μὲν οὖν, πεισθεὶς Ἠπειρώταις, καὶ κατα-
στρατοπεδεύσας περὶ τὸν Ἄμβρακον, ἐγίγνετο περὶ
τὴν παρασκευὴν τῶν πρὸς τὴν πολιορκίαν.

Σκόπας δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἀναλαβὼν LXII. Scopas invadit Macedoniam.
τοὺς Αἰτωλοὺς πανδημεὶ, καὶ ποιησάμενος τὴν πο-
ρείαν διὰ Θετταλίας, ἐνέβαλεν εἰς Μακεδονίαν, καὶ
τὸ

7. ἔχων. ἔχον Flor.

tes potiundi Ambraco, petierant a *Philippo*, ut locum illum obsideret, atque ante omnia caperet. Quippe maximi æstimabant, si recipere ab Aetolis Ambraciam possent: quod quidem nulla ratione fieri posse sperabatur, nisi, loco hoc, quem diximus, prius potiti, urbi illi infesti imminerent. Est enim *Ambracus* locus probe munitus cum castellis pro mœnibus, tum muris ipsis. Situs est in mediis paludibus, aditumque a circumjacente regione unum habet, eumque angustum & ex aggesta terra manu factum: imminet autem opportune ad nocendum qua regioni Ambraciotarum, qua urbi. Igitur *Philippus*, Epirotarum suasu, positis ante *Ambracum* castris, necessaria ad obsidionem parabat.

62. At *Scopas* per idem tempus, Aetolorum copias universas secum trahens, instituto per Thessaliam itinere, in Macedoniam fecit impressionem: ubi per planitiem,

Ol.140.1. τὸ πεδίον ἐπιπορευόμενος τὸ κατὰ τὴν Πιερίαν, ἔφθειρε· καὶ λείας περιβαλόμενος πλῆθος ἐπανῆγε, ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὸ Δῖον. ἐκλιπόντων 2

Dium devastat.

δὲ τῶν κατοικούντων τὸν τόπον, εἰσελθὼν, τὰ τείχη κατέσκαψε καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὸ γυμνάσιον· πρὸς δὲ τούτοις, ἐνέπρησε τὰς στοὰς τὰς περὶ τὸ τέμενος, καὶ τὰ λοιπὰ διέφθειρε τῶν ἀναθημάτων, ὅσα πρὸς κόσμον ἢ χρείαν ὑπῆρχε τοῖς εἰς τὰς πανηγύρεις συμπορευομένοις· ἀνέτρεψε δὲ καὶ τὰς εἰκόνας τῶν βασιλέων ἁπάσας. Οὗτος μὲν οὖν, εὐ- 3
θέως κατὰ τὴν ἔνστασιν τοῦ πολέμου καὶ τὴν πρώτην πρᾶξιν, οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς πόλεμον ἐξενηνοχὼς, ἐπανῄει. καὶ παραγενό- 4
μενος εἰς Αἰτωλίαν, οὐχ ὡς ἠσεβηκὼς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς ἀνὴρ εἰς τὰ κοινὰ πράγματα γεγονὼς, ἐτιμᾶτο καὶ

LXII. 1. τὸ πεδίον ἐπιπορ. τὸ κατὰ. *Sic ex Casauboni conject. scripsi.* τὸν τέριον ἐπιπορ. τὸν κατὰ *dant Bav. Aug. Reg. A. B. C & sic editur vulgo; asteriscum autem interposuit Casaub.* τό τε Ῥίον ἐπιπ. τὸ *suspicatus erat Vrsinus:* τὸ Κιέριον *Gronov.* τὸν Πηνειὸν *Reisk.* τὸν τέριτον *dant Vat. & Flor. quod ex* τὸν θερισμὸν *corruptum videri potest.*

tiem, quæ in *Pieria* eſt, vagans impune, omnia vaſtavit: prædaque ex iis locis facta non mediocri, *Dium* iter avertit. Vrbem ab incolis derelictam ingreſſus, muros & domos & gymnaſium ſolo æquat; porticus ad hæc circa fanum incendit; cetera omnia donaria corrumpit, quæ vel ornatus cauſſa eo loci poſita erant, vel ad uſus eorum qui ad ſolennium celebrationem undique illuc conſueverant convenire: regum denique imagines omnes ſubvertit. Atque hic, qui in ipſo ſtatim belli principio & prima expeditione, non ſolum hominibus, verum etiam diis, bellum intulerat; poſtquam in Aetoliam eſt reverſus, non pro impio & conſcelerato eſt habitus; ſed, tamquam vir fortis beneque de communi re meritus, magno honore eſt exceptus, omnium-

καὶ περιεβλέπετο, πλήρεις ἐλπίδων καινῶν καὶ φρο- A.V. 535.
5νήματος ἀλόγου πεποιηκὼς τοὺς Αἰτωλούς. ἔσχον Pleni arrogantiæ Aetoli.
γὰρ ἐκ τούτων διάληψιν, ὡς τῆς μὲν Αἰτωλίας οὐδ᾽ ἐγγίζειν τολμήσοντος οὐδενός· αὐτοὶ δὲ πορθήσοντες ἀδεῶς οὐ μόνον τὴν Πελοπόννησον, καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τὴν Θετταλίαν καὶ τὴν Μακεδονίαν.

Φίλιππος δὲ, τὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀκούσας, LXIII. Philippus Ambracum capit.
καὶ παραχρῆμα τῆς Ἠπειρωτῶν ἀγνοίας καὶ φιλονεικίας τἀπίχειρα κεκομισμένος, ἐπολιόρκει τὸν Ἄμ-
2βρακον. χρησάμενος δὲ τοῖς τε χώμασιν ἐνεργῶς, καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ, ταχέως κατεπλήξατο τοὺς ἐνόντας, καὶ παρέλαβε τὸ χωρίον ἐν ἡμέραις
3τετταράκοντα ταῖς πάσαις. ἀφεὶς δὲ τοὺς φυλάττοντας ὑποσπόνδους, ὄντας εἰς πεντακοσίους Αἰτωλῶν· τὴν μὲν τῶν Ἠπειρωτῶν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε,
4παραδοὺς τὸν Ἄμβρακον· αὐτὸς δ᾽, ἀναλαβὼν τὴν

δυνα-

4. καινῶν. *Plerique libri* κενῶν. Ibid. ἀλόγου *ex conject. posui cum Reiske. Vulgo omnes* λόγῳ. 5. τῆς μὲν Αἰτωλίας. *Alii vulgo* τοῖς μὲν Αἰτωλοῖς.

omniumque ora in se convertit: quum novorum successuum spe & vana arrogantia animos Aetolorum complevisset. Quippe jam ita ipsi secum cogitabant: Aetoliæ quidem ausurum neminem vel appropinquare; se vero non Peloponnesum dumtaxat, quod solenne jam pridem ipsis erat, sed etiam Thessaliam ac Macedoniam, sine timore populaturos.

63. *Philippus* vero, auditis quæ in Macedonia gesta fuerant, quum perversitati & aviditati Epirotarum debitas pœnas statim ipse luisset, *Ambracum* obsidebat: & partim aggeribus excitandis, partim reliquo apparatu naviter utendo, territis mox qui intus erant, intra dies quadraginta locum deditione cepit. Præsidio, quod erat Aetolorum quingentorum, post datam fidem dimisso, *Ambracum* Epirotis tradidit, atque ita cupiditatem eorum explevit. Ipse propter

Ol.140.1. δύναμιν, προῆγε παρὰ Χαράδραν, σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον· ὅς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον. Ὁ γὰρ προειρημένος κόλπος, ἐκπί- 5 πτει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους μεταξὺ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Ἀκαρνανίας, στενῷ παντελῶς στόματι· λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων. προβαί- 6 νων δ' εἰς τὴν μεσόγαιαν, κατὰ μὲν τὸ πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια κεῖται, κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τοῦ πελάγους προπίπτει περὶ τριακόσια στάδια· διορίζει δὲ τὴν Ἤπειρον καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν, ἔχων τὴν μὲν Ἤπειρον ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τὴν δ' Ἀκαρνανίαν ἀπὸ μεσημβρίας. Περαιώσας δὲ κατὰ τὸ 7 προειρημένον στόμα τὴν δύναμιν, καὶ διελθὼν τὴν Ἀκαρνανίαν, ἧκε τῆς Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλουμένην πόλιν Φοιτείας· συμπαρειληφὼς Ἀκαρνάνων μὲν πεζοὺς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. περιστρα- 8 τοπε-

Sinus Ambracicus.

Aetoliam invadit Philippus.

LXIII. 4. στενώτ. στενότ. *Aug. Reg. A.* 6. προπίπτει *ex conject. Gronovii & Reiskii recepi, cum* προσπίπτει *darent omnes.* 7. Φοιτείας. Φοιτίας *Vat. ſicut Steph. Byz.* Φυτίαν *Flor.*

propter *Charadram* cum exercitu ire pergit, ad trajiciendum ſinum Ambracicum properans; qui juxta fanum Acarnanum quod *Actium* dicitur, eſt arctiſſimus. *Sinus* enim *Ambracicus* e mari Siculo terras irrumpit inter Epirum & Acarnaniam, ore admodum anguſto: quinque enim ſtadiorum non eſt. Provectus vero in mediterranea, latitudinem obtinet ſtadiorum centum; in longum porrigitur a mari Siculo ſtadia trecenta. Epirum ab Acarnania ſeparat, hanc quidem a Septemtrione, illam vero habens a meridie. Igitur per os illud, quod diximus, exercitu transmiſſo, tum per Acarnaniam traducto, ad Aetoliæ urbem *Phœtias* venit: aſſumtis in tranſitu Acarnanum peditum duobus millibus, equitibus ducentis.

τοπεδεύσας δὲ τὴν προειρημένην πόλιν, καὶ προσβο- A.V.535. Phœtias capit.
λὰς ἐνεργοὺς καὶ καταπληκτικὰς ἐπὶ δύο ἡμέρας
ποιησάμενος, παρέλαβε καθ' ὁμολογίαν, ἀφεὶς
9 ὑποσπόνδους τοὺς ὄντας τῶν Αἰτωλῶν. τῆς δ' ἐπιού-
σης νυκτὸς, ὡς ἔτι μενούσης ἀναλώτου τῆς πόλεως,
ἧκον βοηθοῦντες πεντακόσιοι τῶν Αἰτωλῶν. ὧν τὴν
παρουσίαν προαισθανόμενος ὁ βασιλεὺς, καθεὶς ἐπί
τινας τόπους εὐκαίρους ἐνέδρας, τοὺς μὲν πλείους
αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ὑποχειρίους ἔλα-
10 βε, πλὴν τελέως ὀλίγων. Μετὰ δὲ ταῦτα σιτομε-
τρήσας εἰς τριάκονθ' ἡμέρας τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ πε-
ρικαταληφθέντος σίτου (πολὺ γὰρ πλῆθος ἐν ταῖς
Φοιτείαις εὑρέθη συνηθροισμένον) προῆγε τὴν δύνα-
μιν, ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς τὴν Στρατικήν.
11 ἀποσχὼν δὲ τῆς πόλεως περὶ δέκα στάδια, κατε- Castra ad Acheloum, prope Stratum.
στρατοπέδευσε περὶ τὸν Ἀχελῷον ποταμόν. ὁρμώ-
μενος

K 3

8. τοὺς ὄντας. *Forſ.* τοὺς ἐνόντας *vel* ἔνδον ὄντας. 9. προαισθανόμενος. προαισθόμενος *Flor.* 10. περικαταληφθ. *ex conject. adjeci. Vulgo omnes* περικαταλειφθ. Ibid. Φοιτείαις. Φυτέαις *h. l. Vat.* Ibid. Στρατικήν. *Mendoſe h. l. ſcripti omnes* στρατηγικήν.

centis. Poſitis autem circa dictam urbem caſtris, poſtquam per biduum illam variis aſſultibus acriter & terribiliter tentaſſet, deditione mox ſibi traditam accepit; &, data fide, eos qui intus erant Aetolos dimiſit. Inſecuta nocte, quaſi nondum capta urbs eſſet, ſuppetias venerunt Aetoli quingenti. Quorum adventum quum rex præſenſiſſet, opportunis quibusdam locis inſeſſis, pleroſque eorum occidit: reliquos, exceptis oppido paucis, vivos cepit. Deinde triginta dierum annonam exercitui demenſus, ex eo frumento quod ingenti copia *Phœtiis* deprehenſum in horreis fuerat, perrexit ire, verſus *Straticam* agmen ducens. Vbi ad ſtadia decem urbi appropinquaſſet, circa amnem *Acheloum* caſtra fecit:

Ol.140.1. μενος δ' ἐντεῦθεν, ἀδεῶς ἐπόρθει τὴν χώραν, οὐδενὸς ἐπεξιέναι τολμῶντος τῶν ὑπεναντίων.

LXIV. Legati Achæorum ad Philippum in Acarnaniam.

LXIV. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους, πιεζόμενοι τῷ πολέμῳ, τὸν δὲ βασιλέα πυνθανόμενοι
σύνεγγυς εἶναι, πέμπουσι πρέσβεις, ἀξιοῦντες βοη-
θεῖν. οἱ καὶ συμμίξαντες ἔτι περὶ Στράτον ὄντι Φι- 2
λίππῳ, τά τε λοιπὰ διελέγοντο κατὰ τὰς ἐντολάς· καὶ τὰς ὠφελείας ὑποδεικνύντες τῷ στρατοπέδῳ τὰς ἐκ τῆς πολεμίας, ἔπειθον αὐτὸν διαβάν-
τα τὸ Ῥίον, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἠλείαν. Ὧν ὁ βα- 3
σιλεὺς διακούσας, τοὺς μὲν πρεσβευτὰς παρακατέσχε, φήσας βουλεύσασθαι περὶ τῶν παρακαλουμένων· αὐτὸς δ' ἀναζεύξας προῆγε, ποιούμενος τὴν
πορείαν ὡς ἐπὶ Μητροπόλεως καὶ Κωνώπης. Οἱ δ' 4
Αἰτωλοὶ τὴν μὲν ἄκραν τῆς Μητροπόλεως κατεῖχον, τὴν δὲ πόλιν ἐξέλιπον. ὁ δὲ Φίλιππος, ἐμπρήσας τὴν

Metropolis.

LXIV. 2. ὄντι τῷ Φιλίππῳ *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 3. βουλεύσασθαι *dant libri omnes, quod Casaub. cum Ursino in* βουλεύσεσθαι *mutavit.* Ibid. *Vulgo* βουλεύσ. καὶ περὶ. *Delevi conjunct. cum Bav.*

cit: unde proficiscens assidue, agros impune populabatur, nemine hostium contra progredi audente.

64. Eo tempore *Achæi*, belli incommodis oppressi, audito non procul regem Philippum abesse, missis legatis, auxilium ab eo petunt. Hærebat adhuc *Philippus* ad *Stratum*, quando illum legati convenerunt: qui cum alia, quæ in mandatis acceperant, cum eo sunt locuti; tum etiam exposita ubertate prædæ quæ in hostium ditione parata esset exercitui, suaserunt illi, *ut trajectis Rhium copiis in Eleam faceret impressionem.* Rex, his auditis, legatos quidem secum detinuit, deque postulatis ipsorum se deliberaturum dixit: ceterum motis castris ad Metropolin & Conopen ducit. Arcem *Metropoleos* tenebant Aetoli, urbem deseruerant. Philippus, Metro-

τὴν Μητρόπολιν, προῄει κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ τὴν A.V. 535.
5 Κωνώπην. τῶν δ' Αἰτωλῶν ἱππέων ἀθροισθέντων, Conope.
καὶ τολμησάντων ἀπαντᾶν πρὸς τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, ἣ κεῖται πρὸ τῆς πόλεως, εἴκοσι στάδια διέχουσα· καὶ πεπεισμένων, ἢ κωλύειν τελείως, ἢ κακοποιήσειν πολλὰ τοὺς Μακεδόνας περὶ τὴν ἔκβασιν· συννοήσας αὐτῶν τὴν ἐπιβολὴν ὁ βασιλεὺς, παρήγγειλε τοῖς πελτασταῖς, πρώτοις ἐμβαλεῖν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ ποιεῖσθαι τὴν ἔκβασιν ἀθρόους
7 κατὰ τάγμα συνησπικότας. τῶν δὲ πειθαρχούντων, ἅμα τῷ τὴν πρώτην διαβῆναι σημαίαν, βραχέα ταύτης καταπειράσαντες οἱ τῶν Αἰτωλῶν ἱππεῖς, ἐν τῷ ταύτην τε μεῖναι συνασπίσασαν, καὶ τὴν δευτέραν καὶ τρίτην διαβαινούσας συμφράττειν τοῖς ὅπλοις πρὸς τὴν ὑφεστῶσαν· ἀπραγοῦντες καὶ δυσχερήστως ἀπαλλάττοντες, ἀπεχώρουν πρὸς τὴν πόλιν.

5. κωλύειν. κωλύσειν *Casaub. cum Vrsin. & Reg. B. C.*

Metropoli cremata, ad *Conopen* iter continuat. Quum autem equites *Aetoli* in unum convenissent, & ad fluminis transitum (qui locus stadia viginti ab urbe distat,) occurrere illi ausi essent; sperantes, se vel transitu hostem omnino prohibituros, vel certe transeuntium agmen male prorsus habituros: rex, cognito eorum consilio, cetratos in amnem primos jubet ingredi, & ut per manipulos in testudines conglobati fluvio exirent. Quod quum hi fecissent, simul ac prima trajecit manus, equites *Aetolorum*, levi praelio cum iis habito; ubi & hanc densatis scutis subsistere, & secundam tertiamque transire, & ed eam quae jam firma stabat se adjungere, pariterque nexa scutorum compage se protegere, vident; quia adeo nihil efficere poterant, ut admodum ipsi laborarent, in urbem se recipiunt. Ac jam de cetero,

Ol.140.1. λιν. καὶ λοιπὸν ἤδη τὸ μὲν Αἰτωλῶν φρόνημα, συμ- 8
πεφευγὸς εἰς τὰς πόλεις, ἦγε τὴν ἡσυχίαν. Ὁ δὲ 9
Φίλιππος ἐπιδιαβὰς τῷ στρατεύματι, καὶ πορθή-
Ithoria. σας ἀδεῶς καὶ ταύτην * * Ἰθωρίαν. τοῦτο δ' ἔστι
χωρίον, ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς παρόδου κυρίως, ὀχυ-
ρότητι δὲ φυσικῇ καὶ χειροποιήτῳ διαφέρει. συνεγ- 10
γίζοντος δ' αὐτοῦ, καταπλαγέντες οἱ φυλάττοντες
ἐξέλιπον τὸν τόπον· ὁ δὲ βασιλεὺς, κυριεύσας τοῦ
τόπου, εἰς ἔδαφος καθεῖλε. παραπλησίως δὲ καὶ 11
τοὺς λοιποὺς πύργους τοὺς κατὰ τὴν χώραν ἐπέ-
ταξε τοῖς προνομεύουσι καταφέρειν.

LXV. Διελθὼν δὲ τὰ στενὰ, τὸ λοιπὸν ἤδη βάδην καὶ πρᾳεῖαν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, ἀναστροφὴν διδοὺς τῇ δυνάμει πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς χώρας ὠφελείας.
γέμοντος δὲ τοῦ στρατοπέδου πάντων τῶν ἐπιτη- 2
δείων,

8. καὶ λοιπὸν. καὶ τὸ λοιπὸν *Vat. Flor. Urſ.* Ibid. τὸ μὲν τῶν Αἰτωλῶν *Flor. Aug. Reg. A.* 9. καὶ ταύτην Ἰθωρίαν *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* καὶ τὴν Ἰθωρίαν *Bav. Lacuna his fere verbis, auctore Caſaubono, ſupplenda:* καὶ ταύτην τὴν χώραν, ἧκεν εἰς τὴν Ἰθωρίαν.

LXV. 2. γέμοντος δὲ τοῦ στρατοπέδου. *Sic ex conject. correxi, cum in Vat. Flor. Aug. Reg. A. eſſet* γενόμενος δὲ τοῦ στρατοπέδου, *pro quo vulgo ex Bav. editum erat* γενομένων δὲ τῷ στρατοπέδῳ.

ro, ferox ille animus Aetolorum intra mœnia compulſus, ſe continuit. *Philippus* deinde, reliquo exercitu trajecto, agrum impune depopulatus, *Ithoriam* usque accedit: qui locus cum natura tum arte munitiſſimus, in ipſa eſt via, per quam neceſſario tranſitur. Appropinquante rege, præſidiarii milites metu perculſi ſtationem deſerunt. Rex loco potitus, ſolo æquavit: ſimulque populatoribus imperavit, ut ceteras omnes arces, quæ in ea regione eſſent, pariter dejicerent.

65. Superatis autem anguſtiis, lento deinde gradu ac leniter procedebat, otiumque militi dabat prædas ex illa regione convectandi. Deinde, quum jam rebus omnibus abundaret exercitus,

3 ϑείων, ἧκε πρὸς τοὺς Οἰνιάδας. καταστρατοπεδεύ- A.V. 535.
σας δὲ πρὸς τὸ Παιάνιον, τοῦτο πρῶτον ἐξελεῖν Pæanium
ἔκρινε· ποιησάμενος δὲ προσβολὰς συνεχεῖς, εἷλεν
αὐτὸ κατὰ κράτος, πόλιν κατὰ μὲν τὸν περίβολον,
οὐ μεγάλην· ἐλάττων γὰρ ἦν ἑπτὰ σταδίων· κατὰ
δὲ τὴν σύμπασαν κατασκευὴν οἰκιῶν καὶ τειχῶν καὶ
4 πύργων, οὐδ᾽ ὁποίας ἥττων. ταύτης δὲ τὸ μὲν τεῖ-
χος κατέσκαψε πᾶν εἰς ἔδαφος· τὰς δ᾽ οἰκήσεις
διαλύων, τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας
καθήρμοζε τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς
5 τοὺς Οἰνιάδας. Οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπε- & Oeniadas capit Philippus,
βάλοντο διατηρεῖν τὴν ἄκραν τὴν ἐν τοῖς Οἰνιάδαις,
ἀσφαλισάμενοι τείχεσι καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ·
συνεγγίζοντος δὲ τοῦ Φιλίππου, καταπλαγέντες, ἐξε-
6 χώρησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, παραλαβὼν καὶ ταύ-
την τὴν πόλιν, ἐξαυτῆς προελθὼν, κατεστρατοπέ-

2. *τοὺς Οἰνιάδας Ἀχαιοὺς edd. ex Bav. τοὺς Ἀχαιοὺς Οἰνιάδας Vat. Flor. Aug. Reg. A. Delevi importunum vocab. quod ex verbis ἐπ᾽ Ἀχελῴῳ corruptum suspicari possis cum Reiskio.* 3. *Παιάνιον. Παγόνιον Vat. Flor. nempe Παιόνιον debuerant.* 4. *Post καθήρμοζε excidit puto καὶ κατῆγε vel aliquid simile.*

tus, ad *Oeniadas* oppidum duxit: castrisque ad *Pæanium* communitis, id primum statuit expugnare; ac mox, continuis usus invasionibus, per vim cepit: urbem ambitu non magnam; minor enim est stadiorum septem; ceterum, quæ apparatu omni ædium, mœnium, turrium, nulli prorsus cederet. Hujus mœnia undique solo æquavit: domos vero demoliens, materiam & tegulas cum cura impositas ratibus Oeniadas per amnem devexit. Aetoli principio arcem, quæ *Oeniadis* erat, tueri constituerant, muris ceteroque apparatu firmatam: sed, ubi *Philippus* propius accessit, præ formidine locum deseruerunt. Rex, hac quoque potitus urbe, castra continuo promovet ad locum agri

Ol.140.1. δευσε τῆς Καλυδωνίας πρός τι χωρίον ὀχυρὸν, ὃ καλεῖται μὲν Ἔλαιος, ἠσφάλισται δὲ τείχεσι καὶ ταῖς λοιπαῖς παρασκευαῖς διαφερόντως· Ἀττάλου τὴν περὶ αὐτὸ κατασκευὴν ἀναδεξαμένου τοῖς Αἰτωλοῖς.

& Elæum Calydoniæ.

7 γενόμενοι δὲ καὶ τούτου κύριοι κατὰ κράτος οἱ Μακεδόνες, καὶ πᾶσαν κατασύραντες τὴν Καλυδωνίαν, ἧκον πάλιν εἰς τοὺς Οἰνιάδας. 8 Ὁ δὲ Φίλιππος συνθεασάμενος τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρός τε τἄλλα, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς εἰς Πελοπόννησον διαβάσεις, ἐπεβάλετο τειχίζειν τὴν πόλιν. 9 τοὺς γὰρ Οἰνιάδας κεῖσθαι συμβαίνει παρὰ θάλατταν, ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς Ἀκαρνανίας, τῷ πρὸς Αἰτωλοὺς συνάπτοντι περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου. 10 τῆς δὲ Πελοποννήσου τέτακται μὲν ἡ πόλις καταντικρὺ τῆς παραλίας τῆς τῶν Δυμαίων· ἔγγιστα δ᾽ αὐτῆς ὑπάρχει τοῖς κατὰ τὸν Ἄραξον τόποις· ἀπέχει γὰρ οὐ πλεῖον ἑκατὸν σταδίων. 11 Εἰς ἃ βλέψας, τήν τε ἄκραν καθ᾽ αὑτὴν ἠσφαλίσατο, καὶ τῷ λιμένι

Oeniadas opp. munit Philippus.

8. *μάλιστα πρὸς τάς.* ***Omittunt h. l. præpositionem editi cum Bav. & Regiis.***

Calydonii, qui *Elæus* dicitur, & mœnibus egregie munitum, & ceteris rebus omnibus necessariis; quippe Attalus omnem apparatum muniendæ huic urbi suppeditaverat Aetolis. Hac quoque per vim in potestatem redacta, Macedones *Calydoniorum* fines agunt feruntque, deinde retro *Oeniadas* repetunt. *Philippus*, animadversa opportunitate loci, tum ad alia, tum ad trajiciendum in Peloponnesum, muris urbem cingere constituit. Oeniadarum enim oppidum ad mare situm est, in ultima parte Acarnaniæ, qua Aetolos contingit, circa principium sinus Corinthiaci. Habet oppositam sibi in Peloponneso oram Dymæorum; proximeque abest a vicinis Araxo locis: sunt enim interjecta stadia non amplius centum. Propterea *Philippus* & arcem per se valide muni-

μένι καὶ τοῖς νεωρίοις ὁμοῦ τεῖχος περιβαλὼν, ἐνε- A.V.535.
χείρει συνάψαι πρὸς τὴν ἄκραν, χρώμενος εἰς τὴν
οἰκονομίαν ταῖς ἐκ τοῦ Παιανίου παρασκευαῖς.

Ἔτι δὲ περὶ ταῦτα γιγνομένου τοῦ βασιλέως, LXVI. In Macedoniam redit Philippus.
παρῆν ἐκ Μακεδονίας ἄγγελος, διασαφῶν· ὅτι συμ-
βαίνει, τοὺς Δαρδανεῖς, ὑπονενοηκότας τὴν εἰς Πε-
λοπόννησον αὐτοῦ στρατείαν, ἀθροίζειν δυνάμεις,
καὶ παρασκευὴν ποιεῖσθαι μεγάλην, κεκρικότας ἐμ-
2 βαλεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν. ἀκούσας δὲ ταῦτα, καὶ
νομίσας ἀναγκαῖον εἶναι βοηθεῖν κατὰ τάχος τῇ
Μακεδονίᾳ· τοὺς μὲν παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις
ἀπέστειλε, δοὺς ἀπόκρισιν, ὅτι, τοῖς προσηγγελμέ-
νοις ἐπαρκέσας, οὐδὲν προυργιαίτερον ποιήσεται με-
3 τὰ ταῦτα, τοῦ βοηθεῖν σφίσι κατὰ δύναμιν. αὐτὸς
δ᾽ ἀναζεύξας, μετὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν ἐπάνοδον,
4 ᾗπερ καὶ τὴν παρουσίαν ἐπεποίητο. Μέλλοντος δὲ
αὐτοῦ

11. εἰς τὴν οἰκονομίαν. πρὸς τὴν *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* οἰκοδομίαν *pro* οἰκονομίαν *maluit Reisk.*
LXVI. 2. προσηγγελμ. *Alii vulgo* προηγγελμ. Ibid. κατὰ δύναμιν. κατὰ τὴν δύναμιν *Aug. Reg. A.*

munivit; & portui ac navalibus muro circumdato, arci illa conjungere cogitabat: usus in eam rem iis copiis, quas Pæanio avexerat.

66. Dum in his rex erat, ecce a *Macedonia* nuncium, qui diceret, *Dardanios*, suspicantes regem parare expeditionem in Peloponnesum, decrevisse Macedoniam invadere; in eamque rem exercitum conscribere, & magnos apparatus facere. Quo nuncio accepto, *Philippus*, quum oportere omnino judicaret Macedoniæ quam primum auxiliatum ire, legatos Achæorum cum hoc responso domum remisit: *simul iis providisset, quæ modo nunciata fuerant, nihil postmodo antiquius sibi futurum, quam ut pro virili opem ipsis ferat.* Deinde, motis castris, eadem qua venerat magnis itineribus retrogreditur. Cum inibi esset,

Ol.140.1. Ad eum venit Demetrius Pharius.

αὐτοῦ διαβαίνειν τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον ἐξ Ἀκαρ-
νανίας εἰς Ἤπειρον, παρῆν ἐφ᾽ ἑνὸς λέμβου Δημή-
τριος ὁ Φάριος, ἐκπεπτωκὼς ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκ τῆς
Ἰλλυρίδος· ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἡμῖν δεδήλω-
ται. τοῦτον μὲν οὖν ὁ Φίλιππος ἀποδεξάμενος φιλ- 5
ανθρώπως, ἐκέλευσε πλεῖν ὡς ἐπὶ Κόρινθον, κἀκεῖ-
θεν ἥκειν διὰ Θετταλίας εἰς Μακεδονίαν· αὐτὸς δὲ
διαβὰς εἰς τὴν Ἤπειρον, προῆγε κατὰ τὸ συνεχὲς
εἰς τὸ πρόσθεν. Παραγενομένου δ᾽ αὐτοῦ τῆς Μα- 6
κεδονίας εἰς Πέλλαν, ἀκούσαντες οἱ Δαρδάνιοι παρὰ
Θρᾳκῶν τινων αὐτομόλων τὴν παρουσίαν τοῦ Φιλίπ-
που, καταπλαγέντες, παραχρῆμα διέλυσαν τὴν
στρατιὰν, καίπερ ἤδη σύνεγγυς ὄντες τῆς Μακεδο-
νίας. Φίλιππος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Δαρδανέων 7
μετάνοιαν, τοὺς μὲν Μακεδόνας διαφῆκε πάντας
ἐπὶ τὴν τῆς ὀπώρας συγκομιδήν· αὐτὸς δὲ, πορευ-
θεὶς εἰς Θετταλίαν, τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ θέρους ἐν
Λαρίσσῃ

5. ὁ Φίλιππος. *Abest artic. a Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 7. Δαρδανέων. Δαρδανίων *Casaub. invitis libris.*

esset, ut trajecto sinu Ambracico ex Acarnania in Epirum ingrederetur, adfuit illi *Demetrius Pharius*, qui ex Illyrico a Romanis ejectus (sicut ante narravimus) cum unico lembo advenerat. Hunc rex benigne acceptum, petere Corinthum jubet, atque inde per Thessaliam in Macedoniam ad se venire. Ipse, Epirum emensus, continuis itineribus pergebat. Qui ut ad *Pellam*, Macedoniæ urbem, pervenit; *Dardanii*, cognito per Thraces quosdam transfugas ejus reditu, re inopinata perterriti, etsi non longe a Macedoniæ finibus aberant, exercitum tamen protinus dimiserunt. *Philippus*, postquam Dardanios consilium sensit mutasse, omnibus Macedonibus ad fruges fructusque ex agris comportandos missionem dedit: ipse in Thessaliam se contulit, reliquum

8 Λαρίσσῃ διῆγε. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, Αἰμί- A.V. 535.
λιος ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος εἰσῆγε λαμπρῶς εἰς τὴν Ῥώ- Synchronismus.
μην τὸν θρίαμβον· Ἀννίβας δὲ, Ζάκανθαν ᾑρηκὼς
κατὰ κράτος, διέλυσε τὰς δυνάμεις εἰς παραχει-
9 μασίαν· Ῥωμαῖοι δὲ, προσπεσούσης αὐτοῖς τῆς Ζα-
κανθαίων ἁλώσεως, πρεσβευτὰς ἔπεμπον ἐξαιτή-
σοντας Ἀννίβαν παρὰ Καρχηδονίων, ἅμα δὲ πρὸς
τὸν πόλεμον παρεσκευάζοντο, καταστήσαντες ὑπά-
τους Πόπλιον Κορνήλιον, καὶ Τιβέριον Σεμπρώνιον.
10 ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ μὲν κατὰ μέρος ἐν τῇ προτέρᾳ
βίβλῳ δεδηλώκαμεν· νῦν δ' ἀναμνήσεως χάριν αὐ-
τὰ προηνεγκάμεθα, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαγγε-
λίαν, ἵνα γινώσκηται τὰ κατάλληλα τῶν πραγμά-
11 των. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔτος ἔληγε τῆς ὑποκειμέ-
νης Ὀλυμπιάδος.

Παρὰ δὲ τοῖς Αἰτωλοῖς ἤδη τῶν ἀρχαιρεσίων καθηκόντων, στρατηγὸς ᾑρέθη Δορίμαχος· ὃς παραυτίκα,

LXVII. Dorimachus, præt. Aetolorum, Epirum populatur.

8. Ζάκανθαν. Ζάκανθον *h. l. edd. cum Bav. & Regiis.* 9. ἐξαιτήσοντας. *Vulgo alii* αἰτήσοντας.

quum æftatis *Lariffæ* acturus. Eodem tempore *Paulus Aemilius* triumphum ex Illyrico magnificum reportavit: & *Hannibal*, poft expugnatam magna vi Saguntum, in hibernis exercitum collocavit: Romani vero, de capta urbe Sagunto facti certiores, legatos ad Carthaginienfes miferunt, qui dedi fibi Hannibalem depofcerent; ipfique interim nihilo fegnius ad bellum fe parabant, creatis confulibus *Pub. Cornelio Scipione*, & *Tib. Sempronio*. De quibus rebus quum figillatim libro fuperiore dixerimus; nunc refricandæ dumtaxat memoriæ gratia, ficut antea promifimus, eorum meminimus: ut eo melius, quæ res geftæ in idem tempus incidant, cognofcatur. Tum autem *Olympiadis centefimæ quadragefimæ primus annus* definebat.

67. Iam *Aetoli*, appetente comitiorum tempore, prætorem *Dorimachum* creaverunt: qui, fimul ac magiftratum

Ol.140.1. αὐτίκα, τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς
ἀθροίσας μετὰ τῶν ὅπλων, ἐνέβαλεν εἰς τοὺς ἄνω
τόπους τῆς Ἠπείρου, καὶ τὴν χώραν ἐδῄου, θυμι-
κώτερον χρώμενος τῇ καταφθορᾷ. τὸ γὰρ πλεῖον 2
οὐ τῆς σφετέρας ὠφελείας, ἀλλὰ τῆς τῶν Ἠπειρω-
τῶν βλάβης χάριν ἕκαστα συνετέλει. Παραγενό- 3
μενος δὲ πρὸς τὸ περὶ Δωδώνην ἱερὸν, τάς τε στοὰς
ἐνέπρησε, καὶ πολλὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρε,
κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἱερὰν οἰκίαν· ὥστε μήτ' εἰρή- 4
νης ὅρον, μήτε πολέμου, πρὸς Αἰτωλοὺς ὑπάρχειν,
ἀλλ' ἐν ἀμφοτέραις ταῖς περιστάσεσι παρὰ τὰ κοι-
νὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη καὶ νόμιμα χρῆσθαι ταῖς ἐπι-
βολαῖς. οὗτος μὲν οὖν, ταῦτα καὶ τοιαῦτα διαπρα- 5
Philippus Corinthum venit. ξάμενος, ἐπανῆγεν αὖθις εἰς τὴν οἰκείαν. Τοῦ δὲ 6
χειμῶνος ἔτι προβαίνοντος, καὶ πάντων ἀπηλπικό-
Ol.140.2. τῶν τὴν παρουσίαν τοῦ Φιλίππου διὰ τὸν καιρὸν,
A.V.536. ἀναλαβὼν ὁ βασιλεὺς χαλκάσπιδας μὲν τρισχι-
λίους,

LXVII. 3. *περὶ Δωδώνην. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. περὶ Δωδώνῃ editiones vett. ex Bav. quod Casaubonus cum Reg. B. in παρὰ Δωδώνῃ mutavit.* 5. *καὶ τοιαῦτα. καὶ τὰ τοιαῦτα Aug.*

ſtratum iniit, juſſos convenire in armis Aetolos, in ſuperiorem *Epiri* partem duxit, eamque regionem omni clade belli affecit, agrorum vaſtationi animoſius indulgens: ut qui non tam compendii ſui ſtudio id faceret, quam ut Epirotis noceret. Ad *Dodonæum fanum* ut venit, & porticus cremavit, & donaria multa corrupit: ipſam denique ſacram ædem funditus evertit. Quippe *Aetoli* neque pacis neque belli leges norunt: ſed utroque tempore, contra jus gentium & omnium hominum inſtituta, quidvis facere audent. Ac *Dorimachus* quidem, talibus tantisque facinoribus admiſſis, domum ad ſuos revertit. *Philippus* vero, adulta jam hieme, cum nemo amplius propter anni tempus de ejus reditu ſpem ullam haberet, tribus millibus eorum militum aſſumtis, qui ab æneis clypeis quos geſtant *chalcaſpides* dicuntur,

λίους, πελταστὰς δὲ δισχιλίους, καὶ Κρῆτας τρια- A.V. 536.
κοσίους, πρὸς δὲ τούτοις ἱππεῖς τοὺς περὶ τὴν αὐ-
7 λὴν εἰς τετρακοσίους, προῆγεν ἀπὸ Λαρίσσης· καὶ
διαβιβάσας τούτους ἐκ Θετταλίας εἰς Εὔβοιαν, κἀ-
κεῖθεν εἰς Κῦνον, ἧκε διὰ τῆς Βοιωτίας καὶ Μεγαρί-
δος εἰς Κόρινθον περὶ τροπὰς χειμερινάς· ἐνεργὸν
καὶ λαθραίαν πεποιημένος τὴν παρουσίαν οὕτως,
ὥστε μηδένα Πελοποννησίων ὑπονοῆσαι τὸ γεγονός.
8 Κλείσας δὲ τὰς πύλας τοῦ Κορίνθου, καὶ διαλαβὼν
τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς, τῇ κατὰ πόδας Ἄρατον μὲν
τὸν πρεσβύτερον ὡς αὐτὸν ἐκ τοῦ Σικυῶνος μετε-
πέμπετο, γράμματά τε πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν
Ἀχαιῶν καὶ πρὸς τὰς πόλεις ἐξαπέστελλεν· ἐν οἷς Achæos armatos convocat.
διεσάφει, πότε καὶ ποῦ δεήσει συναντᾷν πάντας ἐν
9 τοῖς ὅπλοις. ταῦτα δὲ οἰκονομήσας, ἀνέζευξε· καὶ
προελθὼν, κατεστρατοπέδευσε τῆς Φλιασίας περὶ
τὸ Διοσκούριον.

Κατὰ

7. *Μεγαρίδος. Μεγαρίτιδος Aug.* 8. *τοῦ Κορίνθου. Vulgo τῆς Κορ.* Ibid. *Verba ὡς αὐτὸν ignorat Bav.* Ibid. *δεήσει Vat. Flor. Ceteri mendose δέει, quod Casaub. cum Reg. B. in δέοι mutavit.*

tur, cetratis bis mille, Cretensibus trecentis, cum aulico suo equitatu quadringentorum fere equitum, Larissa proficiscitur: & trajectis copiis e Thessalia in Eubœam, inde Cynum, per Bœotiæ & Megaridis fines *Corinthum* circa brumam venit: ita contento & occulto itinere usus, ut ne suspicio quidem ejus rei ulla Peloponnesiis suboleret. Corinthi portis clausis, & dispositis per vias custodibus, postridie ejus diei *Aratum* seniorem Sicyone arcessit: datisque literis ad prætorem Achæorum & urbes Achaïcas, quando & quo illos sibi in armis vellet occurrere, significat. Quibus rebus curatis, versus *Dioscurium* Phliasiæ castra movet, ibique consedit.

68. Eo-

Ol. 140. 2. LXVIII. Euripidas Sicyoniam populaturus

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Εὐριπίδας, ἔχων Ἠλείων δύο λόχους, μετὰ τῶν πειρατῶν καὶ μισθοφόρων, ὥστ' εἶναι τοὺς πάντας εἰς δισχιλίους καὶ διακοσίους, ἅμα δὲ τούτοις ἱππεῖς ἑκατὸν, ὁρμήσας ἐκ Ψωφῖδος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν διὰ τῆς Φενικῆς καὶ Στυμφαλίας· οὐδὲν μὲν εἰδὼς τῶν κατὰ τὸν Φίλιππον, βουλόμενος δὲ κατασῦραι τὴν τῶν Σικυωνίων χώραν. τῆς δὲ νυκτὸς τῆς αὐτῆς, ἐν ᾗ συνέβαινε στρατοπεδεύειν τὸν Φίλιππον περὶ τὸ Διοσκούριον, παρηλλαχὼς τὴν στρατοπεδείαν τοῦ βασιλέως, περὶ τὴν ἑωθινὴν ἐμβάλλειν οἷός τ' ἦν εἰς τὴν Σικυωνίαν. 2 τῶν δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου Κρητῶν τινες ἀπολελοιπότες τὰς τάξεις, καὶ διιχνεύοντες περὶ τὰς προνομὰς, ἐμπίπτουσιν εἰς τοὺς περὶ τὸν Εὐριπίδαν· 3 οὓς ἀνακρίνας, καὶ συνεὶς τὴν παρουσίαν τῶν Μακεδόνων ὁ προειρημένος, οὐδενὶ ποιήσας φανερὸν οὐδὲν τῶν προσπεπτωκότων, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξ ὑπο- 4

Incidit in Philippum, Caphyas tendentem.

LXVIII. 1. Φενικῆς. *Perperam* Φοινίκης *Casaub. ex Reg. B.* 3. προνομὰς. προνομείας *Aug. &* προνομίας *Vat. Flor. Reg. A. quae non spernenda.*

68. Eodem illo tempore *Euripidas*, duabus Eleorum cohortibus comitatus, cum piratis & mercede conductis, (ut simul omnes numerum explerent duum millium & ducentorum:) ad hæc equitibus centum, profectus Psophide, per Pheneensium & Stymphaliorum fines agmen ducebat: quum de Philippi expeditione nihil inaudiisset, verum ex agro Sicyonio prædas vellet agere. Is igitur, illa ipsa nocte qua *Philippus* circa *Dioscurium* consederat, castra regia prætergressus, in fines *Sicyoniorum* mane erat ingressurus. Sed quum e Cretensibus Philippi quidam, signis suis relictis, dum inter pabulandum omnia vestigant, in hostes incidissent; *Euripidas*, ubi expresso a Cretensibus indicio cognovit de adventu Macedonum, nulla penitus eorum quæ didicerat significatione cuiquam data, cum exercitu retrocessit,

ὑποστροφῆς αὖθις ἀνέλυε τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἐν ᾗπερ A.V. 536.
5ἧκε· βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ κατελπίζων, καταταχήσειν τοὺς Μακεδόνας διεκβαλὼν τὴν Στυμφαλίαν,
6καὶ συνάψας ταῖς ὑπερκειμέναις δυσχωρίαις. Ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐδὲν εἰδὼς τῶν περὶ τοὺς ὑπεναντίους, κατὰ δὲ τὴν αὐτοῦ πρόθεσιν ἀναζεύξας τὴν ἑωθινὴν, προῆγε, κρίνων ποιεῖσθαι τὴν πορείαν παρ' αὐ-
7τὸν τὸν Στύμφαλον, ὡς ἐπὶ τὰς Καφύας. ἐνθάδε γὰρ ἐγεγράφει τοῖς Ἀχαιοῖς συναθροίζεσθαι μετὰ τῶν ὅπλων.

Τῆς δὲ πρωτοπορείας τῶν Μακεδόνων ἐπιβαλούσης ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν τὴν περὶ τὸ καλούμενον Ἀπέλαυρον, ἣ πρόκειται τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως περὶ δέκα στάδια, ἅμα συνεκύρησε καὶ τὴν τῶν Ἠλείων πρωτοπορείαν συμπεσεῖν ἐπὶ τὴν ὑπερ- LXIX. Turpiter suos deserit Euripidas.
2βολήν. ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδας, συννοήσας τὸ γεγονὸς ἐκ

4. ἧκε correxi cum Reisk. Vulgo omnes ἧκει. Possis & cum eod. Reisk. ἐν ᾗ παρῄει suspicari. 5. καταταχήσειν. Mendose libri vett. κατασχήσειν. 6. τὴν ἑωθινὴν. An ὑπὸ τὴν ἑωθινήν? Reisk
LXIX. 1. πρωτοπορείας. Alii vulgo πρωτοπορίας, & mox πρωτοπορίαν. Ibid. Ἀπέλαυρον ex Livio adscivi. Omnes vulgo Ἀπέαυρον. Ibid. Στυμφαλίων. Στεμφυλίων h. l. Vat. Flor. Bav. Στυμφυλίων Reg. A.

cessit, eamdem qua venerat viam ingrediens; quo posset, (ita enim sperabat,) Macedones antevertere, &, *Stymphaliam* emensus, superiora atque aspera loca attingere. Rex, quid ageret hostis prorsus ignarus, primo mane, uti constituerat, itineri se accingit; per ipsam urbem Stymphalum *Caphyas* petere in animo habens: eo namque ut convenirent Achæi, per literas cum ipsis egerat.

69. Pervenerat jam Macedonum primum agmen ad summitatem clivi, qui prope locum est, quem *Apelaurum* vocant, urbi *Stymphaliorum* præjacentem, stadiorum circiter decem intervallo: cum & *Eleorum* pariter primum agmen eidem summitati appropinquare contigit. Quod ubi ex iis, quæ nunciabantur,

Ol.140.2. ἐκ τῶν προσηγγελμένων, παραλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τινὰς τῶν ἱππέων, καὶ διαδρὰς τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν Ψωφῖδα ταῖς ἀνοδίαις. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ἠλείων, ἐγκα- 3 ταλελειμμένον ὑπὸ τοῦ προεστῶτος, καὶ γεγονὸς ἐκπλαγὲς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κατὰ πορείαν ἔμενε, διαπορούμενον τί δεῖ ποιεῖν, καὶ ποῖ τρέπεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αὐτῶν οἱ προεστῶτες ὑπελάμ- 4 βανον τῶν Ἀχαιῶν αὐτῶν τινας συμβεβοηθηκέναι· Chalcaspides Megalopolitani. καὶ μάλιστ' ἠπάτων αὐτοὺς οἱ χαλκάσπιδες· Με- 5 γαλοπολίτας γὰρ εἶναι τούτους ἐδόξαζον, διὰ τὸ τοιούτοις ὅπλοις κεχρῆσθαι τοὺς προειρημένους ἐν τῷ περὶ Σελασίαν πρὸς Κλεομένην κινδύνῳ, καθοπλίσαντος Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν. Διόπερ ἀπεχώρουν τηροῦντες τὰς τά- 6 ξεις πρός τινας ὑπερδεξίους τόπους, οὐκ ἀπελπίζοντες τὴν σωτηρίαν· ἅμα δὲ τῷ προάγοντας αὐτοῖς

3. ποῖ τρέπεσθαι. πῇ *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 4. αὐτῶν τινας. τινὰς αὐτῷ *Bav.* αὐτῷ τινὰς *Aug. Reg. A.*

tur, intellexit *Euripidas;* assumtis aliquot equitibus, præsenti discrimini se eripiens, per invias cotes Psophidem se recepit. Cetera vero multitudo Eleorum, a ductore suo prodita, novitate rei stupens, gradum sistere, &, quid consilii caperet, quo se verteret, hærere. Nam initio arbitrabantur qui eis præfecti erant, Achæorum solummodo nonnullos pro ferenda ope congregatos in unum accurrisse: & in primis in errorem eos inducebant illi qui æneos clypeos gestabant. *Megalopolitanos* enim hos esse arbitrabantur: quoniam in pugna cum Cleomene ad Selasiam pugnata, eo genere armorum usi fuerant Megalopolitani; quum ita eos Antigonus in usum illius prælii armasset. Itaque servatis ordinibus ad proximos colles succedebant, nondum spe salutis amissa. Vbi vero Macedones ulterius pergentes propius

τοῖς τοὺς Μακεδόνας σύνεγγυς γενέσθαι, λαβόντες A... 536.
ἔννοιαν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος, πάντες ὥρμησαν
7 πρὸς φυγὴν, ῥίψαντες τὰ ὅπλα. ζωγρείᾳ μὲν οὖν Philippi victoria.
ἑάλωσαν αὐτῶν περὶ χιλίους καὶ διακοσίους· τὸ δὲ
λοιπὸν διεφθάρη πλῆθος, τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Μακεδό-
νων, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν κρημνῶν· διέφυγον δ' οὐ πλείους
8 τῶν ἑκατόν. ὁ δὲ Φίλιππος τά τε σκῦλα καὶ τοὺς
αἰχμαλώτους εἰς Κόρινθον ἀποπέμψας, εἴχετο τῶν
9 προκειμένων. Τοῖς δὲ Πελοποννησίοις πᾶσι παρά-
δοξον ἐφάνη τὸ γεγονός· ἅμα γὰρ ἤκουον τὴν παρου-
σίαν, καὶ τὴν νίκην τοῦ βασιλέως.

Ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς Ἀρκαδίας, LXX. Caphyas pervenit Philippus.
καὶ πολλὰς ἀναδεξάμενος χιόνας καὶ ταλαιπωρίας
ἐν ταῖς περὶ τὸν Ὀλίγυρτον ὑπερβολαῖς, τῇ τρίτῃ
2 τῶν ἡμερῶν κατῆρε νύκτωρ εἰς Καφύας. θεραπεύ-
σας δὲ τὴν δύναμιν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἐνταῦθα, καὶ
προσαναλαβὼν Ἄρατον τὸν νεώτερον, καὶ τοὺς ἅμα
τούτῳ συνηθροισμένους τῶν Ἀχαιῶν, ὥστ' εἶναι τὴν

LXX. 1. τὸν Ὀλίγυρτον. τὸν Λίγυρτον *h. l. edd. ex Bav.* τὸν Λύγυρτον *Vat. Flor.* τὸ Λύγυργον *Aug. Reg. A. qui superius dederant* Ὀλύγυρτον. Ὀλόγουντον *Plutarch. An* Ὀλόγυρτον?

propius ad illos accesserunt; cognito quod res erat, abjicere omnes arma, & in pedes se conjicere. Capti igitur sunt ad mille & ducentos: reliqua turba partim a Macedonibus cæsa est, partim inter abrupta montium periit: evaserunt non amplius centum. *Philippus*, spoliis & captivis Corinthum amandatis, pergit destinata exsequi. Omnibus autem Peloponnesiis mira res ea visa est: simul enim, & *venisse*, & *vicisse regem*, audiebant.

70. Itinere dein facto per Arcadiam, postquam nives multas atque ærumnas in superando *Olygyrto* monte pertulisset, tertio demum die *Caphyas* pervenit. Ibi post refectum bidui spatio exercitum, assumto *juniore Arato*, cum iis copiis Achæorum, quas ille tum paratas habuit, ita ut fierent omnes

Ol.140.2. ὅλην δύναμιν εἰς τοὺς μυρίους, προῆγε διὰ τῆς Κλειτορίας ὡς ἐπὶ Ψωφῖδος, συναθροίζων ἐκ τῶν πόλεων, ὧν διεπορεύετο, βέλη καὶ κλίμακας. Ἡ δὲ 3 Ψωφὶς, ἔστι μὲν ὁμολογούμενον καὶ παλαιὸν Ἀρκάδων κτίσμα τῆς Ἀζανίδος· κεῖται δὲ τῆς μὲν συμπάσης Πελοποννήσου κατὰ τὴν μεσόγαιαν, αὐτῆς δὲ τῆς Ἀρκαδίας ἐπὶ τοῖς πρὸς δυσμὰς πέρασι, συνάπτουσα τοῖς περὶ τὰς ἐσχατιὰς κατοικοῦσι τῶν προσεσπερίων Ἀχαιῶν. ἐπίκειται δ' εὐφυῶς τῇ 4 τῶν Ἠλείων χώρᾳ, μεθ' ὧν συνέβαινε τότε πολιτεύεσθαι αὐτήν. Πρὸς ἣν Φίλιππος τριταῖος ἐκ τῶν 5 Καφυῶν διανύσας, κατεστρατοπέδευε περὶ τοὺς ἀπέναντι τῆς πόλεως ὑπερκειμένους βουνοὺς, ἀφ' ὧν ἦν κατοπτεύειν τήν τε πόλιν ὅλην ἀσφαλῶς, καὶ τοὺς πέριξ αὐτῆς τόπους. συνθεωρῶν δὲ τὴν ὀχυρό- 6 τητα τῆς Ψωφῖδος ὁ βασιλεὺς, ἠπορεῖτο, τί χρὴ ποιεῖν. τὴν γὰρ ἀφ' ἑσπέρας πλευρὰν αὐτῆς κατα- 7 φέρεται

Psophis, oppidum munitissimum.

3. συνάπτουσα. συνάπτουσαν *Vat. Flor.* 7. τὴν γάρ. *Forſ* παρὰ τὴν γάρ. *Aut* κατὰ τὴν γάρ, *&* *dein* φέρεται *pro* καταφέρεται. *Ceterum* γὰρ *abeſt a Bav. Aug. Reg. A.*

ad decem millia, per Clitoriam Pſophidem duxit: ex omnibus urbibus per quas tranſibat, tela et ſcalas congerens. *Pſophis* oppidum eſt, quod omnes fatentur, antiquum, ab illis Arcadibus conditum, qui *Azanidem* habent. Situm eſt, univerſam Peloponneſum ſi ſpectes, in mediterraneis; ſed in Arcadiæ partibus occiduis, ultimorum occidentem verſus Achæorum fines attingens. Ditioni vero *Eleorum*, quibuscum erant tunc Pſophidiis omnia jura conſociata, opportune imminet. Ad hanc quum e Caphyis *Philippus* tertiis caſtris perveniſſet, in collibus quibusdam conſedit, urbi e regione imminentibus; unde cum urbs ipſa, tum circumiacentia loca commode & ſine periculo poterant conſpici. Hic rex, loci firmitatem animadvertens, quid opus eſſet facto anxius hærebat. Ab occaſu enim *Pſophidis* vehe-

φέρεται λάβρος χειμάῤῥους ποταμὸς, ὃς κατὰ τὸ A.V. 536.
πλεῖστον μέρος τοῦ χειμῶνος ἄβατός ἐστι, ποιεῖ
δὲ καὶ τὸ παράπαν ἐχυρὰν καὶ δυσπρόσοδον τὴν πό-
λιν διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώματος, ὃ κατὰ βρα-
χὺ τῷ χρόνῳ κατείργασται, φερόμενος ἐξ ὑπερδε-
8 ξίων τόπων. παρὰ δὲ τὴν ἀπ' ἠοῦς πλευρὰν ἔχει
τὸν Ἐρύμανθον, μέγαν καὶ λάβρον ποταμόν· ὑπὲρ Erymanthus fluv.
9 οὗ πολὺς καὶ ὑπὸ πολλῶν τεθρύλληται λόγος. τοῦ
δὲ χειμάῤῥου προσπίπτοντος πρὸς τὸν Ἐρύμανθον
ὑπὸ τὸ πρὸς μεσημβρίαν μέρος τῆς πόλεως, συμ-
βαίνει τὰς μὲν τρεῖς ἐπιφανείας αὐτῆς, ὑπὸ τῶν
ποταμῶν περιλαμβανομένας, ἀσφαλίζεσθαι τὸν
10 προειρημένον τρόπον. τῇ δὲ λοιπῇ, τῇ πρὸς ἄρκτον,
βουνὸς ἐρυμνὸς ἐπίκειται, τετειχισμένος, ἄκρας εὐ-
φυοῦς καὶ πραγματικῆς λαμβάνων τάξιν. ἔχει δὲ
καὶ τείχη διαφέροντα τῷ μεγέθει καὶ ταῖς κατα-
11 σκευαῖς. πρὸς δὲ τούτοις, βοήθειαν συνέβαινε παρὰ

 τῶν

7. λάβρος χειμ. λάβρως edd. cum Bav. & Regiis. 8. καὶ ὑπὸ πολλῶν. Abest vulgo ὑπὸ.

vehemens torris præterlabitur, qui per maximam hiemis partem vado transiri non potest: quique propter alvei magnitudinem, quem progressu temporis paullatim excavavit, de superiore loco ruens, urbem egregie munitam & aditu difficilem praestat. Qua orienti est obversa, fluvium magnum & præcipitem habet *Erymanthum:* de quo multi multa dixerunt, quæ sunt in ore vulgi. Quum autem in amnem Erymanthum torrens ille se exoneret ab ea parte, quae ad meridiem vergit; accidit, ut tria oppidi latera, a fluviis circumdata, eam, quam diximus, firmitudinem inde nanciscantur. Reliquo lateri quod septemtriones respicit, collis munitus imminet, arcis opportunæ validæque locum obtinens. Habet præterea muros et magnitudine & opere eximios. Accedebat eo præsidium ab Eleis inductum; & *Euri-*

Ol.140.2. τῶν Ἠλείων εἰσπεπτωκέναι· καὶ τὸν Εὐριπίδαν ἐκ τῆς φυγῆς διασεσωσμένον ὑπάρχειν ἐν αὐτῇ.

LXXI. Psophidi inhiat Philippus.

Ταῦτ᾽ οὖν πάντα συνορῶν καὶ λογιζόμενος ὁ Φίλιππος, τὰ μὲν ἀφίστατο τοῖς λογισμοῖς τοῦ βιάζεσθαι καὶ πολιορκεῖν τὴν πόλιν, τὰ δὲ προθύμως εἶχε, τὴν εὐκαιρίαν ὁρῶν τοῦ τόπου. καθ᾽ ὅσον γὰρ 2 ἐπέκειτο τοῖς Ἀχαιοῖς τότε καὶ τοῖς Ἀρκάσι, καὶ πολεμητήριον ὑπῆρχε τοῖς Ἠλείοις ἀσφαλές· κατὰ τοσοῦτον πάλιν, κρατηθὲν, ἔμελλε τῶν μὲν Ἀρκάδων προκεῖσθαι, κατὰ δὲ τῶν Ἠλείων ὁρμητήριον ὑπάρξειν τοῖς συμμάχοις εὔκαιρον. Διόπερ ἐπὶ τοῦ- 3 το τὸ μέρος ὁρμήσας τῇ γνώμῃ, παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσιν ἅμα τῷ φωτὶ πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι, καὶ διεσκευασμένους ἑτοίμους ὑπάρχειν. μετὰ δὲ 4 ταῦτα διαβὰς τὴν κατὰ τὸν Ἐρύμανθον γέφυραν, οὐδενὸς ἐμποδὼν στάντος διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιβολῆς, ἧκε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν ἐνεργῶς καὶ καταπλη-

Subito eam invadit.

LXXI. 1. λογιζόμενος. συλλογιζόμενος Vat. Flor. 2. τοῖς Ἠλείοις. τῆς Ἠλείας edd. ex Bav.

Euripidæ præſentia, qui a clade evaſerat.

71. Quæ omnia *Philippus* conſiderans ac ſecum reputans, modo abſtinendum a vi & obſidione apud ſe ſtatuebat; modo in contrariam ſententiam propendebat, opportunitatem loci cogitans: qui, ut infeſtus eo tempore Achæis & Arcadibus imminebat, eratque *Eleis* pro firmo propugnaculo & arce belli; ſic, ubi foret captus, munimentum Arcadibus erat futurus hoſti objectum; & ſociis adverſus Eleos bellantibus receptaculum opportunum. Igitur poſtquam eo ſententia inclinaſſet, imperat rex Macedonibus, ut prima luce pranſi, & ceteris rebus parati, adſint. Deinde, trajecto ponte qui erat impoſitus *Erymantho*, nemine impediente, quia nihil ejusmodi poſſe fieri in mentem cuiquam venerat; ad ipſam urbem magna molitione & cum

A.V. 536. Pſophidem invadit Philippus.

5 ταπληκτικῶς. Οἱ δὲ κατὰ τὸν Εὐριπίδαν, καὶ πάν-
τες οἱ κατὰ τὴν πόλιν, διηπόρουν ἐπὶ τοῖς συμβαί-
νουσι, τῷ πεπεῖσθαι, μήτ᾽ ἂν ἐξ ἐφόδου τολμῆσαι
τοὺς πολεμίους προσβαλεῖν καὶ βιάζεσθαι πρὸς οὕ-
τως ὀχυρὰν πόλιν, μήτε χρόνιον ἂν συστήσασθαι
6 πολιορκίαν διὰ τὴν τοῦ καιροῦ περίστασιν. ἅμα δὲ
ταῦτα λογιζόμενοι, διηπίστουν ἀλλήλοις· δεδιότες,
μὴ πρᾶξιν ὁ Φίλιππος εἴη διὰ τῶν ἔνδον συνεστα-
7 μένος κατὰ τῆς πόλεως. ἐπεὶ δ᾽ οὐδὲν ἑώρων τοιοῦ-
τον ἐξ αὐτῶν γιγνόμενον, ὥρμησαν οἱ μὲν πλείους
ἐπὶ τὰ τείχη, βοηθήσοντες· οἱ δὲ μισθοφόροι τῶν
Ἠλείων κατά τινα πύλην ὑπερδέξιον ἐξῆλθον, ὡς
8 ἐπιθησόμενοι τοῖς πολεμίοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς, δια-
τάξας κατὰ τρεῖς τόπους τοὺς προσοίσοντας τῷ
τείχει τὰς κλίμακας, καὶ τούτοις ὁμοίως μερίσας

L 4 τοὺς

6. *διηπίστουν ſcripſi ex mente Caſauboni. Vulgo omnes διηπόρουν ἀλλήλοις. Minus placet διηπόρουν ἐν ἀλλήλοις, de quo pariter cogitaverat Caſaub.*

cum terribili ſpecie acceſſit. Tum enim vero ſtupere mirabundus *Euripidas*, & quicumque in urbe erant; ut quibus eſſet perſuaſum, non auſuros hoſtes, neque ex tempore vim adverſus urbem adeo munitam experiri; neque diuturniorem obſidionem, propter anni tempus & aſperitatem hiemis, inſtituere. Simul vero cum hisce cogitationibus diffidere ſibi invicem incipiebant; metuentes, ne forte per aliquos, qui forent intra muros, proditionem loci Philippus eſſet molitus. Deinde, quum nihil ejusmodi animadverterent a quoquam tentari, ad defenſionem urbis converſi, muros plerique aſcendunt: mercenarii vero Eleorum, per quamdam portam quæ in ſuperiore oppidi parte erat, ut ex inſidiis hoſtem adoriantur, egrediuntur. Rex certos homines ordinaverat, qui a tribus partibus ſcalas muris admoverent; pariterque ceteros Macedones trifariam erat

Ol. 140. 2. Psophidem invadit Philippus.

τοὺς ἄλλους Μακεδόνας· μετὰ ταῦτα διὰ τῶν σαλ-
πιγκτῶν ἀποδοὺς ἑκάστοις τὸ σύνθημα, πανταχό-
θεν ἅμα τὴν προσβολὴν ἐποιεῖτο τοῖς τείχεσι.
Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἠμύνοντο γενναίως οἱ κατέχοντες 9
τὴν πόλιν, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων ἀπέῤῥι-
πτον. ἐπεὶ δ' ἥ τε χορηγία τῶν βελῶν καὶ τῶν ἄλλων 10
τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἐπιτηδείων ἐνέλιπεν, ὡς ἂν ἐκ
τοῦ καιροῦ τῆς παρασκευῆς γεγενημένης, οἵ τε Μα-
κεδόνες οὐ κατεπλήττοντο τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἐπὶ
τὴν τοῦ ῥιφέντος ἀπὸ τῶν κλιμάκων χώραν ὁ κατό-
πιν ἀμελλήτως ἐπέβαινε· τέλος οἱ μὲν ἐκ τῆς πό- 11
λεως, τραπέντες, ἔφευγον πάντες πρὸς τὴν ἀκρό-
πολιν· τῶν δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως, οἱ μὲν Μακε-
δόνες ἐπέβησαν τοῦ τείχους, οἱ δὲ Κρῆτες, πρὸς τοὺς
κατὰ τὴν ὑπερδέξιον πύλην ἐξελθόντας τῶν μισθο-
φόρων συμμίξαντες, ἠνάγκασαν αὐτοὺς οὐδενὶ κόσμῳ
ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν. οἷς ἐπικείμενοι καὶ προσ- 12
φέροντες τὰς χεῖρας, συνεισέπεσον διὰ τῆς πύλης·
ἐξ οὗ συνέβη πανταχόθεν ἅμα καταληφθῆναι τὴν
πόλιν.

Vi capit urbem.

erat partitus: deinde, per tubicines dato omnibus ſigno, ſimul undique urbem invadit. Principio igitur fortiter repugnare oppidani; multosque de ſcalis dejicere. Verum ubi tela & cetera defenſioni neceſſaria deficere cœperunt, (quippe ex tempore apparatus erat factus;) & Macedonas virtus obſeſſorum nihil terruit; ſed, ut quisque erat dejectus e ſcalis, proximus ſine cunctatione in detruſi locum ſuccedebat: tandem obſeſſi, relicta urbe, in arcem omnes confugiunt: ſimulque, e regiis militibus, Macedones muros conſcendunt, Cretenſes vero cum mercenariis illis congreſſi, qui per ſuperiorem portam exierant, effuſam fugam, projectis armis, capeſſere illos cogunt. Atque hos iſti dum perſequuntur, & terga fugientibus cædunt, per portam una cum ipſis irrumpunt. Ita factum, ut ex omnibus partibus

13πόλιν. Οἱ μὲν οὖν Ψωφίδιοι μετὰ τέκνων καὶ γυναι- A.V. 536.
κῶν ἀπεχώρησαν εἰς τὴν ἄκραν· ἅμα δὲ τούτοις οἱ
περὶ τὸν Εὐριπίδαν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λοιπὸν πλῆ-
θος τῶν διασωζομένων.

Οἱ δὲ Μακεδόνες εἰσπεσόντες, τὴν μὲν ἐνδυμε- LXXII.
νίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν παραχρῆμα διήρπασαν· Arcem deditione
μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς οἰκίαις ἐπισκηνώσαντες, κατεῖ- capit.
2χον τὴν πόλιν. οἱ δὲ συμπεφευγότες εἰς τὴν ἀκρό-
πολιν, οὐδεμιᾶς σφίσι παρασκευῆς ὑπαρχούσης,
προορώμενοι τὸ μέλλον, ἔγνωσαν ἐγχειρίζειν σφᾶς
3αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ. πέμψαντες οὖν κήρυκα πρὸς
τὸν βασιλέα, καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσ-
βείας, ἐξαπέστειλαν τοὺς ἄρχοντας, καὶ μετὰ
τούτων Εὐριπίδαν· οἳ καὶ ποιησάμενοι σπονδὰς, ἔλα-
βον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς συμπεφευγόσιν ὁμοῦ ξένοις
4καὶ πολίταις. οὗτοι μὲν οὖν αὖθις ἐπανῆλθον, ὅθεν
L 5 ὡρμη-

LXXII. 1. *ἐνδυμενίαν vulgatum eſt ex Bav. in quo tamen h. l. inter lineas interſeritur ο, ut ſit ἐνδυομενίαν, & ſic Reg. B. C. ut apud Suidam. ἐνδυμένειαν Aug. ἐνδυμένιαν (ſic) Reg. A. ἐνδομενίαν adfertur ex Flor. quod unice verum judicarunt Viri docti.*

tibus in poteſtatem hoſtium urbs veniret. Itaque *Pſophidii* cum liberis & conjugibus in arcem ſeſe recipiunt: facit idem & *Euripidas*, ceteraque omnis turba quæ evaſerat.

72. Macedones ſimul irruperant, omnem ex ædibus ſupellectilem diripere: deinde in civium domicilia immigrantes, urbem tenere. Qui in arcem confugerant, quid immineret ſibi mali proſpicientes, quia nulla intus ſuppetebat annonæ copia, *Philippo* ſeſe dedere conſtituerunt. Itaque impetrata a rege per caduceatorem legationis venia, mittunt ad eum principes civitatis, & una cum his *Euripidam*: qui, pactione facta, omnibus qui in arcem evaſerant, cum peregrinis, tum civibus, impunitatem impetrarunt. Verum hi legati unde venerant redierunt; accepto

Ol. 140. 2. ὥρμησαν, ἔχοντες παράγγελμα, μένειν κατὰ χώραν,
ἕως ἂν ἡ δύναμις ἀναζεύξῃ· μή τινες ἀπειθήσαντες
τῶν στρατιωτῶν διαρπάσωσιν αὐτούς. Ὁ δὲ βασι- 5
λεὺς, ἐπιγενομένης χιόνος, ἠναγκάσθη μένειν ἐπὶ τό-
που τινὰς ἡμέρας. ἐν αἷς συναγαγὼν τοὺς παρόντας
τῶν Ἀχαιῶν, πρῶτον μὲν τὴν ὀχυρότητα καὶ τὴν
εὐκαιρίαν ἐπεδείκνυε τῆς πόλεως πρὸς τὸν ἐνεστῶτα
πόλεμον· ἀπελογίσατο δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν 6
εὔνοιαν, ἣν ἔχει πρὸς τὸ ἔθνος· ἐπὶ δε πᾶσιν ἔφη,
καὶ νῦν παραχωρεῖν καὶ διδόναι τοῖς Ἀχαιοῖς τὴν
πόλιν· προκεῖσθαι γὰρ αὐτῷ, τὰ δυνατὰ χαρίζεσθαι,
καὶ μηδὲν ἐλλείπειν προθυμίας. Ἐφ' οἷς εὐχαρι- 7
στούντων αὐτῷ τῶν τε περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ τῶν
πολλῶν, διαλύσας τὴν ἐκκλησίαν, ὁ μὲν Φίλιππος
μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας, ἐπὶ Λασιῶνος ἐποιεῖ-
το τὴν πορείαν· οἱ δὲ Ψωφίδιοι, καταβάντες ἐκ τῆς 8
ἄκρας, ἐκομίσαντο τὴν πόλιν καὶ τὰς οἰκήσεις ἕκα-
στοι

Psophidem Achæis reddit Philippus.

4. κατὰ χώραν. *Alii vulgo* κατὰ χώρας. 6. ἣν ἔχει. ἣν ἔχοι *Aug. Reg. A.* Ibid. μηδὲν. μηθὲν *Flor.*

accepto mandato, ne loco prius excederent, quam exercitus esset abductus: ne forte invenirentur milites, dicto regis parum obtemperantes, qui ipsos spoliarent. Rex, superveniente nive, dies aliquot eo loci coactus est morari. Quo quidem tempore convocatis, qui aderant, Achæis primo *firmitatem opportunitatemque loci ad præsens bellum* demonstravit; tum de *suo affectu & benevolentia erga ipsorum gentem* verba fecit. Postremo adjecit, *nunc quoque cedere se ultro Achæis hac urbe, eamque illis donare: propositum enim sibi esse, quibus posset cumque modis illis gratificari, & ad declarandum suum studium nihil reliqui facere.* His dictis, quum & Aratus & cetera multitudo pro hisce beneficiis gratias egissent, *Philippus*, concione dimissa, *Lasionem* cum exercitu iter instituit. *Psophidii*, postquam ex arce descendissent, & urbem, & domos quisque suas rece-

A.V. 536.

στοι τὰς αὐτῶν· οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐριπίδαν, ἀπῆλθον εἰς τὸν Κόρινθον, κἀκεῖθεν εἰς Αἰτωλίαν. τῶν δ' Ἀχαϊκῶν ἀρχόντων οἱ παρόντες ἐπὶ μὲν τὴν ἄκραν ἐπέστησαν μετὰ φυλακῆς ἱκανῆς Πρόσλαον Σικυώνιον· ἐπὶ δὲ τὴν πόλιν Πυθίαν Πελληνέα. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ψωφίδα τοιοῦτον ἐπετελέσθη τὸν τρόπον.

LXXIII. Lasio & Stratus Achæis restitutæ.

Οἱ δὲ παραφυλάσσοντες τὸν Λασιῶνα τῶν Ἠλείων, συνέντες τὴν παρουσίαν τῶν Μακεδόνων, πεπυσμένοι δὲ καὶ τὰ γεγονότα περὶ τὴν Ψωφίδα, παραχρῆμα τὴν πόλιν ἐξέλιπον. ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς θᾶττον ἧκε, ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου παρέλαβε· συναύξων δὲ τὴν πρόθεσιν, ἣν εἶχε πρὸς τὸ ἔθνος, παρέδωκε καὶ τὸν Λασιῶνα τοῖς Ἀχαιοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Στράτον, ἐκλιπόντων τῶν Ἠλείων, ἀποκατέστησε τοῖς Τελφουσίοις. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἧκε πεμπταῖος εἰς Ὀλυμπίαν. θύσας δὲ τῷ θεῷ, Olympia.

8. τὸν Κόρινθον. τὴν Κόρ. edd. ex Bav. 10. τοιοῦτον. τοῦτον Flor. Ibid. ἐπετελέσθη. ἀπετελ. edd. ex Bav.
LXXIII. 2. τὴν Στράτον. An τὴν Στρατίαν? An τὸν Στράτον? Hoc quidem adfertur ex Flor. Ibid. ἐκλιπόντων. ἐκλειπόντων Reg. A.

receperunt. *Euripidas* Corinthum, atque inde in Aetoliam, se contulit. Arci præfectus est a magistratibus Achæorum qui forte aderant, *Proslaus* Sicyonius cum idoneo praesidio; urbi vero *Pythias* Pellenensis. Et ad Psophidem quidem quod attinet, ita transacta sunt omnia.

73. Præsidium Eleorum quod *Lasione* erat, cognito Macedonum adventu, iisque auditis quæ Psophide contigerant, urbem sine mora deserit. Quam, simul venit, primo impetu rex occupat: &, quo testatiorem animum suum erga gentem Achæorum faceret, hanc etiam urbem illis tradidit. Similiter & *Stratum*, ab Eleis derelictam, *Telphusiis* restituit. Quibus rebus gestis, quintis castris *Olympiam* pervenit. Vbi quum sacra deo fecisset,

Ol.140.2. θεῷ, καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἑστιάσας, ἅμα δὲ καὶ τὴν λοιπὴν προσαναπαύσας δύναμιν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, μετὰ ταῦτα πάλιν ἀνέζευξε. καὶ προσελθὼν εἰς 4
τὴν Ἠλείαν, τὰς μὲν προνομὰς ἐπαφῆκε κατὰ τῆς χώρας· αὐτὸς δὲ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸ καλούμενον Ἀρτεμίσιον. προσδεξάμενος δ᾽ ἐνταῦθα τὴν 5
λείαν, μετέβη πάλιν ἐπὶ τὸ Διοσκούριον. δηουμένης δὲ τῆς χώρας, πολὺ μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος, ἔτι δὲ πλέον τὸ συμφεῦγον εἰς τὰς παρακειμένας κώμας καὶ τοὺς ἐρυμνοὺς τῶν τόπων.
Συμβαίνει γὰρ τὴν τῶν Ἠλείων χώραν διαφερόντως 6
οἰκεῖσθαι, καὶ γέμειν σωμάτων καὶ κατασκευῆς παρὰ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. ἔνιοι γὰρ αὐτῶν οὕτω 7
στέργουσι τὸν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν βίον, ὥστε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς, ἔχοντας ἱκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπαν εἰς Ἠλείαν. τοῦτο δὲ 8
γίγνεται, διὰ τὸ μεγάλην ποιεῖσθαι σπουδὴν καὶ πρόνοιαν

Elidem populatur Philippus.

Opulentia agri Elei.

4. προσελθών. προελθών aut παρελθών utique legendum videtur cum Reiskio. 7. εἰς Ἠλείαν. Immo εἰς Ἦλιν.

fecisset, & duces exercitus convivio excepisset, ceteramque turbam militarem tridui quiete refecisset; vasis conclamatis, in *Eleorum* regionem est profectus. Ad quorum agrum devastandum milite immisso, ipse circa *Artemisium*, quod vocant, castra communivit: & accepta ibi præda, rursus motis castris *Dioscurium* se contulit. Dum autem passim uruntur agri, etsi captus est magnus hominum numerus, major tamen pars in proximos vicos & loca munita evaserunt. *Eleorum* namque *ager* præ ceteris omnibus Peloponnesi frequens habitatoribus, & mancipiorum numero & rerum omnium copia est refertissimus. Adeo enim nonnulli eorum rusticam vitam adamant, ut reperiantur opulenti satis homines, qui per alteram aut tertiam generationem urbem *Elidem* omnino non adierint. Fit autem hoc ideo, quia principes civitatis magna cura & studio agri-

νοιαν τοὺς πολιτευομένους τῶν ἐπὶ τῆς χώρας κατοικούντων· ἵνα τό τε δίκαιον αὐτοῖς ἐπὶ τόπου διεξάγηται, καὶ τῶν πρὸς βιωτικὰς χρείας μηδὲν ἐλλείπῃ. δοκοῦσι δέ μοι πάντα ταῦτα καὶ διὰ τὸ πλῆθος μὲν τῆς χώρας τὸ παλαιὸν ἐπινοῆσαι καὶ νομοθετῆσαι· τὸ δὲ πλεῖστον, διὰ τὸν ὑπάρχοντά ποτε παρ' αὐτοῖς ἱερὸν βίον· ὅτε, λαβόντες παρὰ τῶν Ἑλλήνων συγχώρημα διὰ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, ἱερὰν καὶ ἀπόρθητον ᾤκουν τὴν Ἠλείαν, ἄπειροι παντὸς ὄντες δεινοῦ, καὶ πάσης πολεμικῆς περιστάσεως.

A.V. 536.

Vita sacrosancta Eleorum.

LXXIV. Vetus privilegium neglexerunt Elei.

Μετὰ δὲ ταῦτα, διὰ τὴν Ἀρκάδων ἀμφισβήτησιν περὶ Λασιῶνος καὶ τῆς Πισάτιδος γῆς ἀναγκασθέντες ἐπαμύνειν τῇ χώρᾳ, καὶ μεταλαβεῖν τὰς ἀγωγὰς τῶν βίων· οὐκ ἔτι περὶ τοῦ πάλιν ἀνακτήσασθαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὴν παλαιὰν καὶ πάτριον ἀσυλίαν οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν ἐπιμέλειαν ἔσχον, ἀλλ'

LXXIV. 1. Πισάτιδος γῆς. γαίης *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* Ibid. μεταλαβεῖν *revocavi ex mstis, quibus invitis in* μεταβάλλειν *fuerat a Casaub. mutatum.*

agricolas complectuntur; ut & jus ipsis ruri dicatur, & necessariorum ad vitam nihil quidquam desit. Ejusmodi autem legibus atque institutis usi mihi jam olim videntur, primo quidem, propter amplitudinem agri; deinde autem, & multo quidem istud magis, propter *vitam sacrosanctam*, qua antiquitus fruebantur: quando, universa consentiente & concedente Graecia, *ob ludicrum Olympiorum*, omni periculo exemti, omnisque belli expertes, *Eleam* incolæ sacram & nulli populationi obnoxiam habitabant.

74. Postea vero, Arcadibus *Lasionem* & *Pisatidem* sibi vindicantibus, quum pugnare pro finibus fuissent coacti, & genus vitæ ac priora instituta mutare; ut veteris atque avitae immunitatis jus a Graecis reciperent, ne minimæ quidem amplius curæ illis fuit, sed in

Ol. 140. 2. ἀλλ' ἔμειναν ἐπὶ τῶν αὐτῶν· οὐκ ὀρθῶς κατά γε τὴν
περὶ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι πρόνοιαν. Εἰ γὰρ, ἧς 3
πάντες εὐχόμεθα τοῖς θεοῖς τυχεῖν, καὶ πᾶν ὑπο-
μένομεν ἱμείροντες αὐτῆς μετασχεῖν, καὶ μόνον τοῦ-
το τῶν νομιζομένων ἀγαθῶν ἀναμφισβήτητόν ἐστι
Pax summum bonum. παρ' ἀνθρώποις, (λέγω δὴ τὴν εἰρήνην·) ταύτην δυ-
νάμενοί τινες μετὰ τοῦ δικαίου καὶ καθήκοντος πα-
ρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀδήριτον
κτᾶσθαι, παρολιγωροῦσιν, ἢ προυργιαίτερόν τι ποι-
οῦνται τούτου· πῶς οὐκ ἂν ὁμολογουμένως ἀγνοεῖν
δόξαιεν; Νὴ Δί', ἀλλ' ἴσως εὐεπίθετοι τοῖς πολε- 4
μεῖν καὶ παρασπονδεῖν προθεμένοις, ἐκ τῆς τοιαύ-
της ἀγωγῆς, γίγνονται τῶν βίων. Ἀλλ', ἐκεῖνο μὲν 5
σπάνιον· κἂν ποτε γένηται, δυνάμενον κοινῆς ὑπὸ
τῶν Ἑλλήνων τυγχάνειν ἐπικουρίας. πρὸς δὲ τὰς 6
κατὰ μέρος ἀδικίας, ὑπογενομένης τοῖς βίοις χορη-
γίας,

2. *κατά γε τὴν. Sic Vat. Flor. Urs. Puto & cod. Perotti. κατὰ γένος τὴν Bav. Aug. & Regii: ex quo Casaubonus κατά γε τὴν ἐμὴν finxit. Verba ista κατὰ γένος τὴν ex καταγελαστὴν corrupta suspicatus est Reisk.*

in eodem deinceps statu manserunt: non recte sane suæ & suorum securitati in posterum consulentes. Quum enim res sit, quam a diis concedi nobis omnes petimus; cujus desiderio nihil non perferimus; quamque ex omnibus, quæ bona existimantur, solam nemo ambigat vere esse bonam; *pacem* dico: hanc si qui bonis honestisque rationibus a Græcis impetrare certam firmamque in omne tempus possint, deinde beneficium tantum negligant, & aliud quidpiam potius ducant, quis dubitet in magno istos errore versari? At enimvero, dicet aliquis, per genus istud vitae expositi sunt eorum injuriis, qui bello ipsos lacessere & fidem violare voluerint. Sed hoc & raro accidit; &, si quando contingat, subveniri malo communibus Græcorum auxiliis potest. Ad defendendas autem minores injurias, postquam

γίας, ὅπερ εἰκὸς ὑπάρξειν πάντα χρόνον ἐν εἰρήνῃ A.V.536.
διάγουσι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν ἠπόρησαν ξένων καὶ μι-
σθοφόρων, τῶν κατὰ τόπους ἢ καιροὺς παρεφε-
7δρευόντων. Νῦν δὲ, τὸ σπάνιον καὶ παράδοξον δε-
διότες, ἐν συνεχέσι πολέμοις καὶ καταφθοραῖς τήν
8τε χώραν ἔχουσι καὶ τοὺς βίους. Ταῦτα μὲν οὖν Eleos admonet Polybius.
ἡμῖν τῆς Ἠλείων ὑπομνήσεως εἰρήσθω χάριν· ἐπειδὴ
τὰ τῶν καιρῶν οὔτε ποτὲ πρότερον εὐφυεστέραν
διάθεσιν ἔσχηκε τῆς νῦν πρὸς τὸ παρὰ πάντων
ὁμολογουμένην κτήσασθαι τὴν ἀσυλίαν· τὴν δὲ χώ-
ραν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἔτι τῆς παλαιᾶς
συνηθείας οἷον αἰθυγμάτων ἐμμενόντων, οἰκοῦσι δια-
φερόντως Ἠλεῖοι.

Διὸ καὶ κατὰ τὴν Φιλίππου παρουσίαν, ἄπλε- LXXV.
τον μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος, ἔτι δὲ
πλεῖον

8. *Verba* π ρ ὸ ς τ ὸ *perperam vulgo absunt ab omnibus libris, tum pro* ὁμολογουμένην *est* ὁμολογουμένης, *porro pro* ἔ τ ι τῆς *est* ἐπὶ τ ῆ ς, *denique pro* Ἠ λ ε ῖ ο ι *vulgo legitur* ο ἱ λ α ο ί. *Quæ correxi omnia ex mente Casauboni.*

quam ſuppetiiſſent opes, quod in perpetua pace degentibus conſentaneum eſt futurum fuiſſe, non defuiſſent ſane milites peregrini & mercede conducti, qui certis locis aut temporibus praeſidio ipſis eſſent. Nunc, dum id metuunt, quod vix aliquando, ſi forte, præter omnium opinionem accidit; perpetuis bellis & populationibus & agrum & fortunas ſuas habent obnoxias. Quæ dicta nobis ſunto, ut ſuæ *Eleos* utilitatis admoneremus: quum præſertim ad recuperandum omnium conſenſu *jus* illud *immunitatis a bello* nullum umquam tempus fuerit illis opportunius praeſenti rerum ſtatu; & quum ad hunc usque diem, velut ſcintilla aliqua priſtinæ conſuetudinis ſuperante, longe frequentius, quam fiat alibi, vitam in agris Elei, quemadmodum ſupra diximus, degant.

75. Idcirco cum *Philippus* advenit; & eorum qui paſſim capiebantur ingens fuit numerus; & eorum, qui intra muros confugiebant, adhuc

Ol. 140. 2. Thalamas castellum capit Philippus.

πλεῖον τὸ τῶν συμπεφευγότων. πλείστη δ' ἀπο- 2
σκευὴ καὶ πλεῖστος ὄχλος ἠθροίσθη σωμάτων καὶ θρεμμάτων εἰς τὸ χωρίον, ὃ καλοῦσι Θαλάμας· διὰ τὸ τήν τε χώραν τὴν πέριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον, τό τε χωρίον ἀπραγμάτευτον καὶ δυσπρόσοδον. ἀκούων δ' ὁ βασιλεὺς τὸ πλῆθος τῶν 3
συμπεφευγότων εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κρίνας μηδὲν ἀβασάνιστον μηδ' ἀπέραντον ἀπολιπεῖν, τοῖς μὲν μισθοφόροις προκατελάβετο τοὺς ἐπὶ τῆς εἰσβολῆς εὐφυῶς κειμένους τόπους· αὐτὸς δὲ τὴν 4
ἀποσκευὴν καταλιπὼν ἐν τῷ χάρακι, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῆς δυνάμεως, ἀναλαβὼν τοὺς πελταστὰς καὶ εὐζώνους, προῆγε διὰ τῶν στενῶν· οὐδενὸς δὲ κωλύοντος, ἧκε πρὸς τὸ χωρίον. Καταπλαγέντων 5
δὲ τῶν συμπεφευγότων τὴν ἔφοδον, ἅτε λίαν πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν χρείαν ἀπείρως καὶ ἀπαρασκεύως διακει-

LXXV. 4. πελταστὰς καὶ εὐζώνους. Abest καὶ a Vat. Flor. Aug. Reg. A. C. 5. συμπεφευγότων. πεφευγ. Bav. Aug. Reg. A.

huc major. Plurima autem cum supellex, tum corporum pecorumque copia, in castello, cui *Thalamæ* nomen est, fuit coacta: tum quod in angusta regione, & quam hostis non facile adire posset, situm est id castellum; tum quod ipsum quoque per se a commercio hominum est remotum atque inaccessum. Rex, ut rescivit de ingenti illorum numero qui eo confugerant; nihil intentatum aut imperfectum sibi judicans esse relinquendum, omnia primum loca juxta introitum opportune sita per conductitium militem occupat: deinde, impedimentis cum majore copiarum parte in castris relictis, cetratos & expeditos dumtaxat secum trahens, ipse per fauces illas agmen ducit: &, nemine impediente, venit ad castellum. Qua re perterriti qui eo confugerant, cum omnis rei militaris prorsus essent rudes, & ab omnibus bello necessariis imparati, quum-

διακειμένων, ἅμα δὲ καὶ συνδεδραμηκότος ὄχλου συρ- A.V. 536.
6 φετώδους· ταχέως παρέδοσαν αὐτούς. ἐν οἷς ἦσαν καὶ μισθοφόροι διακόσιοι μιγάδες, οὓς ἧκεν ἔχων Ἀμ-
7 φίδαμος, ὁ στρατηγὸς τῶν Ἠλείων. Ὁ δὲ Φίλιππος, κυριεύσας ἀποσκευῆς τε πολλῆς καὶ σωμάτων πλειόνων ἢ πεντακισχιλίων, πρὸς δὲ τούτοις τετράποδος λείας ἀναρίθμητον ἐξελασάμενος πλῆθος,
8 τότε μὲν ἐπανῆλθε πρὸς χάρακα· μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς δυνάμεως ὑπεργεμούσης αὐτῷ παντοδαπῆς ὠφελείας, βαρὺς ὤν, καὶ δύσχρηστος, ἀνεχώρει διὰ ταῦτα, καὶ κατέζευξε πάλιν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν.

Immensa præda potitur.

Ἀπελλῆς δὲ, ὃς ἦν μὲν εἷς τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθέντων ἐπιτρόπων τοῦ παιδὸς, πλεῖστον δ' ἐτύγχανε τότε δυνάμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ, βουληθεὶς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος ἀγαγεῖν εἰς παραπλησίαν διάθεσιν τῇ Θετταλῶν, ἐπεβάλετο πρᾶγμα ποιεῖν

LXXVI. Apelles, unus ex tutoribus Philippi.

6. Ἀμφίδαμος. Ἀμφιδάμας *h. l. edd. cum Bav. Aug. & Regiis.* 7. τετράποδος. *Alii* τῆς τετράποδος. Ibid. πρὸς χάρακα. τὸν *intra lineas interserit Reg. A.* 8. παντοδαπῆς. παντοδαποῦς *edd. cum Bav. Aug. & Regiis.*

LXXVI. 1 ἀγαγεῖν. διαγαγεῖν *edd. ex Bav.*

quumque multi etiam e plebis fæce eodem concurrissent, deditionem cito fecerunt. Erant inter hos & mercenarii ducenti, turba promiscua, quos *Amphidamus*, dux Eleorum, secum adduxerat. *Philippus*, supellectile plurima potitus, mancipiorum quinque millibus & amplius; ad hæc præda pecorum abacta, quæ omnem numerum superabat; tunc quidem ad castra se recepit: postea vero, quod haberet exercitum præda omnis generis onustum & ad res gerendas parum habilem, referre pedem coactus, *Olympiam* iterum castra movit.

76. Inter alios ab Antigono tutores, puero Philippo relictos, *Apelles* erat, qui ea tempestate apud regem gratia plurimum pollebat. Hic quum in animum induxisset, Achæorum gentem ad eamdem redigere conditionem, qua Thessali tunc erant, rem ausus est nefariam.

Ol. 140. 2. ποιεῖν μοχθηρόν. Θετταλοὶ γὰρ ἐδόκουν μὲν κατὰ 2
νόμους πολιτεύειν, καὶ πολὺ διαφέρειν Μακεδόνων·
διέφερον δ' οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶν ὁμοίως ἔπασχον Μακε-
δόσι, καὶ πᾶν ἐποίουν τὸ προσταττόμενον τοῖς βα-
σιλικοῖς. διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενος τὴν ὑπό- 3
θεσιν ὁ προειρημένος, ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῶν
συστρατευομένων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπέτρεψε 4
τοῖς Μακεδόσιν, ἐκβαλεῖν ἐκ τῶν σταθμῶν ἀεὶ τοὺς
προκατέχοντας τῶν Ἀχαιῶν καταλύσεις· ὁμοίως δὲ
καὶ τὴν λείαν ἀφαιρεῖσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς χεῖ- 5
ρας προσέφερε διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἐπὶ ταῖς τυχού-
σαις αἰτίαις· τοὺς δὲ συναγανακτοῦντας ἢ προσβοη-
θοῦντας τοῖς μαστιγουμένοις, παρὼν αὐτὸς, εἰς τὴν
ἄλυσιν ἀπῆγε· πεπεισμένος, διὰ τοῦ τοιούτου τρό- 6
που, τῷ κατὰ βραχὺ λήσειν εἰς συνήθειαν ἀγαγὼν
τοῦ

Achæos in servitutem redigere conatur.

2. *Θετταλοὶ γάρ. Θετταλοὶ μὲν γὰρ ἐδόκουν μὲν Aug. Reg. A.* 4. *ἐκβαλεῖν. ἐκβάλλειν edd. ex Bav.* 6. *πεπεισμένος. Mendose scripti libri πεπιεσμένους.* Ibid. *τῷ κατὰ βραχὺ ex conject. posuit Casaubonus. Libri vett. omnes τὸ κατὰ βραχὺ. Sed articulum omittit Reg. B.*

διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας γεγενημένην εἰς αὐ-
τοὺς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακοπραγμοσύνην· τὸν
δ' Ἐπήρατον ἄπρακτον ὄντα τῇ φύσει, καὶ κατα-
γινωσκόμενον ὑπὸ πάντων· συλλογισάμενος ἐκ τῶν 8
προειρημένων τὴν ἄγνοιαν τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ
Λεόντιον, ἔκρινεν αὖθις ἀντέχεσθαι τῶν περὶ τὸν
Ἄρατον.

Philippus ad Aratum rursus se applicat.

7. τοὺς περὶ Ἄρατον. τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον edd. invitis msstis.

cœpit. Romani *Tiberium Sempronium* cum exercitu in Africam, *Publ. Cornelium* in Hispaniam miserunt. *Antiochus* quoque & *Ptolemæus*, postquam sperare desierant exortam inter ipsos de Cœle-Syria controversiam legationibus ac colloquiis componi posse, bellare invicem aggrediebantur. At rex *Philippus*, & frumento & pecunia ad alendum militem destitutus, per magistratus *concilium Achæorum* convocat. Coacta autem *Aegii*, ut leges jubebant, multitudine; animadvertens rex, *Aratos* quidem propter fraudem & malas artes Apellis, quibus adversus ipsum usus in comitiis erat, auctoritatem qua pollebat apud suam gentem ultro remittere; *Eperatum* vero natura inhabilem ad res agendas esse, eumdemque ab omnibus prorsus contemni: cognito per hæc Apellis & Leontii errore, præcipuam deinde *Aratorum* rursus habere rationem statuit. Itaque magistra-

9 Ἄρατον. Πείσας οὖν τοὺς ἄρχοντας μεταγαγεῖν A.V. 536.
τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα, λαβὼν τόν τε πρεσβύ-
τερον καὶ τὸν νεώτερον Ἄρατον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ
πάντων τῶν γεγονότων ἀναθεὶς τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν
Ἀπελλῆν, παρεκάλει μένειν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρ-
10 χῆς αἱρέσεως. τῶν δὲ συγκαταθεμένων ἑτοίμως, Decretum concilii Achæorum.
εἰσελθὼν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ χρησάμενος συνερ-
γοῖς τοῖς προειρημένοις, πάντα κατέπραξε τὰ πρὸς
11 τὴν ἐπιβολήν. Πεντήκοντα μὲν γὰρ ἔδοξε τάλαν-
τα τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν πρώτην ἀναζυγὴν αὐτῷ
δοῦσι παραχρῆμα, τριμήνου μισθοδοτῆσαι τὴν δύνα-
12 μιν, καὶ σίτου προσθεῖναι μυριάδα· τὸ δὲ λοιπὸν,
ἕως ἂν παρὼν ἐν Πελοποννήσῳ συμπολεμῇ, τάλαν-
τα λαμβάνειν ἑκάστου μηνὸς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν
ἑπτακαίδεκα.

Δοξάν-

9. ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν. Ἀπελλῆ *h. l. Bav. Reg. A. Flor. ut passim alibi.* 11. μὲν γὰρ ἔδοξε. *Abest vulgo* γὰρ, *quod adjeci cum Vat. Flor. Urs.* Ibid. τριμήνου. *Alii vulgo* τριμηναίου. Ibid. μυριάδα. μυριάδας *Vat. Flor. Urs.*

gistratibus persuasit, ut concilium Sycionem transferrent: ibique assumtis & seniore & juniore Arato ad familiare colloquium, præteritorum omnium culpa in Apellem translata, petiit ab illis, ut, quo prius erga se fuissent animo, eodem etiam in posterum esse vellent. Quod quum ab ipsis promta voluntate esset ei promissum, rex in Achæorum concilium ingressus est: atque ibi, dictorum virorum ope nixus, omnia facile impetravit ad ea quæ moliebatur necessaria. *Decretum* est ab Achæis, *extemplo talenta quinquaginta regi pro prima expeditione numerare; trimestreque stipendium militi dividere, & decem millia modiûm frumenti adjicere: in posterum vero, quamdiu in Peloponneso præsens ipse bellum gesturus esset, ut menstrua talenta ab Achæis septena dena acciperet.*

2. Hoc

Ol.140.2. II. Mari bellum gerere statuit Philippus.

Δοξάντων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ διελύθησαν ἐπὶ τὰς πόλεις· τῷ δὲ βασιλεῖ, βουλευομένῳ μετὰ τῶν φίλων, ἐπειδὴ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμασίας, ἔδοξε χρῆσθαι κατὰ θάλατταν τῷ πολέμῳ. οὕτω γὰρ ἐπέπειστο μόνως, αὐτὸς μὲν δυ- 2 νήσεσθαι ταχέως πανταχόθεν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις· τοὺς δ' ὑπεναντίους ἥκιστ' ἂν δύνασθαι παραβοηθεῖν ἀλλήλοις· ἅτε διεσπασμένους μὲν ταῖς 3 χώραις, δεδιότας δ' ἑκάστους περὶ σφῶν διὰ τὴν ἀδηλότητα καὶ τὸ τάχος τῆς κατὰ θάλατταν παρουσίας τῶν πολεμίων. πρὸς γὰρ Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους, ἔτι δ' Ἠλείους ὁ πόλεμος ἦν αὐτῷ. Κριθέντων δὲ τούτων, ἤθροιζε τάς τε τῶν Ἀχαιῶν 4 νῆας καὶ τὰς σφετέρας εἰς τὸ Λέχαιον· καὶ συνεχεῖς ποιούμενος ἀναπείρας, ἐγύμναζε τοὺς φαλαγγίτας, καὶ συνείθιζε ταῖς εἰρεσίαις, προθύμως αὐτῷ πρὸς τὸ παραγγελλόμενον συνυπακουόντων τῶν Μακεδόνων.

Promtitudo militum Macedonum.

II. 3. ὁ πόλεμος ἦν. ἦν ὁ πόλεμος αὐτῷ Bav.

2. Hoc decreto facto, solutum est Achæorum concilium, & ad suas quique urbes sunt reversi. Consultanti autem regi cum amicis, ubi jam ex hibernis in castra copiæ redierant, visum est faciendum, ut *bellum mari gereretur.* Quippe persuasus erat, hanc rationem esse unicam, opprimendi undique hostes imparatos: qui subvenire sibi invicem nequaquam sint validuri; utpote & regionibus divisi, & sibi quisque metuentes, quod mari hostis, quocunque vellet, subito adesse, & imprudentes invadere posset: cum Aetolis enim, & Lacedæmoniis, & Eleis, res illi erat. Quæ ubi statuit rex, & suas & Achæorum naves *Lechæum* convenire jubet. Ibi continuis experimentis milites Macedonicæ phalangis exercens, remis tractandis eos assuefaciebat: Macedonibus, quidquid esset imperatum, prompto alacrique animo exsequentibus. Etenim *Macedones*

A.V. 536. Promtitudo militum Macedonum.

κεδόνων. Πρός τε γὰρ τοὺς ἐν γῇ κινδύνους ἐκ παρατάξεως δοκιμώτατοί γε καὶ γενναιότατοι, πρός τε τὰς κατὰ θάλατταν ἐκ τοῦ καιροῦ χρείας ἑτοιμότατοι, λειτουργοί γε μὴν περὶ τὰς ταφρείας καὶ χαρακοποιίας καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην ταλαιπωρίαν φιλοπονώτατοί τινες· οἵους Ἡσίοδος παρεισάγει τοὺς

Αἰακίδας, πολέμῳ κεχαρηότας, ἠΰτε δαιτί.

Apelles conjurat cum Leontio & Megalea.

Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν τῷ Κορίνθῳ διέτριβε, περὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἄσκησιν καὶ παρασκευὴν γιγνόμενος. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, οὔτ' ἐπικρατεῖν τοῦ Φιλίππου δυνάμενος, οὔτε φέρειν τὴν ἐλάττωσιν, παρορώμενος, ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν· ὥστ' ἐκείνους μὲν, συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν, ἐθελοκακεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὰς τοῦ βασιλέως χρείας· αὐτὸς δὲ, χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα, φροντίζειν,

5. Tria verba δοκιμώτατοί γε καὶ *absunt a Vat. Flor. Aug. Reg. A.* τε *vero, quod in Bav. est, in* γε *mutavit Hervagius. 7.* τῷ Κορίνθῳ. τῇ Κορ. *edd. ex Bav.*

dones & in acie probatissimi fortissimique milites sunt; &, si forte ita postulet usus atque occasio, ad maritimæ rei ministeria promtissimi; ad hæc, in fossis ducendis, castris muniendis, & toto illo durorum operum genere, laboris patientissimi; quales *Hesiodus* facit *Aeacidas, bello gaudentes veluti epulis.* Dum Philippus & Macedones Corinthi in exercitatione & apparatu rei navalis occupantur: *Apelles*, qui neque expugnare regis propositum poterat, neque honoris sui imminutionem ex regis contemtu tolerare; cum *Leontio* & *Megalea* conjurationem facit; ut illi quidem, omnibus quæ gererentur intervenientes, de industria rem male gerendo conatus regis impedirent: ipse vero, profectus *Chalcidem* ex aula, id operam daret, quo ne commeatus necessarii

Ol.140.2. ζειν, ἵνα μηδαμόθεν αὐτῷ χορηγία παραγίγνηται
πρὸς τὰς ἐπιβολάς. Οὗτος μὲν οὖν, τοιαῦτα συν- 9
θέμενος καὶ κακοτροπευσάμενος πρὸς τοὺς προειρη-
μένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, σκήψεις τινὰς
ἀλόγους πρὸς τὸν βασιλέα πορισάμενος. κἀκεῖ δια- 10
τρίβων, οὕτω βεβαίως ἐτήρει τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους,
πάντων αὐτῷ πειθαρχούντων κατὰ τὴν προγεγενη-
μένην πίστιν· ὥστε τὸ τελευταῖον ἀναγκασθῆναι τὸν
βασιλέα, δι' ἀπορίαν ἐνέχυρα τιθέντα τῶν πρὸς
αὐτὴν τὴν χρείαν ἀργυρωμάτων, ἀπὸ τούτων ποιεῖ-
σθαι τὴν διαγωγήν. Ἠθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, 11
καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμέ-
νων, σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν
δύναμιν, ἀνήχθη, καὶ κατῆρε δευτεραῖος εἰς Πάτρας,
ἔχων Μακεδόνας μὲν ἑξακισχιλίους, μισθοφόρους δὲ
χιλίους καὶ διακοσίους.

Cum classe Corintho proficiscitur Philippus.

Κατὰ

9. *ἀλόγους. An εὐλόγους?* 10. *αὐτὴν τὴν χρείαν. Abest αὐτὴν a Vat. Flor. Bav.* 11. *κατηρτισμένων. κατεθισμένων exposuit Casaub.*

rii ad ea quæ parabat ulla ex parte ad regem ſubveherentur. Quæ ubi cum prædictis viris conſtituit improbus hic veterator, abſurda quædam commentus apud Philippum prætexenda, Chalcidem ſe confert: ibique moram trahens, ita exacte jusjurandum ſervavit, omnibus illi obtemperantibus pro ea auctoritate quam hactenus obtinuerat, ut ad extremum rei nummariæ inopia cogeretur rex, vaſa argentea ad quotidianum uſum comparata, ſuſtentandi ſui cauſſa, pignori opponere. Vbi claſſis convenit, & Macedones ſatis magnum jam uſum remigandi viſi ſunt habere; rex, frumentum exercitui menſus, & ſtipendio quoque numerato, habens ſecum Macedonum ſex millia, mercenarios mille ducentos, portu ſolvit, & poſtridie *Patras* appulit.

3. Per

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Δορίμαχος, ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς, Ἀγέλαον καὶ Σκόπαν ἐξαπέστειλε τοῖς Ἠλείοις μετὰ Νεοκρήτων πεντακοσίων· οἱ δ᾽ Ἠλεῖοι δεδιότες, μὴ τὴν Κυλλήνην ὁ Φίλιππος ἐπιβάληται πολιορκεῖν, στρατιώτας τε μισθοφόρους συνήθροιζον, καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἡτοίμαζον· A. V. 536. III. Elei Cyllenen muniunt.
2 ὠχυροῦντο δὲ καὶ τὴν Κυλλήνην ἐπιμελῶς. Εἰς ἃ βλέπων ὁ Φίλιππος, τούς τε τῶν Ἀχαιῶν μισθοφόρους, καὶ τῶν παρ᾽ αὐτῷ Κρητῶν καὶ τῶν Γαλατικῶν ἱππέων τινὰς, σὺν δὲ τούτοις τῶν ἐξ Ἀχαΐας ἐπιλέκτων εἰς δισχιλίους πεζοὺς ἀθροίσας, ἐν τῇ τῶν Δυμαίων πόλει κατέλιπεν· ἅμα μὲν ἐφεδρείας ἔχοντας, ἅμα δὲ προφυλακῆς τάξιν πρὸς τὸν ἀπὸ
3 τῆς Ἠλείας φόβον. αὐτὸς δ᾽, ἔτι πρότερον γεγραφὼς τοῖς Μεσσηνίοις καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἔτι δὲ τοῖς Ἀκαρνᾶσι, καὶ Σκερδιλαΐδᾳ, πληροῦν ἑκάστοις τὰ παρ᾽ αὐτοῖς πλοῖα, καὶ συναντᾷν εἰς

III. 1. Κυλλήνην. Κυλήνην Bav. & sic mox iterum. Ibid. ἐπιβάληται prætuli ex Flor. Aug. Reg. A. ἐπιβάλληται edd. ex Bav.

3. Per idem tempus Aetolorum prætor, *Dorimachus*, Agelaum & Scopam cum Neocretibus quingentis suppetias *Eleis* misit: qui, veriti ne *Cyllenen* obsidere in animo Philippus haberet, & mercede peregrinum militem conducebant, & civiles copias ex Elea conscribebant; ipsam quoque Cyllenam summo studio munientes. Propterea *Philippus*, coactos in unum Achæorum mercenarios, nonnullosque ex Cretensibus, quos habebat sub signis, & ex Gallicis equitibus, tum bis mille pedites qui ex Achaia erant conscripti, in Dymæorum urbe collocavit, simul in subsidium sibi, simul ut, si quis ab Eleis metus ingrueret, præsidio essent. Ipse, literis prius datis ad Messenios, Epirotas, Acarnanes, atque Scerdilaïdam, ut suas quique naves instruerent, & ad Cephalle-

O. 140.2. Cephalleniam petit Philippus. Pronni. Pale vel Palus, opp. Cephalleniæ.

Κεφαλληνίαν, ἀναχθεὶς ἐκ τῶν Πατρῶν κατὰ τὴν
σύνταξιν ἔπλει, καὶ προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κα-
τὰ Πρόννους. ὁρῶν δὲ τό τε πολισμάτιον τοὺς Πρόν- 4
νους δυσπολιόρκητον ὄν, καὶ τὴν χώραν στενὴν, παρέ-
πλει τῷ στόλῳ, καὶ καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Πα-
λαιέων πόλιν. Συνιδὼν δὲ ταύτην τὴν χώραν γέ- 5
μουσαν σίτου, καὶ δυναμένην τρέφειν στρατόπεδον,
τὴν μὲν δύναμιν ἐκβιβάσας προσεστρατοπέδευσε τῇ
πόλει· τὰς δὲ ναῦς συνορμίσας, τάφρῳ καὶ χάρακι
περιέβαλε, τοὺς δὲ Μακεδόνας ἐφῆκε σιτολογεῖν.
αὐτὸς δὲ περιῄει τὴν πόλιν, ἐπισκοπῶν, πῶς δυνα- 6
τὸν εἴη προσάγειν ἔργα τῷ τείχει καὶ μηχανάς·
βουλόμενος ἅμα μὲν προσδέξασθαι τοὺς συμμάχους,
ἅμα δὲ τὴν πόλιν ἐξελεῖν· ἵνα, πρῶτον μὲν, Αἰτω- 7
λῶν παρέληται τὴν ἀναγκαιοτάτην ὑπηρεσίαν· ταῖς
γὰρ τῶν Κεφαλλήνων ναυσὶ χρώμενοι, τάς τ' εἰς
Πελο-

3. *Κεφαληνν. per λ simpl. constanter Bav. & Perott.* Ibid. Πρόννους. *Πρόνους edd. ex Bav.* 4. Παλαιέων. *Παλαιῶν Vat. Flor. Rectius fuisset* Παλέων. 5. ἐφῆκε σιτολογεῖν. *In Bav. superscr.* ἀφῆκε. 7. Κεφαλλήνων. *Κεφαλληναίων Aug. Reg. A.*

phalleniam sibi occurrerent, Patris ad diem constitutam classe profectus, ad *Pronnos*, qui locus est in *Cephallenia*, portum tenuit. Animadvertens autem, neque oppidulum *Pronnos* sine magna difficultate obsideri posse, & regionem illam esse angustam, provectus ulterius, ad *Palæensium* urbem naves appulit. Vbi copiam segetum uberrimam in agris nactus, quibus ali commode exercitus poterat, expositis in terram copiis, ad ipsum oppidum castra communit. Et quum in siccum naves subduxisset, fossa valloque eas sepsit, ac Macedonas frumentatum misit. Ipse urbem circumcirca lustrare & circumspicere, qui possent opera tormentaque mœnibus admoveri: habens in animo & socios eo loci excipere, & simul urbem illam expugnare. In quo illud primum spectabat, ut Aetolis necessarium adprime subsidium adimeret: quippe illi, quoties aut in Peloponnesum

Πελοπόννησον ἐποιοῦντο διαβάσεις, καὶ τὰς Ἠπει- A.V.536.
8 ρωτῶν, ἔτι δ᾽ Ἀκαρνάνων ἐπόρθουν παραλίας· δεύ-
τερον δ᾽, ἵνα παρασκευάσῃ μὲν αὑτῷ, παρασκευάσῃ
9 δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις, ὁρμητήριον εὐφυὲς κατὰ τῆς
τῶν πολεμίων χώρας. Ἡ γὰρ Κεφαλληνία κεῖται
μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικε-
10 λικὸν ἀνατείνουσα πέλαγος· ἐπίκειται δὲ τῆς μὲν
Πελοποννήσου τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν
μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων
χώρᾳ· τῆς δ᾽ Ἠπείρου καὶ τῆς Αἰτωλίας, ἔτι δὲ
τῆς Ἀκαρνανίας, τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ πρὸς
τὰς δύσεις μέρεσιν ἐστραμμένοις.

Cephalleniæ situs.

Διὸ καὶ πρός τε τὴν συναγωγὴν τῶν συμμάχων
εὐφυῶς ἐχούσης, καὶ κατὰ τῆς τῶν πολεμίων καὶ
πρὸ τῆς τῶν φίλων χώρας εὐκαίρως κειμένης, ἔσπευ-
δε χειρωσάμενος ὑφ᾽ αὑτὸν ποιήσασθαι τὴν νῆσον.
2 συνθεωρῶν δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα μέρη τῆς πόλεως,
τὰ μὲν θαλάττῃ, τὰ δὲ κρημνοῖς περιεχόμενα, βρα-
χὺν

IV. Philippus ad Palantem.

nesum vellent trajicere, aut Epirotarum Acarnanumve oram deprædari, Cephalleniorum navibus uti consueverant. Deinde, ut & sibi & sociis receptaculum pararet opportunum ad impressiones in hostilem agrum faciendas. *Cephallenia* enim ad sinum Corinthiacum sita, Siculumque spectans mare, Peloponnesi partibus quæ ad septemtrionem & occasum vergunt, præcipue autem regioni Eleorum, imminet; Epiri vero & Aetoliæ atque Acarnaniæ partibus illis quæ meridiei & occidenti soli sunt obversæ.

4. Quoniam igitur & ad congregandas sociorum copias locus erat peropportunus, & ad lædendum hostes, protegendumque amicos pares commoditates habebat; occupare insulam suique juris facere vehementer cupiebat. Considerans autem, ceteras urbis partes aut mari aut præruptis cotibus cingi, brevem

Ol.140.2. Philippus ad Palantem.

χὺν δέ τινα τόπον ἐπίπεδον αὐτῆς ὑπάρχοντα, τὸν πρὸς τὴν Ζάκυνθον ἐστραμμένον, τῇδε διενοεῖτο προσάγειν ἔργα, καὶ τῇδε τὴν ὅλην συνίστασθαι πολιορκίαν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς περὶ ταῦτα καὶ 3
πρὸς τούτοις ἦν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, πεντεκαίδεκα μὲν ἧκον λέμβοι παρὰ Σκερδιλαΐδου· τοὺς γὰρ πλείστους ἐκωλύθη πέμψαι, διὰ τὰς γενομένας ἐπιβολὰς καὶ ταραχὰς περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα δυνάστας. ἧκον δὲ καὶ παρ' Ἠπειρω- 4
τῶν, καὶ παρ' Ἀκαρνάνων, ἔτι δὲ Μεσσηνίων, οἱ διαταχθέντες σύμμαχοι. Τῆς γὰρ τῶν Φιαλέων πόλεως ἐξαιρεθείσης, ἀπροφασίστως τὸ λοιπὸν ἤδη μετεῖχον οἱ Μεσσήνιοι τοῦ πολέμου. Τῶν δὲ πρὸς 6
τὴν πολιορκίαν ἡτοιμασμένων, διαθεὶς τὰ βέλη καὶ τοὺς πετροβόλους κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας τόπους πρὸς

Suspensum murum dejicit.

IV. 3. πλείστους. *Imo* πλείους, *aut* πάντας. Ibid. ἐπιβολὰς *adscivi ex Aug. Reg. A. Vulgo alii* ἐπιβουλάς. Ibid. περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα δυνάστας. περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πόλιν δυνάστας *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους δυνάστας *Bav. Ejeci vocabulum controversum. Possis vero etiam suspicari* τῶν περὶ τοὺς (*vel* τὰς) κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους (*vel* πόλεις) δυναστῶν. 5. οἱ Μεσσήνιοι. *Articulum, quem ignorant alii, recepi ex Aug.*

brevem vero quemdam locum, qui Zacynthum spectabat, per planum adiri posse; ab hac parte machinas admovere, & eo molem totam obsidionis conferre statuit. Dum hæc curat, inque his occupatur *Philippus*, lembi quindecim a *Scerdilaïda* missi veniunt: plures enim ne posset mittere, impediverunt molitiones atque turbæ a variis per Illyriam dynastis excitatæ. Venerunt autem & a sociis milites, qui fuerant imperati, Epirotis, Acarnanibus & Messeniis. Post captam namque Phialensium urbem, de cetero nihil jam recusabant *Messenii*, quo minus participes belli essent. Vbi fuerunt omnia ad obsidionem parata, & locis opportunis adversus mœnium propugnatores catapultæ balistæque

πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἀμυνομένους, παρακαλέσας A.V. 536.
τοὺς Μακεδόνας ὁ βασιλεὺς, προσῆγε τὰς μηχα-
νὰς τοῖς τείχεσι, καὶ διὰ τούτων τοῖς ὀρύγμασιν ἐνε-
7 χείρει. ταχὺ δὲ τοῦ τείχους ἐπὶ δύο πλέθρα κρε-
μασθέντος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἔργοις προθυμίαν τῶν
Μακεδόνων, ἐγγίσας τοῖς τείχεσιν ὁ βασιλεὺς, παρή-
νει τοῖς ἐν τῇ πόλει, τίθεσθαι πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρή-
8 νην. τῶν δὲ παρακουόντων, ἐμβαλὼν πῦρ τοῖς ἐρείσ-
μασιν, ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖ-
9 χος. Οὗ γενομένου, πρώτους ἐφῆκε τοὺς πελτα- Per Leontii perfidiam urbe non potitur.
στὰς, τοὺς ὑπὸ Λεόντιον ταττομένους, σπειρηδὸν
τάξας, καὶ παραγγείλας βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώ-
10 ματος. οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, τηροῦντες τὰ πρὸς
τὸν Ἀπελλῆν συγκείμενα, τρὶς ἑξῆς τοὺς νεανίσκους,
ὑπερβάντας τὸ πτῶμα, διέτρεψαν τοῦ μὴ τελε-
11 σιουργῆσαι τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως. προδιε-

10. *τρὶς ἑξῆς τοὺς νεανίσκους. Mendose scripti libri τρεῖς ἑξῆς τοὺς νεανίσκους. Hinc, abjecto articulo, editur vulgo τρεῖς ἑξῆς νεανίσκους. Mihi alia medela potior certiorque visa est.* Ibid. *τὸ πτῶμα. τῷ πτώματι Bav. Aug. Reg. A.*

stæque dispositæ; rex, hortatus Macedonas, muris machinas admovet, earumque præsidio tutus, cuniculos incipit agere. Quumque brevi tempore, propter singularem Macedonum alacritatem in opere faciendo, ad duo jugera suffossi suspensique muri essent; succedit rex ad muros, & oppidanos ad pacem secum ineundam invitat. Quibus negligenter audientibus, immisso igne fulturas corrumpit; ac simul, quantum erat muri spatium sublicis suspensum, dejicit. Quod ubi factum est, cetratos cum duce suo *Leontio* per cohortes divisos, omnium primos immittit, jussos per ruinam irrumpere. At *Leontius*, memor conjurationis cum *Apelle* factæ, ter deinceps juvenes, postquam ruinam jam superaverant, terrore injecto avertit, quo minus institutum perficerent urbemque caperent; quum & potissimos quosque ductores

Ol.140.2. φθαρκότες μὲν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν κατὰ μέ-
ρος ἡγεμόνων, ἐθελοκακοῦντες δὲ, καὶ παρ' ἕκαστον
ἀποδειλιῶντες αὐτοί. τέλος ἐξέπεσον ἐκ τῆς πόλεως, 12
πολλὰς πληγὰς λαβόντες, καίπερ εὐχερῶς δυνά-
μενοι κρατῆσαι τῶν πολεμίων. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ὁρῶν 13
ἀποδειλιῶντας μὲν τοὺς ἡγεμόνας, τραυματίας δὲ
καὶ πλείους γεγονότας τῶν Μακεδόνων, τῆς μὲν πο-
λιορκίας ἀπέστη, περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἐβουλεύετο μετὰ
τῶν φίλων.

V. Acarnanes Philippum invitant ad invadendam Aetoliam.

V. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Λυκοῦργος μὲν
εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐξεστρατεύκει· Δορίμαχος δὲ,
τοὺς ἡμίσεις ἔχων Αἰτωλῶν, εἰς Θετταλίαν ἐπεποίη-
το τὴν ὁρμήν· ἀμφότεροι πεπεισμένοι, τὸν Φίλιπ-
πον ἀποσπάσειν τῆς τῶν Παλαιέων πολιορκίας.
ὑπὲρ ὧν ἧκον πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα, παρά τε 2
Ἀκαρνάνων καὶ παρὰ Μεσσηνίων· οἱ μὲν παρὰ τῶν
Ἀκαρνάνων, παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν
τῶν

12. τέλος. Forſ. καὶ τέλος, vel τέλος δὲ.

V. 1. Αἰτωλῶν. τῶν Αἰτωλῶν malim. Ibid. ἐπεποίητο. ἐποιήσατο edd. ex Bav.

ctores ordinum antea corrupiſſet, & ipſe, de induſtria ignaviam affectans, metuere ſubinde ſe oſtenderet. Itaque urbe tandem, magno detrimento accepto, ejecti ſunt; quum facile ſuperare hoſtem potuiſſent. Rex, ubi duces ignave ſe gerere, Macedonum autem plurimos videt eſſe ſauciatos, ſoluta obſidione, quid deinceps facto ſit opus, concilio amicorum habito, deliberat.

5. Eodem vero tempore & *Lycurgus* in Meſſeniam expeditionem fecerat: & *Dorimachus* cum dimidia parte Aetolorum in Theſſaliam irruperat: perſuaſi ambo, ſe hoc pacto *Philippum* ab obſidione *Palæenſium* eſſe revocaturos. Nec defuerunt eo nomine miſſæ ad regem legationes cum ab Acarnanibus, tum a Meſſeniis. Qui ex *Acarnania* veniebant, hortabantur, ut, *in Aetolorum* agrum

τῶν Αἰτωλῶν χώραν, καὶ τόν τε Δορίμαχον ἀπο- A.V. 536.
στῆσαι τῆς εἰς τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς, καὶ τὴν χώ-
ραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν
3 ἀδεῶς· οἱ δὲ παρὰ τῶν Μεσσηνίων, δεόμενοι σφίσι Messenii opem ejus implorant adv. Lycurgum.
βοηθεῖν, καὶ διδάσκοντες, ὅτι, τῶν Ἐτησίων ἤδη
στάσιν ἐχόντων, δυνατόν ἐστι τὴν παρακομιδὴν ἐκ
τῆς Κεφαλληνίας εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐν ἡμέρᾳ ποιή-
4 σασθαι μιᾷ. διὸ οἱ περὶ Γόργον τὸν Μεσσήνιον,
αἰφνίδιον καὶ πραγματικὴν ἐσομένην συνίστασαν τὴν
5 ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπίθεσιν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόν-
τιον, τηροῦντες τὴν αὐτῶν ὑπόθεσιν, συνήργουν τοῖς
περὶ τὸν Γόργον ἐκτενῶς, θεωροῦντες, ὅτι συμβήσε-
ται τὴν θερείαν εἰς τέλος ἄπρακτον γενέσθαι τῷ
6 Φιλίππῳ. πλεῦσαι μὲν γὰρ εἰς τὴν Μεσσηνίαν, ῥᾴ-
διον ἦν· ἀναπλεῦσαι δ' ἐκεῖθεν, τῶν ἐτησίων ἐπε-
7 χόντων, ἀδύνατον. ἐξ οὗ δῆλον ἦν, ὡς ὁ μὲν Φίλιπ-
πος, ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ μετὰ τῆς δυνάμεως συγκλει-
σθεὶς, ἀναγκασθήσεται τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ θέρους

O 5 ἀπρα-

2. Δορίμ. ἀποστῆσαι. *ἀποσπάσαι edd. ex Bav.* 4. διό. *δι' ὧν edd. ex Bav.* δι' ὃν *Aug. Reg. A.* 6. ῥᾴδιον. ῥαδίως *Vat. Flor.*

agrum impressione facta, & Dorimachum ab invadenda Macedonia retraheret, & universam Aetolorum regionem sine ullo periculo depopularetur. Messeniorum vero legati, *opem sibi ferri* orantes, addebant, *nunc, cum Etesiarum flatus vigerent, posse uno die a Cephallenia in Messeniam trajici.* Ex quo efficiebat *Gorgus* Messenius, *inopinato invadi Lycurgum posse & bene rem geri.* Et *Leontius*, propositum sibi consilium spectans, Gorgum studio summo adjuvat; ut qui futurum provideret, totam ut æstatem plane inutiliter eo pacto *Philippus* consumeret. Etenim navigare quidem in Messeniam, perfacile erat; rediri vero inde *Etesiarum* diebus nullo poterat modo. Ex quo apparebat, *Philippum*, cum exercitu in Messenia inclusum, reliquam æstatem necessario

Ol.140.2. ἄπρακτος μένειν, οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ, τὴν Θετταλίαν καὶ
τὴν Ἤπειρον ἐπιπορευόμενοι, κατασυροῦσι καὶ πορ-
θήσουσι πᾶσαν ἀδεῶς. Οὗτοι μὲν οὖν, λυμαινόμε- 8
νοι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συνεβούλευον. Οἱ δὲ
περὶ τὸν Ἄρατον, συμπαρόντες, τῆς ἐναντίας προέ-
στασαν γνώμης. δεῖν γὰρ ἔφασαν εἰς τὴν Αἰτωλίαν 9
ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ τούτων ἔχεσθαι τῶν πραγ-
μάτων· ἐξεστρατευκότων γὰρ τῶν Αἰτωλῶν μετὰ
Δοριμάχου, κάλλιστον εἶναι καιρὸν ἐπελθεῖν καὶ πορ-
θῆσαι τὴν Αἰτωλίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὰ μὲν ἀπι- 10
στῶν ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐκ τῆς περὶ τὴν
πολιορκίαν ἐθελοκακήσεως, συναισθανόμενος δὲ καὶ
ἐκ τοῦ περὶ τὸν Παλοῦντα διαβουλίου αὐτῶν τὴν
κακοπραγμοσύνην, ἔκρινε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι
κατὰ τὴν Ἀράτου γνώμην. Διόπερ Ἐπηράτῳ μὲν 11
ἔγραψε, τῷ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγῷ, βοηθεῖν τοῖς
Μεσσηνίοις, ἀναλαβόντι τοὺς Ἀχαιούς· αὐτὸς δ᾽
ἀνα-

Arati consilium sequitur Philippus.

7. *κατασυροῦσι καὶ πορθήσουσι correxit Caſaub. Ante eum omnes κατασύρουσι καὶ πορθοῦσι.* 8. *λυμαινόμενοι. λυμεωνευόμενοι Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod poteſt Polybianum videri.*

ceſſario per otium traducturum; Aetolis vero Theſſaliam & Epirum omnem impune incurſandi, vaſtandi, urendi, poteſtatem fore. Ita ergo iſti hæc & ſimilia his perniciosa conſilia regi ſuggerebant. *Aratus* vero, qui concilio intererat, plane contrarium ſuadere; &, *Aetoliam claſſe petendam eſſe*, dicere, *eoque bellum eſſe transferendum: quippe nunc, Aetolis cum Dorimacho in expeditionem profectis, opportuniſſimum eſſe tempus illius regionis incurſandæ atque diripiendæ.* Rex, Leontio partim jam diffidens, ex quo affectatam ejus ignaviam in oppugnatione viderat, partim ex conſultatione circa *Paluntem* inſtituta intelligens prava hominis conſilia, *Arati* ſententiam ſibi ſequendam eſſe duxit. Itaque literis ad *Eperatum* prætorem Achæorum datis, imperat ei, ut collecto ex Achæis exercitu Meſſeniis opem

ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, παρῆν δευτεραῖος εἰς A.V. 536.
12 Λευκάδα μετὰ τοῦ στόλου νυκτός. εὐτρεπισάμενος
δὲ τὰ περὶ τὸν Διέρυκτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας
τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλουν κατὰ τὸν Ἀμ-
13 βρακικὸν καλούμενον κόλπον. ὁ δὲ προειρημένος κόλ-
πος, ἐπὶ πολὺ προτείνων ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελά-
γους, εἰς τοὺς μεσογαίους ἀνήκει τόπους τῆς Αἰτω-
14 λίας, καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται. διανύσας Limnæam
δὲ, καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ appellit.
καλουμένῃ Λιμναίᾳ, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀριστο-
ποιεῖσθαι παρήγγειλε, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀποσκευῆς
ἀποθεμένοις, εὐζώνους σφᾶς παρασκευάζειν πρὸς
15 ἀναζυγήν. αὐτὸς δὲ, τοὺς ὁδηγοὺς ἀθροίσας, τά τε
περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις
ἐπυνθάνετο καὶ διηρεύνα.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἧκεν ἔχων Ἀριστό- VI.
φαντος ὁ στρατηγὸς πανδημεὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας· Acarnanes se ei
πολλὰ jungunt.

11. *In Aug. & inde in edit. Hervag. & seqq. abest verbum* παρῆν, *sed post* νυκτὸς *additur* ἧκε. *Forsan olim fuerat* ἧ καὶ εὐτρεπισ. *& aberat ibi particula* δὲ. 12. ἀπόπλουν. ἀνάπλουν *Aug.* 14. ἀποθεμένοις. ἀποθεμένους *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

opem ferret: ipse *Leucadem* ex Cephallenia cum classe altero post die noctis silentio appellit. Vbi rebus omnibus præparatis in freto manu effosso, quem *Dioryctum* vocant, translatisque illac navibus, *Ambracium sinum* est invectus: qui, ut jam ante diximus, e Siculo mari longe procurrens, ad mediterranea Aetoliæ pertinet. Confecto autem cursu prius aliquanto quam illucesceret, ad *Limnæam* (oppidi id nomen est) portum cepit. Moxque prandere milites, &, posita impedimentorum majori parte, concinnare se ad iter expeditos, jubet. Ipse, ducibus viæ pluribus coactis, de natura locorum, & de adjacentium urbium situ percontari & omnia diligenter inquirere.

6. Eo tempore *Aristophantus*, prætor *Acarnanum*, omnes ejus gentis copias secum trahens ad regem

Ol. 140. 2.
Acarnanes se ei jungunt.

πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνώτερον
χρόνοις ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἐκθύμως εἶχον πρὸς τὸ
κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς
Αἰτωλούς. Διόπερ ἀσμένως ἐπιλαβόμενοι τότε τῆς 2
Μακεδόνων ἐπαρκείας, ἧκον ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐ μόνον
ὅσοις ὁ νόμος ἐπέταττε στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ τῶν
πρεσβυτέρων τινές. οὐκ ἐλάττω δὲ τούτων ὁρμὴν 3
εἶχον Ἠπειρῶται, διὰ τὰς παραπλησίους αἰτίας·
διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς χώρας, καὶ διὰ τὸ τῆς
παρουσίας αἰφνίδιον τῆς τοῦ Φιλίππου, καθυστέ-
ρουν τῇ συναγωγῇ τῶν καιρῶν. τῶν δ' Αἰτωλῶν τοὺς 4
μὲν ἡμίσεις ἔχων [ἀπῆν] Δορίμαχος, καθάπερ
εἴπον, τοὺς δ' ἡμίσεις ἀπολελοίπει· νομίζων ἀξιό-
χρεων πρὸς τὰ παράδοξα ταύτην τὴν ἐφεδρείαν
ὑπάρχειν τῶν τε πόλεων, καὶ τῆς χώρας. Ὁ δὲ 5
βασιλεὺς, ἀπολιπὼν φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀπο-
σκευῆς,

Thermum Aetoliæ petit.

VI. 2. *ἐπαρκείας ex emend. virorum doctorum recepi. ἐπαρχίας vulgo edd. cum msstis.* 4 *ἔχων Δορίμαχος dant mssti omnes, & carent verbo. ἦν interseruit Casaubonus. Prætuli ἀπῆν, & uncis inclusi. Possis & ἐξεληλύθει vel aliud simile suspicari.*

gem venit. Multas enim easque graves injurias ab *Aetolis* superioribus temporibus perpessi, vindicandi se & damnum Aetolis inferendi cupiditate mirum in modum flagrabant. Læti igitur occasionem Macedonici auxilii amplectentes, non ii solum qui per leges militiæ dare nomen tenebantur, sed etiam e grandioribus ætate militari nonnulli, cum armis præsto aderant. Nec minore impetu, similes ob caussas, etiam *Epirotæ* ferebantur; sed propter provinciæ amplitudinem, & subitum Philippi adventum, haud satis tempestive cogere copias suas potuerant. Totius Aetolorum exercitus dimidiam partem, ut antea diximus, Dorimachus secum abduxerat; alteram reliquerat; satis idoneum præsidium adversus incerta casuum, & urbibus & agris tutandis, id futurum existimans. Rex, ad tuitionem impedimentorum manu

σκευῆς, τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Λιμναίας δείλης, A.V. 536.
καὶ προελθὼν ὡς ἑξήκοντα στάδια κατεστρατοπέ-
6 δευσε. δειπνοποιησάμενος δὲ, καὶ βραχὺ διαναπαύσας τὴν δύναμιν, αὖθις ὥρμα· καὶ συνεχῶς νυκτοπορήσας ἧκε πρὸς τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στράτου· σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Θέρμοις τόπον ἐπιβαλεῖν.

VII. Consilium regis frustra impedire conatur Leontius.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, κατὰ δύο τρόπους ὁρῶντες τὸν μὲν Φίλιππον καθιζόμενον τῆς προθέσεως, τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς ἀδυνατήσοντας τοῖς παροῦσι· καθ' ἕνα μὲν, ᾗ ταχεῖα καὶ παράδοξος ἡ τῶν Μα-
2 κεδόνων ἐγεγόνει παρουσία· καθ' ἕτερον δὲ, ᾗ πρός γε τὸν ἐν τοῖς Θέρμοις τόπον, οὐδέποτ' ἂν ὑπολαβόντες Αἰτωλοὶ τολμῆσαι τὸν Φίλιππον οὕτω προχείρως αὐτὸν δοῦναι, διὰ τὰς ὀχυρότητας τῶν τόπων,

6. *Θέρμοις* Θερμοῖς *edd. cum aliis. Et sic mox iterum.*
VII. 1. *Post* ἀδυνατήσοντας *excidisse verbum* ἐπικουρεῖν, ἐπαμύναι, *aut aliud simile, suspicati sunt Casaub. & Reisk.* 2. αὐτὸν δοῦναι. αὐτὸν *Bav.*

manu militum idonea relicta, circa vesperam profectus e *Limnæa*, stadiis circiter sexaginta confectis, metatur castra. Cœnatus deinde, & modico spatio ad quiescendum militi concesso, mox iterum pergit ire; ac per noctem continuato itinere, ad amnem *Acheloum* inter *Conopen* & *Stratum*, illucescente jam die, pervenit: habens in animo, irruptione subita & inopinata *Thermum* occupare.

7. Intellexerat *Leontius*, duplicem ob caussam Philippi consilium habiturum exitum, neque fieri posse ut Aetoli conatus illius impedirent; tum quia celeriter & præter hominum opinionem Macedonum exercitus advenerat; tum quia, quod ad *Thermum* quidem attinet, nihil prorsus tale cogitantes planeque imparatos erat Aetolos oppressurus: qui quidem persuasum haberent, numquam ita salutis suæ

Ol.140.2. πων, ἔμελλον ἀπρονόητοι καὶ παντελῶς ἀπαράσκευοι ληφθήσεσθαι πρὸς τὸ συμβαῖνον· εἰς ἃ βλέποντες, 3
καὶ τηροῦντες τὴν ἑαυτῶν πρόθεσιν, ᾤοντο δεῖν τὸν Φίλιππον, περὶ τὸν Ἀχελῷον στρατοπεδεύσαντα, προσαναπαῦσαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς νυκτοπορίας, σπουδάζοντες βραχεῖάν γε τοῖς Αἰτωλοῖς ἀναστροφὴν δοῦναι πρὸς τὴν βοήθειαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν 4
Ἄρατον, θεωροῦντες τὸν μὲν καιρὸν ὀξὺν ὄντα τῆς ἐπιβολῆς, τοὺς δὲ περὶ τὸν Λεόντιον προδήλως ἐμποδίζοντας, διεμαρτύροντο τὸν Φίλιππον, μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, μηδὲ καταμέλλειν. οἷς καὶ πεισθεὶς 5
ὁ βασιλεὺς, καὶ προσκόπτων ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν κατὰ τὸ συνεχές.

Acheloum superat Philippus.

Διαβὰς δὲ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, προῆγε συντό- 6
νως ὡς ἐπὶ τὸ Θέρμον· ἅμα δὲ προάγων, ἐδῄου καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν. παρῄει δὲ, ἐκ μὲν εὐωνύμων 7
ἀπολιπὼν Στράτον, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς· ἐκ δὲ δε-

ξιῶν

7. Θεστιεῖς. Θετιεῖς *Aug. Reg. A.*

ſuæ prodigum fore *Philippum*, ut in loca usque adeo munita & difficilia ſe immitteret. Hæc igitur cogitans *Leontius*, & in ſuſcepta proditione perſtans, auctor regi erat, ut ad *Acheloum* amnem communitis caſtris militem ex itinere nocturno reficeret: id nempe agens ſedulo, ut breve ſaltem aliquod tempus ad ſubveniendum ſibi ipſis daret Aetolis. Sed *Aratus*, qui non ignorabat rei gerendæ occaſionem eſſe præcipitem, cernens Leontium ſalutaria conſilia manifeſte impedientem, Philippum obteſtatur, ne ceſſando & prolatando agendi tempora conſumeret. Cujus approbata ſententia, rex, quem Leontii facta jam offendebant, inceptum iter pergit exſequi. Itaque *Acheloum* transgreſſus, *Thermum* verſus feſtinato agmen ducit: ſimul, quacumque iter faceret, omnia urere ac vaſtare. In tranſitu reliquit ad ſiniſtram *Stratum*, *Agrinium*, *Theſtienſes*; ad dex-

teram

ξιῶν Κωνώπην, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοίτεον. A. V. 536.
8 ἀφικόμενος δὲ πρὸς πόλιν τὴν καλουμένην Μέταπαν, ἣ κεῖται μὲν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς Τριχωνίδος λίμνης καὶ τῶν παρὰ ταύτῃ στενῶν, ἀπέχει δὲ σχεδὸν ἑξήκοντα στάδια τοῦ προσαγορευομένου Θέρμου·
9 ταύτην μὲν, ἐκλιπόντων τῶν Αἰτωλῶν, εἰσαγαγὼν πεντακοσίους στρατιώτας κατεῖχε· βουλόμενος ἐφεδρείᾳ χρήσασθαι πρός τε τὴν εἴσοδον καὶ τὴν ἔξοδον
10 τὴν ἐκ τῶν στενῶν. ἔστι γὰρ πᾶς ὁ παρὰ τὴν λίμνην τόπος ὀρεινὸς καὶ τραχὺς, συνηγμένος ταῖς ὕλαις· διὸ καὶ παντελῶς στενὴν καὶ δυσδίοδον ἔχει
11 τὴν πάροδον. Μετὰ δὲ ταῦτα, τοὺς μὲν μισθοφόρους προθέμενος πάσης τῆς πορείας, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς Ἰλλυριοὺς, ἑξῆς δὲ τοὺς πελταστὰς καὶ φαλαγγίτας ἔχων, προῆγε διὰ τῶν στενῶν· ἀπουραγούντων μὲν αὐτῷ τῶν Κρητῶν, δεξιῶν δὲ παρὰ πλάγια τῶν Θρᾳκῶν καὶ ψιλῶν ἀντιπαραπορευομένων

Metapa opp. ad Trichonium lacum.

7. Φοίτεον. Φύτεον *Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perott.* 8. προσαγορ. *Mendose* προαγορευομ. *editio Hervag. & seqq.* 11. ἀντιπαραπορ. ἀντιπορευομένων *Bav.*

teram vero *Conopen*, *Lysimachiam*, *Trichonium*, *Phœteum*. Deinde ad urbem pervenit, quam *Metapam* vocant, ad *Trichonium lacum* & ipsas illius fauces sitam, & ab eo loco quem Thermum appellant, stadia sexaginta distantem. Hanc, ab Aetolis desertam, quingentorum militum præsidio inducto rex tenuit: ut per fauces ingredienti atque exeunti, munimento esset. Est enim tota ripa illius lacus montosa & aspera, ac propter sylvas viæ imminentes angusta: itaque arcto admodum & difficili tramite transitur. Deinde mercenariis agmen universum præire jussis, quos sequebantur Illyrii; ipse, proximos his ducens cetratos cum Macedonicæ phalangis legionariis, per fauces pergere instituit. Agmen claudebant Cretenses; cum interim ad latus dextrum Thraces & levis armatura æquis passibus extra

Ol.140.2. μένων ταῖς χώραις. τὴν μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὐωνύμων 12
ἐπιφάνειαν τῆς πορείας ἠσφαλίσθη λίμνη σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια.

VIII. Thermum pervenit Philippus.

Ἀνύσας δὲ τοὺς προειρημένους τόπους, καὶ παραγενόμενος πρὸς τὴν καλουμένην κώμην Παμφίαν, ὁμοίως καὶ ταύτην ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ, προέβαινε πρὸς τὸ Θέρμον, ὁδὸν οὐ μόνον προσάντη καὶ τραχεῖαν διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ κρημνοὺς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἔχουσαν βαθεῖς· ὥστε καὶ λίαν 2
ἐπισφαλῆ καὶ στενὴν τὴν πάροδον εἶναι κατ᾽ ἐνίους τόπους· τῆς πάσης ἀναβάσεως οὔσης σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια. διανύσας δὲ καὶ ταύτην ἐν βρα- 3
χεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ τοὺς Μακεδόνας ἐνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, ἧκε πολλῆς ὥρας ἐπὶ τὸ Θέρμον· καὶ καταστρατοπεδεύσας, ἀφῆκε τὴν δύναμιν τάς 4
τε περιοικίδας κώμας πορθεῖν, καὶ τὸ τῶν Θερμίων πεδίον

11. ταῖς χώραις. *An ταῖς παρωρείαις?*

VIII. 1. κώμην. *In Bav. ſuperſcr.* πόλιν *ead. manu.* Ibid. Παμφίαν. *Inferius* τὸ Πάμφιον *vocatur.* Ibid. πρὸς τὸ Θέρμον. πρὸς τὸν Θέρμον *h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A.* Ibid. προσάντη. ἀνάντη *Bav.* 3. πολλῆς ὥρας. πολλῆς ἔτι ὥρας *malim*, multo adhuc die. 4. ἀφῆκε. ἐφῆκε *Flor. Aug. Reg. A.* Ibid. Θερμίων. Θερμαίων *dant iidem libri.*

extra viam progrederentur: nam ſiniſtrum agminis latus tegebatur ipſo lacu, per triginta porrecto ſtadia.

8. Confecto per hujusmodi loca itinere, ad vicum nomine *Pamphiam* venitur: unde, locato hic quoque præſidio, *Thermum* rex progreditur: via non ſolum ardua & cum primis aſpera, ſed quæ etiam ab utraque parte præruptas & altas habet rupes; ut nonnullis in locis per arctam tranſeunti ſemitam, magnum ſit adeundum periculum. Eſt autem adſcenſus univerſus ſtadiorum circiter triginta. Quod ſpatium pariter brevi tempore emenſus, (etenim ſtrenue admodum Macedones iter carpebant:) multo die ad *Thermum* pervenit. Ibi poſitis caſtris, exercitum dimiſit, ut populabundus per omnes vicos circumcirca vagaretur, & Thermiorum campos

πεδίον ἐπιτρέχειν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς οἰκίας τὰς ἐν A.V.536.
αὐτῷ τῷ Θέρμῳ διαρπάζειν, οὔσας πλήρεις οὐ μό- Insignis opulentia
νον σίτου καὶ τῆς τοιαύτης χορηγίας, ἀλλὰ καὶ κα- Thermi.
5 τασκευῆς διαφερούσης τῆς παρ' Αἰτωλῶν. καθ' ἕκαστον γὰρ ἔτος ἀγοράς τε καὶ πανηγύρεις ἐπιφανεστάτας, ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ἀρχαιρεσιῶν καταστάσεις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ συντελούντων, ἕκαστοι πρὸς τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς εἰς ταῦτα παρασκευὰς τὰ πολυτελέστατα τῶν ἐν τοῖς βίοις ὑπαρχόντων εἰς
6 τοῦτον ἀπετίθεντο τὸν τόπον. χωρὶς δὲ τῆς χρείας, καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἤλπιζον ἐνταυθοῖ βεβαιοτάτην αὐτοῖς ὑπάρχειν, διὰ τὸ μήτε πολέμιον τετολμηκέναι μηδένα πώποτε εἰς τοὺς τόπους τούτους ἐμβαλεῖν· εἶναί τε τῇ φύσει τοιούτους, ὥστε τῆς συμ-
7 πάσης Αἰτωλίας οἷον ἀκροπόλεως ἔχειν τάξιν. διότι περ, εἰρηνευομένης ἐκ παλαιοῦ τῆς χώρας, πλήρεις ἦσαν ἀγαθῶν πολλῶν αἵ τε περὶ τὸ ἱερὸν οἰκίαι, καὶ πάντες

4. *τὰς ἐν αὐτῷ. τῶν ἐν αὐτῷ Bav.* Ibid. *τῆς παρ' Αἰτωλῶν. τῶν παρ' Αἰτωλῶν libri omnes ante Urſin. & Caſaub.* 5. *Poſt συντελούντων Caſaub. ex conject. adjecit αὐτῶν.*

campos incurſaret, & domos pariter, quæ in ipſo *Thermo* erant, diriperet, non frumento dumtaxat & omnis generis commeatu refertas, ſed etiam pretioſiſſima ſupellectile quam *Aetoli* haberent. Quoniam enim mercatus quotannis & ludos celeberrimos ibi agitabant, eratque is locus legitimus comitiorum; unusquisque Aetolorum ad inſtruenda hoſpitia, & ad apparatum ſolemnium, pretioſiſſima quæque rerum ſuarum eo conferebat. Atque id quidem faciebant non ſolum, ut ibi eis rebus uterentur, verum etiam ſecuritatis gratia; quam eo loci certiſſimam eſſe confidebant, cum quia nemo umquam hoſtis illuc penetraverat, tum quod ea locorum natura eſſet, ut univerſæ Aetoliæ arx quædam eſſe hic locus crederetur. Quare, quum longa diuturnaque pace eſſent uſi, & proximæ templo domus, & quæ un-

Ol. 140. 2. Omnia diripiunt vel comburunt Macedones.

πάντες οἱ πέριξ τόποι. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν νύκτα 8 παντοδαπῆς γέμοντες ὠφελείας, αὐτοῦ κατηυλίσθησαν. τῇ δ' ἐπαύριον, τῆς μὲν κατασκευῆς τὰ πολυτελέστατα καὶ τὰ δυνατὰ κομίζεσθαι διέλεγον· τὰ δὲ λοιπὰ σωρεύοντες πρὸ τῶν σκηνῶν, ἐνεπίμπρασαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ὅπλων, τῶν ἐν ταῖς στοαῖς 9 ἀνακειμένων, τὰ μὲν πολυτελῆ καθαιροῦντες ἀπεκόμιζον, τινὰ δ' ὑπήλλαττον· τὰ δὲ λοιπὰ συναθροίσαντες, πῦρ ἐνέβαλλον. ἦν δὲ ταῦτα, πλείω τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων.

IX. Templum evertunt.

Καὶ ἕως μὲν τούτου πάντα κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους καλῶς καὶ δικαίως ἐπράττετο· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα πῶς χρὴ λέγειν, οὐκ οἶδα. Λαβόντες 2 γὰρ ἔννοιαν τῶν ἐν Δίῳ καὶ Δωδώνῃ πεπραγμένων τοῖς Αἰτωλοῖς, τάς τε στοὰς ἐνεπίμπρασαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρον, ὄντα πολυτελῆ ταῖς κατασκευαῖς, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας ἔνια

τετευ-

9. ἐνέβαλλον *recepi ex Aug. Vulgo* ἐνέβαλον.

dique circumjacebant, bonis multis abundabant. Nocte igitur illa, cujusque modi præda onuſti, ibi tetenderunt. Poſtridie vero ex univerſa ſupellectile præſtantiſſima quæque ſelegerunt, quæ quidem auferri poterant: reliqua, pro tabernaculis acervatim congeſta, cremant. Similiter etiam ex armis quæ in porticibus viſebantur ſuſpenſa, quæcumque majoris pretii erant, auferunt; quædam permutant: cetera in unum congerunt, ignemque iis immittunt. Cremataque ſunt armorum quina dena millia & amplius.

9. Et hactenus quidem recte ac juſte e belli legibus omnia: de iis vero, quæ poſtea ſunt ſecuta, quid dicam, non ſatis ſcio. Nam ubi venit illis in mentem eorum, quæ Dii ac Dodonæ fecerant Aetoli; & porticus conſumſerunt incendio, &, quidquid reſtabat donariorum, corruperunt; quorum nonnulla pretioſa admodum, & ſtudio magno & impenſa

3 τετευχότα καὶ δαπάνης. οὐ μόνον δὲ τῷ πυρὶ κατελυμήναντο τὰς ὀροφὰς, ἀλλὰ καὶ κατέσκαψαν εἰς ἔδαφος. ἀνέτρεψαν δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ὄντας οὐκ ἐλάττους δισχιλίων· πολλοὺς δὲ καὶ διέφθειραν, πλὴν ὅσοι θεῶν ἐπιγραφὰς ἢ τύπους εἶχον· τῶν δὲ A.V. 536.

4 τοιούτων ἀπέσχοντο. κατέγραφον δ' εἰς τοὺς τοίχους, καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν

Sami poëtæ epigramma.

5 Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ στίχος ἦν·

Ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο;

6 Καὶ μεγίστη δὴ καὶ παράστασις ἐπὶ τούτοις εἶχε τόν τε βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν φίλους, ὡς δικαίως ταῦτα πράττοντας καὶ καθηκόντως, ἀμυνομένους τοῖς ὁμοίοις τὴν τῶν Αἰτωλῶν περὶ τὸ Δῖον ἀσέ-

Vindictæ nimis indulget Philippus.

IX. 3. ἀνέτρεψαν. ἀνέστρεψαν edd. 4. τῆς Σάμου. τῆς τοῦ Σάμου edd. ex Bav. *In nomine Poëtæ, qui apud Meleagrum & Plutarchum* Σάμιος *vulgo vocatur, nil variant libri nostri.* 6. καὶ μεγίστη δὴ καὶ. καὶ μεγίστη δὲ edd. ex Bav.

ſa ingenti erant elaborata. Nec contenti tecta flammis abſumſiſſe, ipſum quoque ædificium ſolo æquarunt. Statuas quin etiam omnes everterunt, quæ pauciores bis mille non erant: multasque etiam diffregerunt, quæ quidem inſcriptæ diis non eſſent, aut formas deorum non haberent; nam ab ejusmodi tamen manus abſtinuerunt. Parietibus autem verſiculum illum, omnium poſtea ſermonibus jactatum, inſcripſerunt; jam tum elegantis ſui ingenii ſpecimen edere incipiente *Samo*, Chryſogoni filio, qui una cum rege fuerat educatus. Verſus fuit talis:

Vides dium telum quo pervolaverit?

Quæ dum patrabantur a Macedonibus, ipſum quidem Regem etiam ejusque amicos ſumma perſuaſio tenebat, juſte hæc atque honeſte fieri, quod jus talionis ab Aetolis exigeretur pro impiis facinoribus, quæ in urbe *Dio* illi admiſiſſent. Mihi vero

Ol.140.2. ἀσέβειαν. Ἐμοὶ δὲ τἀναντία δοκεῖ τούτων. εἰ δ' ἔστιν
ὀρθὸς ὁ λόγος, σκοπεῖν ἐν μέσῳ πάρεστι, χρωμέ-
νους οὐχ ἑτέροις τισὶν, ἀλλὰ τοῖς ἐξ αὐτῆς τῆς οἰ-
κίας ταύτης παραδείγμασιν. Ἀντίγονος, ἐκ πα- 8
ρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, τὸν βασιλέα
τῶν Λακεδαιμονίων, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρ-
της. αὐτός τε ὢν κύριος, ὅ βούλοιτο, χρῆσθαι καὶ 9
τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖ-
χε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους,
ὥστ', ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολί-
τευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγα-
θῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν Λακε-
δαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη. τοι- 10
γαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐερ-
γέτης, ἀλλὰ καὶ, μεταλλάξας, σωτήρ· οὐδὲ παρὰ
μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλη-
σιν, ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς
προειρημένοις.

Moderatior olim Antigonus in Spartanos.

Καὶ

vero contrarium potius videtur: qui an recte sentiam, nec ne, promtum est unicuique dijudicare; non aliunde, quam ex illa ipsa regia familia, petitis exemplis. *Antigonus* post devictum acie Cleomenem, Lacedæmoniorum regem, ipsius quoque Spartæ potitus est. Erat tunc in ejus manu, quidquid vellet, tam de urbe, quam de omnibus civibus, statuere: ille vero tantum abfuit, ut maleficio ullo victos afficeret, ut e contrario patrias ipsis leges & libertatem restituerit, maximaque in Lacedæmonios beneficia, qua publice, qua privatim, contulerit: quod ubi factum, in suum regnum est reversus. Itaque, non illo dumtaxat tempore cum res agebatur, ut bene meritus; verum etiam post obitum, ut servator, judicio omnium est laudatus: neque apud Lacedæmonios tantum, sed apud omnes Græcos, laudem & gloriam immortalem his rebus gestis sibi peperit.

10. Sed

Καὶ μὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν αὐξήσας τὴν βασιλείαν, καὶ γενόμενος ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας, Φίλιππος, νικήσας Ἀθηναίους τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, οὐ τοσοῦτον ἤνυσε διὰ τῶν ὅπλων, ὅσον διὰ τῆς ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας τῶν τρόπων.

A.V. 536. X. Et Philippus Amyntæ fil. in Athenienses.

2 τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις, αὐτῶν μόνων περιεγένετο καὶ κύριος κατέστη τῶν ἀντιταξαμένων· τῇ δ᾽ εὐγνωμοσύνῃ καὶ μετριότητι, πάντας Ἀθηναίους ἅμα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔσχεν ὑποχείριον·
3 οὐκ ἐπιμετρῶν τὸν θυμὸν τοῖς πραττομένοις, ἀλλὰ μέχρι τούτου πολεμῶν καὶ φιλονεικῶν, ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὑτοῦ πρᾳότητος
4 καὶ καλοκαγαθίας. τοιγαροῦν, χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κηδεύσας Ἀθηναίων τοὺς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ἀντιπάτρῳ τὰ τούτων ὀστᾶ, καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς πλείστους ἀμφιέσας· μικρᾷ δαπάνῃ, διὰ τὴν ἀγχίνοιαν,

X. 3. τὸν θυμόν. *Perperam vulgo* τῷ θυμῷ.

10. Sed & ille, qui primus regni hujus opes auxit, quique domum hanc in iſtud faſtigium princeps evexit, *Philippus*, devictis ad Chæroneam *Athenienſibus*, non tantum armis, quantum æquitate atque humanitate morum, eſt conſecutus. Bello namque & armis eos ſolum ſuperavit & in poteſtatem redegit, qui in acie contra ipſum ſteterant: benignitate vero atque moderatione, ſimul populum univerſum Athenienſium & urbem ipſam eorum ſui juris fecit. Neque enim ſupra modum iræ in bellis indulgebat: ſed hactenus inimicos armis magna contentione perſequebatur, donec clementiæ & probitatis ſuæ declarandæ facultatem nanciſceretur. Igitur quum captivos gratis reſtituiſſet, & occiſis Athenienſibus juſta funebria feciſſet, eorumque oſſa per Antipatrum Athenas deferenda curaſſet, & pleroſque etiam redeuntium amictibus donaſſet; prudenti conſilio cum

Ol.140.2. νοιαν, τὴν μεγίστην πρᾶξιν κατειργάσατο. τὸ γὰρ 5
Ἀθηναίων φρόνημα καταπληξάμενος τῇ μεγαλοψυχίᾳ, πρὸς πᾶν ἑτοίμους αὐτοὺς ἔσχε συναγωνιστὰς
Et Alexander in Thebanos, ἀντὶ πολεμίων. Τί δ' Ἀλέξανδρος; ἐκεῖνος γὰρ 6
ἐπὶ τοσοῦτον ἐξοργισθεὶς Θηβαίοις, ὥστε καὶ τοὺς μὲν οἰκήτορας ἐξανδραποδίσασθαι, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψαι, τῆς γε πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας οὐκ ὠλιγώρησε περὶ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως· ἀλλὰ πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ 7
μηδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γενέσθαι περὶ τὰ ἱερὰ καὶ
& in Persas. καθόλου τὰ τεμένη. Καὶ μὴν, ὅτε, διαβὰς εἰς τὴν 8
Ἀσίαν, μετεπορεύετο τὴν Περσῶν ἀσέβειαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, παρὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπειράθη λαβεῖν δίκην ἀξίαν τῶν σφίσι πεπραγμένων· τῶν δὲ τοῖς θεοῖς κατεπιπεφημισμένων πάντων ἀπέσχετο· καίπερ τῶν Περσῶν μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐξαμαρτόντων ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις. Ταῦτ'

6. *ὥστε καὶ τούς. Ignorant καὶ Vat. Flor. Aug. Reg. A. Urb.* Ibid. *περὶ τὴν κατάληψιν. παρὰ malim.* 8. *κατεπιπεφημισμ. correxi auctore Erneſt. Vulgo omnes καταπεφημισμ.*

cum modico ſumtu rem longe maximam confecit. Hac enim tanta animi magnitudine, Athenienſium feroces illos ſpiritus ita perculit dejecitque, ut, pro infeſtis hoſtibus, paratos ad omnia adjutores deinceps illos haberet. Quid *Alexander?* Nam & hic, poſtquam eo crevit ipſius adverſus *Thebanos* ira, ut, habitatoribus ſub corona venditis, urbem ipſam funditus everteret; pietatis tamen erga deos, cum illa caperetur, non eſt oblitus: ſed ſummo ſtudio cavit, ne vel imprudentia ædes deorum aut omnino ſacra ulla loca violarentur. Idem, poſtquam in Aſiam tranſiit, ut immania Perſarum facta adverſus Græcos ulciſceretur, ab hominibus quidem pares ſceleribus ipſorum pœnas conatus eſt exigere; ceterum a locis omnibus quæ diis dedicata erant, vim abſtinuit: quantumvis Perſæ hoc potiſſimum injuriæ genere

9 Ταῦτ' οὖν ἐχρῆν καὶ τότε Φίλιππον ἐν νῷ λαμβάνοντα συνεχῶς, μὴ οὕτω τῆς ἀρχῆς, ὡς τῆς προαιρέσεως, καὶ τῆς μεγαλοψυχίας διάδοχον αὑτὸν ἀναδεικνύναι καὶ κληρονόμον τῶν προειρημένων ἀνδρῶν. A.V. 536.
10 ὁ δὲ, ἵνα μὲν καὶ συγγενὴς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου φαίνηται, μεγάλην ἐποιεῖτο παρ' ὅλον τὸν βίον σπουδήν· ἵνα δὲ ζηλωτὴς, οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἔσχε
11 λόγον. Τοιγαροῦν, τἀναντία τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπιτηδεύων, τῆς ἐναντίας ἔτυχε παρὰ πᾶσι δόξης, προβαίνων κατὰ τὴν ἡλικίαν.

Procedente ætate pejor fit Philippus.

XI. Ὧν ἦν ἓν καὶ τὸ τότε πραχθέν. τοῖς γὰρ Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμὸν, καὶ κακῷ κακὸν ἰώμενος, οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν ἄτοπον.
2 καὶ Σκόπᾳ μὲν καὶ Δωριμάχῳ παρ' ἕκαστον εἰς ἀσέλγειαν καὶ παρανομίαν ὠνείδιζε, τὴν ἐν Δωδώνῃ καὶ Δίῳ προφερόμενος ἀσέβειαν εἰς τὸ θεῖον· αὐτὸς δὲ

XI. Thermi iræ nimis indulget Philippus.

XI. 1. καὶ τὸ τότε πραχθὲν ex Reg. B. edidit Caſaub. καὶ τότε τὸ πραχθὲν dant vett. libri omnes.

nere per Græciam ſæviſſent. Hæc aſſidue tunc cogitare *Philippum* etiam oportebat, ne in imperio magis, quam in vitæ inſtitutis, & magnitudine animi, ſucceſſorem ſe illorum virorum atque hæredem probaret. At ille contra, ut de Alexandri quidem & Philippi genere videretur prognatus, plurimum per omnem vitam laboravit; virtutes vero illorum ut æmularetur, ne minimum quidem curavit. Itaque, quum prædictorum inſtitutis virorum factis contrariis repugnaret, contrariam etiam apud homines famam, procedente ætate, invenit.

11. Ejusmodi unum fuit, quod tunc accidit. Immanibus namque Aetolorum ſceleribus paria delinquens præ ira, & *malum malo*, quod ajunt, *ſanans*, nihil peccari a ſe exiſtimabat. Et qui, propter admiſſa Dodonæ ac Dii facinora in deorum contumeliam, Scopæ ac Dorimacho contaminatam omni ſcelere vitam ſubinde objiciebat; quum eadem ipſe face-

Ol. 140. 2. δὲ παραπλήσια ποιῶν, οὐκ ᾤετο τῆς ὁμοίας ἐκείνοις

Ius belli. τεύξεσθαι δόξης παρὰ τοῖς ἀκούουσι. τὸ μὲν γὰρ 3 παραιρεῖσθαι τῶν πολεμίων καὶ καταφθείρειν φρούρια, λιμένας, πόλεις, ἄνδρας, ναῦς, καρποὺς, τἄλλα τὰ τούτοις παραπλήσια, δι' ὧν τοὺς μὲν ὑπεναντίους ἀσθενεστέρους ἄν τις ποιήσαι, τὰ δὲ σφέτερα

Iuſta moderatio victoris. πράγματα καὶ τὰς ἐπιβολὰς δυναμικωτέρας· ταῦτα μὲν ἀναγκάζουσιν οἱ τοῦ πολέμου νόμοι καὶ τὰ τούτου δίκαια δρᾷν. τὸ δὲ, μήτε τοῖς ἰδίοις πράγ- 4 μασιν ἐπικουρίαν μέλλοντα μηδ' ἥντιν' οὖν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττοῦ καὶ ναοὺς, ἅμα δὲ τούτοις ἀνδριάντας, καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν, λυμαίνεσθαι· πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι τρόπου καὶ θυμοῦ λυττῶντος ἔργον; Οὐ γὰρ ἐπ' 5 ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνοήσασι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μετα-

2. τοῖς ἀκούουσι. τοῖς ἀκούσασι *Vat. Flor. Reg. A.* 4. τὸ δὲ. *Perperam vulgo* τὰ δὲ μήτε. 5. ἀγνοήσασι. ἀγνώμοσι *edd. ex Bav.*

faceret, non cogitavit, ſimilem ſe quoque ignominiam apud eos manere, qui rem fando acciperent. Nam munitiones quidem hoſtium, portus, urbes, viros, naves, fructus, & hoc genus alia, occupare aut perdere, ut eo pacto res inimicorum atterantur, propriæ adaugeantur, & ad exitum conſilia facilius perducantur; ad hæc, inquam, facienda leges & *jura belli* nos cogunt. At, ubi nulla ſpes eſt vel tua commoda promovendi, vel hoſtibus ulla in re, ad præſens certe bellum quod attinet, incommodandi, ſolius animi cauſſa templa & ſtatuas & quemcunque ejusdem generis apparatum perdere atque delere; quis neget, opus id eſſe hominis & moribus & ira furentis? Bonorum ſiquidem virorum eſt, cum nec bonis eo animo bellum gerere, non ut illos perdant atque exſtinguant; ſed ut, quæ illi deliquerint,

μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων· οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι, ἀλλὰ συσσώζειν μᾶλλον καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἀναιτίοις τοὺς δοκοῦν- A.V.536.
6 τας ἀδικεῖν. Τυράννου μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὸ, κακῶς ποιοῦντα, τῷ φόβῳ δεσπόζειν ἀκουσίων, μισούμενον, καὶ μισοῦντα τοὺς ὑποταττομένους· βασιλέως δὲ, τὸ, πάντας εὖ ποιοῦντα, διὰ τὴν εὐεργεσίαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀγαπώμενον, ἑκόντων ἡγεῖσθαι καὶ Discrimen tyranni & regis.
7 προστατεῖν. Μάλιστα δ' ἄν τις καταμάθοι τὴν ἁμαρτίαν τὴν τότε Φιλίππου, λαβὼν πρὸ ὀφθαλμῶν, τίνα διάληψιν εἰκὸς ἦν Αἰτωλοὺς ἔχειν, εἰ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις ἔπραξε, καὶ μήτε τὰς στοὰς, μήτε τοὺς ἀνδριάντας διέφθειρε, μήτ' ἄλλο μηδὲν
8 ἠκίσατο τῶν ἀναθημάτων. Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι, τὴν βελτίστην ἂν καὶ φιλανθρωποτάτην· συνιδόντας μὲν αὐτοῖς τὰ περὶ Δῖον καὶ Δωδώνην πεπραγ-

P 5

μένα,

5. ἀναιτίοις. *Vulgo* ἐναντίοις. 6. ἀκουσίων. *Mendose vulgo omnes* ἀκουσίως. *Sed verior illa lectio in cod. Bav. inter lineas indicata videtur.* 8. συνιδόντας. συνειδότας *malim cum Gronov.*

liquerint, curent emendanda atque farcienda: neque ut innoxios eadem cum noxiis pœna involvant; verum ut potius ipsos etiam, qui sontes esse videntur, una cum insontibus salute impertiantur, atque a peste vindicent. *Tyranni* etenim proprium est, ut, male faciendo, invitis per vim ac metum dominetur, subjectis pariter exosus, & odio illos habens: *regis* vero proprium, ut, bene de omnibus merendo, dilectus cunctis propter beneficia & humanitatem, volentes imperio suo & consilio regat. *Philippus* sane quantum eo pacto tum peccaverit, ita facile quis intelligat, si apud se reputet, quid par sit cogitaturos fuisse *Aetolos*, si, contrario modo se gerens, nec porticus nec statuas corrupisset, neque ullum aliud e donariis temerasset. Ego certe existimo, *Aetolos* ipsum pro viro optimo atque humanissimo fuisse habituros: qui quidem & conscientia stimularentur eorum quæ Dii & Do-

Ol.140.2. μένα, σαφῶς δὲ γινώσκοντας, ὅτι ὁ Φίλιππος τότε
καὶ πρᾶξαι κύριος ἦν ὃ βουληθείη, καὶ, πράξας
τὰ δεινότατα, δικαίως ἂν ἐδόκει τοῦτο πεποιηκέναι,
τό γε κατ᾽ ἐκείνους μέρος· διὰ δὲ τὴν αὐτοῦ πρᾳό- 9
τητα καὶ μεγαλοψυχίαν, οὐδὲν εἵλετο τῶν ὁμοίων
ἐκείνοις ἐπιτηδεύειν.

XII. Iustitia vincere hostem, præclarissima victoria est.

XII. Δῆλον γὰρ ἐκ τούτων, ὡς εἰκὸς ἦν αὐτῶν μὲν
καταγινώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον ἀποδέχεσθαι καὶ
θαυμάζειν· ὡς βασιλικῶς καὶ μεγαλοψύχως αὐτοῦ
χρωμένου τῇ τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ
πρὸς αὐτοὺς ὀργῇ. Καὶ μὴν τό γε νικῆσαι τοὺς πο- 2
λεμίους καλοκαγαθίᾳ καὶ τοῖς δικαίοις, οὐκ ἐλάτ-
τω, μείζω δὲ παρέχεται χρείαν τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις
κατορθωμάτων. οἷς μὲν γὰρ δι᾽ ἀνάγκην, οἷς δὲ κα- 3
τὰ προαίρεσιν, εἴκουσιν οἱ λειφθέντες. καὶ τὰ μὲν
μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων ποιεῖται τὴν διόρθω-
σιν· τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ βέλτιον μετατί-
θησι

XII. 3. *λειφθέντες correxi cum Reisk. & Wesseling. Vulgo omnes ληφθέντες.*

& Dodonæ ipsi patraverant, & intelligerent, *Philippum* quidem & facultatem tunc habuisse faciendi quidquid vellet, &, si vel durissime in eos consuluisset, non sine juris specie (ipsorum certe caussa) fuisse illud facturum: sed eumdem, pro sua clementia & animi magnitudine, nihil ipsis simile voluisse facere.

12. Ex quo apparet, *Aetolos* necessario se ipsos fuisse incusaturos, & *Philippum* laudaturos atque admiraturos: ut qui regio animo & magno suam adversus numen pietatem & contra ipsos iram simul ostendisset. Enimvero factis honestis atque justitia vincere hostes, res non minor est, imo vero etiam conducibilior, armis parta victoria. Hic enim, necessitate compulsi; illic, sponte cedunt victi. Et hæc quidem victoria, magnis cum damnis, ad officium male sanos revocat: illa vero, sine detrimento, delinquentes in viam rectam

4 θησι τοὺς ἁμαρτάνοντας. τὸ δὲ μέγιστον, ἐν οἷς A.V.536.
μὲν τὸ πλεῖστόν ἐστι τῆς πράξεως τῶν ὑποταττο-
μένων· ἐν οἷς δ' αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίγνεται τῶν ἡγου-
5 μένων. Ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἄν τις αὐτῷ τῷ Φιλίπ-
πῳ τῶν τότε γενομένων πᾶσαν ἐπιφέροι τὴν αἰτίαν,
διὰ τὴν ἡλικίαν· τὸ πλεῖον δὲ τοῖς συνοῦσι καὶ συμ-
πράττουσι τῶν φίλων, ὧν ἦν Ἄρατος καὶ Δημήτριος
6 ὁ Φάριος. ὑπὲρ ὧν οὐ δυσχερὲς ἀποφήνασθαι καὶ μὴ
παρόντα τότε, ποτέρου τὴν τοιαύτην εἰκὸς εἶναι
7 συμβουλίαν. Χωρὶς γὰρ τῆς κατὰ τὸν ὅλον βίον
προαιρέσεως, ἐν ᾗ περὶ μὲν Ἄρατον οὐδὲν ἂν εὑρεθείη
προπετὲς οὐδ' ἄκριτον, περὶ δὲ Δημήτριον τἀναν-
τία· καὶ δεῖγμα τῆς προαιρέσεως ἑκατέρων ἐν τοῖς
8 παραπλησίοις ὁμολογούμενον ἔχομεν· ὑπὲρ οὗ, λα-
βόντες

Demetrius Pharius malus Philippi consultor.

5. αὐτῷ τῷ Φιλίππῳ. *Omittunt alii articulum.* Ibid. τὸ πλεῖον δὲ. τὸ δὲ πλεῖον *Aug.* 6. τότε ποτέρου *ex marg. Reg. B. adscivit Casaub.* τότε θατέρου *Vat. Flor. Bav.* τότ' ἑκατέρου *Aug. Reg. A.* 7. ἐν τοῖς παραπλησίοις. *Et hoc ex conject. oræ cod. Reg. B. inscripta recepit Casaub. Ceterum libri omnes* ἐν οἷς παραπλησίως.

rectam sistit. Maximum autem illud; quod, ubi res armis geritur, pars potissima victoriæ opus est militis; quum illud alterum decus eorum totum sit in solidum, qui gerendis negotiis præsunt. Sed merito fortasse aliquis contendat, non omnem culpam eorum, quæ tum gerebantur, in *Philippum*, ea tempestate adhuc juvenem, esse conferendam: verum illius partem longe maximam amicis, qui cum ipso versabantur, & eorum quæ gerebantur adjutores erant, debere adscribi: quorum e numero erant *Aratus* & *Demetrius Pharius*. Vtrius vero illorum exstitisse hoc consilium existimari debeat, etsi negotiis præsens non interfueris, haud tamen difficile sit affirmare. Nam, præter totius vitæ institutum, in qua nihil umquam fecisse temere aut sine exquisito judicio *Aratum* invenias, *Demetrium* vero omnia e contrario; quo fuerit uterque animo in rebus hujuscemodi, certum atque apud omnes indubitatum documentum habemus;

Ol.140.2. βόντες τὸν οἰκεῖον καιρὸν, ποιησόμεθα τὴν ἁρμόζουσαν μνήμην.

XIII. *Thermo regreditur Philippus.*

Ὁ δὲ Φίλιππος (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβην)
ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν, ἀναλαβὼν, ἐκ τοῦ
Θέρμου προῆγε, ποιούμενος τὴν αὐτὴν ἐπάνοδον, ᾗ
καὶ παρεγένετο· προβαλόμενος μὲν τὴν λείαν εἰς
τοὔμπροσθεν, καὶ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων· ἐπὶ δὲ τῆς
οὐραγίας ἀπολιπὼν τοὺς Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς μισθο-
φόρους· σπεύδων ὡς τάχιστα διανῦσαι τὰς δυσχω- 2
ρίας, διὰ τὸ προσδοκᾶν τοὺς Αἰτωλοὺς ἐξάψασθαι
τῆς οὐραγίας, πιστεύοντας ταῖς ὀχυρότησι τῶν τό-
πων. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι παρὰ πόδας. Οἱ γὰρ 3
Αἰτωλοὶ προσβεβοηθηκότες, καὶ συνηθροισμένοι σχε-
δὸν εἰς τρισχιλίους, ἕως μὲν ὁ Φίλιππος ἦν ἐπὶ τῶν
μετεώρων, οὐκ ἤγγιζον, ἀλλ' ἔμενον ἔν τισι τόποις
ἀδήλοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ Τριχωνέως προεστῶτος
αὐτῶν· ἅμα δὲ τῷ κινῆσαι τὴν οὐραγίαν, ἐπέβαλον
εὐθέως

Aetoli extremum agmen carpentes repelluntur.

XIII. 3. Τριχωνέως. Τριχωνιέως *edidit Casaub. ex Steph. Byz.*

bemus: de quo mentionem, prout res poscet, suo loco sumus facturi.

13. *Philippus* igitur, quæcumque agi ferrique poterant avehens (inde enim sumus digressi;) *Thermo*, itinere eodem quo venerat, regressus est. Agmen præcedebat præda, cum gravi armatura; in extrema acie Acarnanes & mercenarii relicti erant. Id autem magno studio rex agebat, ut, viarum angustiis quam primum superatis, Aetolos anteverteret; quos, difficultatibus locorum fretos, ultimum agmen carpturos suspicabatur: quod & statim factum. *Aetoli* namque, ferendæ opis gratia congregati, ad tria ferme millia, ductore *Alexandro Trichoniensi;* dum quidem in altis montibus erat Macedo, non accesserunt, sed in occultis quibusdam locis se tenuerunt: ubi vero postrema acies moveri cœpit; extemplo

εὐθέως εἰς τὸ Θέρμον, καὶ προσέκειντο τοῖς ἐσχά- A.V. 536.
4 τοις. γιγνομένης δὲ ταραχῆς περὶ τὴν οὐραγίαν,
ἔτι μᾶλλον ἐκθύμως οἱ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἐπέκειν-
το, καὶ προσέφερον τὰς χεῖρας, πιστεύοντες τοῖς
5 τόποις. Ὁ δὲ Φίλιππος, προειδὼς τὸ μέλλον, ὑπό
τινα λόφον ὑπεστάλκει τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐν τῇ κατα-
βάσει, καὶ τῶν πελταστῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους.
6 ὧν διαναστάντων ἐπὶ τοὺς ἐπικειμένους καὶ προπε-
πτωκότας τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν
Αἰτωλῶν ἀνοδίᾳ καὶ προτροπάδην συνέβη φυγεῖν,
ἑκατὸν δὲ καὶ τριάκοντα πεσεῖν, ἁλῶναι δὲ οὐ πολὺ
7 τούτων ἐλάττους. Γενομένου δὲ τοῦ προτερήματος
τούτου, ταχέως οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν, ἐμπρήσαντες
τὸ Πάμφιον, καὶ μετ᾽ ἀσφαλείας διελθόντες τὰ Pamphium,
8 στενὰ, συνέμιξαν τοῖς Μακεδόσιν. ὁ δὲ Φίλιππος
ἐστρατοπεδευκὼς περὶ τὴν Μέταπαν, ἐνταῦθοῖ Metapa,
προσανεδέχετο τοὺς ἀπὸ τῆς οὐραγίας. εἰς δὲ τὴν Acræ, Conope.
ὑστεραίαν, κατασκάψας τὴν Μέταπαν, προῆγε,
καὶ

3. τὸ Θέρμον. Etiam Bav. h. l. cum aliis τὸν habet, litera ν ab eád. manu intra lineas adſcripta. 7. τὸ Πάμφιον. Παμφίαν vocaverat ſuperius. 8. ὁ δὲ Φίλιππος. ὁ γὰρ Φίλ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

plo illi *Thermum* invadere, & noviſſimos infeſtare. Quum in ultimis ordinibus tumultus eſſet ortus, eo acrius Aetoli, ingenio locorum freti, inſtare, urgere, cædere. Sed *Philippus*, futuri providus, Illyriorum & selectorum e cetratis manu ſub collem quemdam ſubducta, deſcenſum prætexuerat. Quibus repente coortis in eos ex hoſtibus, qui inſtabant ac longius erant progreſſi; occiſis Aetolorum centum & triginta, captis non multo paucioribus, reliqui per cotes invias effuſa fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Qua victoria de hoſte parta, mox, qui agmen claudebant, *Pamphium* cremant, & ſine diſcrimine ſuperatis faucibus, ſeſe cum Macedonibus conjungunt. *Philippus*, poſitis circa *Metapam* caſtris, noviſſimum agmen ſuorum eo loci præſtolabatur. Poſtero die, ubi Metapam ſolo æquaſſet, ire pergit, & cir-

Ol.140.2. καὶ παρενέβαλε περὶ τὴν καλουμένην πόλιν, Ἄκρας.
τῇ δ' ἑξῆς, ἅμα προάγων, ἐπόρθει τὴν χώραν· καὶ 9
καταστρατοπεδεύσας περὶ Κωνώπην ἐπέμεινε τὴν
Stratus. ἐχομένην ἡμέραν. τῇ δ' ἐπιούσῃ πάλιν ἀναζεύξας, 10
ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν Ἀχελῷον, ἕως ἐπὶ
τὸν Στράτον. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν, ἐπέστησε
τὴν δύναμιν ἐκτὸς βέλους, ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον.

XIV. Ἐπυνθάνετο γὰρ, εἰς τὸν Στράτον συνδεδραμη-
κέναι τῶν Αἰτωλῶν πεζοὺς μὲν εἰς τρισχιλίους, ἱπ-
πεῖς δὲ περὶ τετρακοσίους, Κρῆτας δ' εἰς πεντακο-
σίους. οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος, αὖθις ἀρξά- 2
Limnæam ad naves ex Aetolia redit Philippus. μενος, ἐκίνει τοὺς πρώτους, ποιούμενος τὴν πορείαν
ὡς ἐπὶ τὴν Λιμναίαν καὶ τὰς ναῦς. Ἅμα δὲ τῷ 3
τὴν οὐραγίαν παραλλάξαι τὴν πόλιν, τὸ μὲν πρῶ-
τον ὀλίγοι τῶν Αἰτωλικῶν ἱππέων, ἐξελθόντες, κατε-
πείραζον τῶν ἐσχάτων. ἐπεὶ δὲ τό τε τῶν Κρητῶν 4
πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως καί τινες τῶν Αἰτωλικῶν
συνή-

8. Ἄκρας. Ἄκραν *secundum Stephanum Byz.* 10. τὸν Στράτον. *In Reg. A. superſcriptum h. l.* τήν.

ea oppidum, quod *Acras* nominant, caſtra metatur. Inde poſtridie profectus, agros in tranſitu devaſtat: donec ventum eſt *Conopen*, ubi proximum quievit diem. Rurſusque eo ex loco die inſecuta vaſis conclamatis, *Stratum* verſus ſecundum Acheloum amnem iter inſtituit. Vbi locato milite extra teli jactum in tumulo qui urbi imminebat, oppidanos inde laceſſebat.

14. Audierat enim *Philippus*, concurriſſe *Stratum* ex Aetolis tria millia peditum, equites quadringentos, Cretenſes ad quingentos. Quum autem obviam contra venire nemo auderet; iter inſtitutum repetens, primam aciem progredi jubet, *Limnæam* ad naves contendens. Vtprimum vero, qui agmen claudebant, urbem ſunt prætergreſſi; pauci initio equites Aetoli, oppido egreſſi, ultimos carpere: mox, progreſſis pariter extra muros Cretenſibus, nonnullis etiam Aetolis equitatui

συνῆψαν τοῖς αὐτῶν ἱππεῦσι, γιγνομένης ὁλοσχερε- A.V.536.
στέρας συμπλοκῆς, ἠναγκάσθησαν ἐκ μεταβολῆς οἱ
5 περὶ τὴν οὐραγίαν κινδυνεύειν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον,
ἀμφοτέρων ἐφάμιλλος ἦν ὁ κίνδυνος· προσβοηθησάν-
των δὲ τοῖς παρὰ τοῦ Φιλίππου μισθοφόροις τῶν
Ἰλλυριῶν, ἐνέκλιναν καὶ σποράδην ἔφευγον οἱ τῶν Αἰ-
6 τωλῶν ἱππεῖς καὶ μισθοφόροι. καὶ τὸ μὲν πολὺ μέ-
ρος αὐτῶν ἕως εἰς τὰς πύλας καὶ πρὸς τὰ τείχη
συνεδίωξαν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως, κατέβαλον δ' εἰς
7 ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς χρείας, λοιπὸν οἱ μὲν
ἐκ τῆς πόλεως τὴν ἡσυχίαν ἦγον· οἱ δ' ἀπὸ τῆς οὐρα-
γίας ἀσφαλῶς συνῆψαν πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ
8 τὰς ναῦς. Ὁ δὲ Φίλιππος, καταστρατοπεδεύσας
ἐν ὥρᾳ, τοῖς θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενη-
μένης αὐτῷ περὶ τὴν ἐπιβολὴν εὐροίας· ἅμα δὲ καὶ
τοὺς ἡγεμόνας ἐκάλει, βουλόμενος ἑστιᾶσαι πάν-
9 τας. ἐδόκει γὰρ εἰς τόπους αὐτὸν δεδωκέναι παρα-
βόλους, καὶ τοιούτους, εἰς οὓς οὐδεὶς ἐτόλμησε πρό-
τερον

Ex Aetolia redit Philippus.

Convivio excipit duces suos.

tui suo se adjungentibus, orto majore certamine, coacti sunt qui in ultimo erant agmine, fronte versa dimicare. Et principio quidem æquo utrimque Marte pugnabatur: ubi vero mercenariis, qui a Philippo stabant, auxilium ferri cœpit ab Illyriis; inclinata acies Aetolorum est, equitibus ac mercenariis passim fugam arripientibus. Plurima pars versus urbem profugit: quos regii usque ad portas & mœnia ipsa persecuti, ad centum occiderunt. Ab hoc prælio, quum de cetero jam oppidani quiescerent, novissimum regis agmen tuto ad castra & ad naves pervenit. Ibi tempestive metatus castra rex, diis rem divinam fecit, & pro felici expeditionis suæ exitu laudes gratesque illis egit: simul duces vocat, & convivio omnes excipit. Fuerat enim omnium opinio, *Philippum* in desperata quædam loca temere se præcipitasse, quo ante ipsum nemo ausus esset mortalium

cum

Ol.140.2. τερον στρατοπέδῳ παρεμβαλεῖν. ὁ δὲ οὐ μόνον ἐνέ- 10
βαλε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ πᾶν, ὃ προέθετο, συντελεσάμενος, ἀσφαλῶς ἐποιήσατο τὴν ἐπάνοδον. δι' ἃ περιχαρὴς ὢν οὗτος μὲν ἐγίγνετο

Tristes intersunt Megaleas & Leontius.

περὶ τὴν τῶν ἡγεμόνων ὑποδοχήν. οἱ δὲ περὶ τὸν 11
Μεγαλέαν καὶ Λεόντιον δυσχερῶς ἔφερον τὴν γεγενημένην ἐπιτυχίαν τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν διατεταγμένοι μὲν πρὸς τοῦ Ἀπελλοῦ πάσαις μὲν ἐμποδιεῖν ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτοῦ, μὴ δυνάμενοι δὲ τοῦτο ποιεῖν.
ἀλλὰ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς κατὰ τοὐναντίον προ- 12
χωρούντων, ἀθυμοῦντες μὲν, ἀλλ' ἧκόν γε πρὸς τὸ δεῖπνον.

XV. Ἦσαν μὲν οὖν εὐθέως ἐν ὑπονοίᾳ τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐχ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς χαίροντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, κἄ- 2
πειτα γενομένης ἀκαιρίας καὶ πολυποσίας, ἀναγκα-

θέντες

XIV. 10. οὗτος μὲν. οὗτος in αὐτὸς, refragantibus msstis, mutavit Casaub. 11. Μεγαλέαν. Μεγακλέαν Bav. Ibid. πρὸς τοῦ Ἀπελλοῦ. Sic correxi, cum veteres mssti omnes darent πρὸς τοῦ Ἀπελλῆ, quod editores (inde ab Hervag.) in πρὸς τὸν Ἀπελλῆ mutarunt, & sic etiam Reg. B. Ibid. μὲν post πάσαις deletum voluit Reisk. 12. Post προχωρούντων, in Vat. lacuna est unius integræ lineæ, quam recentior manus verbis ἀθυμοῦντες μὲν supplevit.

cum exercitu accedere: at ille non solum copias suas eo adduxerat; verum etiam, omnibus quæ destinaverat confectis, tuto inde se receperat. Propterea gaudio exsultans, ducibus suis epulas apparabat. *Megaleas* vero & *Leontius* lætis Philippi rebus dolebant, ut qui erant quidem ab Apelle constituti, ut conatus illius modis omnibus impedirent, sed efficere id non potuerant. Itaque, rebus in contrarium vertentibus, mœrentes illi quidem, sed tamen venerunt.

15. Ibi tum confestim regi ceterisque oborta suspicio est, rerum successu non pariter cum reliquis ipsos gaudere. Deinde vero compotatione protracta, quum supra modum ferverent pocula, coacti *Megaleas* & *Leontius* idem cum ceteris facere,

θέντες συμπεριφέρεσθαι, ταχέως ἐξεθεάτρισαν αὐ- A.V. 536.
3 τούς. Λυθείσης γὰρ τῆς συνουσίας, ὑπό τε τῆς μέθης καὶ τῆς ἀλογιστίας ἐλαυνόμενοι, περιήεσαν
4 ζητοῦντες τὸν Ἄρατον. συμμίξαντες δὲ κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ, τὸ μὲν πρῶτον ἐλοιδόρουν· μετὰ δὲ,
5 βάλλειν ἐνεχείρησαν τοῖς λίθοις. προσβοηθούντων δὲ πλειόνων ἀμφοτέροις, θόρυβος ἦν καὶ κίνημα κατὰ τὴν παρεμβολήν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούων τῆς κραυγῆς, ἐξαπέστειλε τοὺς ἐπιγνωσομένους καὶ δια-
6 λύσοντας τὴν ταραχήν. Ὁ μὲν οὖν Ἄρατος, παραγενομένων τούτων, εἰπὼν τὰ γεγονότα, καὶ μάρτυρας παρασχόμενος τοὺς συμπαρόντας, ἀπηλλάτ-
7 τετο τῆς κακουχίας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ σκηνήν. Ὁ δὲ Λεόντιος ἀλόγως πως κατὰ τὸν θόρυβον ἀπέῤῥευσε. τὸν δὲ Μεγαλέαν καὶ Κρίνωνα μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ συνῆκε τὸ γεγονὸς, ἐπετίμα πικρῶς.

Leontius cum suis Aratum invadunt.

Megaleas & Crino in carcerem ducuntur.

XV. 3. λυθείσης. ἀφθείσης *Bav. quod in* ἀφθείσης *mutavit Casaub. Et sic Aug. Pronum esset cum Reisk.* ἀφεθείσης *reponere; ni scriptura libri Vaticani, in quo est* ΑΥΘΕΙΣΗΣ, *suaderet id quod dedi.* 7. Μεγαλέαν. *Rursus* Μεγακλέα *Bav. Sed idem mox deinde constanter cum aliis* Μεγαλέαν *vocat.*

facere, ilicet interiora animorum suorum ipsi publicarunt. Etenim soluto convivio, mente ex ebrietate alienata, *Aratum* quærentes huc illuc circumcursant. Et quum in reditu a cœna in eum forte incidissent, dicteria primo in illum jacere, deinde etiam lapidibus incessere. Mox ab utraque parte multis ad clamorem pro ferenda ope accurrentibus, tumultus quidam & motus in castris est excitatus. Rex ut clamantes audit, mittit foras, qui, quid rei esset, viderent, tumultumque sedarent. Quibus postquam rem omnem, uti gesta fuerat, *Aratus* exposuit, & cunctorum qui aderant testimoniis confirmavit; e turba & vexatione in suum tabernaculum se recepit. *Leontius* vero, nescio quo modo, inter tumultuantium strepitum dilabitur. Rex, accitis *Megalea* & *Crinone*, & quæ acciderant cognitis, acerbe il-

Ol.140.2. κρῶς. οἱ δ' οὐχ οἷον συνεστάλησαν, ἀλλ' ἐπεμέτρη- 8
σαν φάσκοντες, οὐδὲ λήξειν τῆς προθέσεως, ἕως
ἂν τὸν μισθὸν ἐπιθῶσι τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον. Ὁ δὲ 9
βασιλεὺς, ὀργισθεὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι, παραχρῆμα,
πρὸς εἴκοσι τάλαντα κατεγγυήσας, ἐκέλευσεν αὐ-
τοὺς εἰς φυλακὴν ἀπαγαγεῖν.

XVI. Aratum tutatur rex.

XVI. Τῇ δ' ἐπαύριον ἀνακαλεσάμενος τὸν Ἄρατον,
παρεκάλει θαῤῥεῖν, ὅτι ποιήσεται τὴν ἐνδεχομένην
ἐπιστροφὴν τοῦ πράγματος. Ὁ δὲ Λεόντιος, συνεὶς 2
τὰ περὶ τὸν Μεγαλέαν, ἧκε πρὸς τὴν σκηνὴν μετά
τινων πελταστῶν· πεπεισμένος, καταπλήξεσθαι διὰ
τὴν ἡλικίαν καὶ ταχέως εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βα-
σιλέα. Συντυχὼν δ' αὐτῷ, προσεπυνθάνετο, τίς 3
ἐτόλμησεν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας τῷ Μεγαλέᾳ;
καὶ τίς εἰς τὴν φυλακὴν ἀπαγαγεῖν; τοῦ δὲ βασι- 4
λέως ὑποστατικῶς, αὐτὸν, φήσαντος, συντεταχέ-
ναι·

8. *οἱ δ' οὐχ.* οἳ οὐχ *Bav. absque conjunct.*
XVI. 4. *αὐτόν. Perperam scripti omnes* αὐτοῦ.

los increpat. Qui adeo non submiserunt se in humilitatem reorum, ut contumeliam insuper adjicerent, dicerentque, *non prius se ab incepto destituros, quam meritas ab Arato pœnas exegissent.* Qua voce rex irritatus, e vestigio exacta ab iis satisdatione, talenta viginti multæ nomine solutum iri, in carcerem duci eos jubet.

16. Die insequenti *Aratum* ad se arcessitum bono animo Rex esse jubet: *sibi enim, quantæ par sit, curæ negotium hoc futurum.* Sed *Leontius* de Megaleæ casu factus certior, cum cetratorum manu ad regem venit: ratus, facile se propter ætatem terrorem illi incussurum, & ad mutandam sententiam compulsurum. Is regem alloquens, ultro quærere ab illo sustinuit, *quisnam Megaleæ manus injicere, atque in carcerem compingere esset ausus?* Rege vero constanter ac fidenter respondente, *suo id factum esse jussu:* territus

ναι· καταπλαγεὶς ὁ Λεόντιος, καί τι προσανοιμώ- A.V.536.
5 ξας, ἀπῄει τεθυμωμένος. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀναχθεὶς παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ διάρας τὸν κόλπον· ὡς θᾶττον εἰς τὴν Λευκάδα καθωρμίσθη, τοῖς μὲν ἐπὶ τῆς τῶν λαφύρων οἰκονομίας τεταγμένοις, περὶ ταῦτα, συνέταξε, γιγνομένοις μὴ καθυστερεῖν· αὐτὸς δὲ, συναγαγὼν τοὺς φίλους, ἀπέδωκε κρίσιν
6 τοῖς περὶ τὸν Μεγαλέαν. Τοῦ δ' Ἀράτου κατηγορήσαντος ἀνέκαθεν τὰ πεπραγμένα τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, καὶ διελθόντος τὴν γενομένην ὑπ' αὐτῶν ἐν Ἄργει σφαγὴν, ἣν ἐποιήσαντο μετὰ τὸν Ἀντιγόνου χωρισμὸν, καὶ τὰς πρὸς Ἀπελλῆν συνθήκας,
7 ἔτι δὲ τὸν περὶ τοὺς Παλαιεῖς ἐμποδισμόν· καὶ πάντα ταῦτα μετ' ἀποδείξεως ἐνδεικνυμένου καὶ μαρτύρων· οὐ δυνάμενοι πρὸς οὐδὲν ἀντιλέγειν οἱ περὶ τὸν Μεγαλέαν, κατεκρίθησαν ὁμοθυμαδὸν ὑπὸ

Leucadem redit Philippus.

Iudicio condemnantur inimici Arati.

5. γιγνομένοις. γενομένοις *Aug. Reg. A. Mendosè* γινόμενος *Vat. Flor.* 6. ἐν Ἄργει. *Reiskii amplexus sum emendationem. Vulgo omnes* ἐναργῆ σφαγήν.

ritus *Leontius*, ac nonnihil etiam ſuſpirans, plenus iræ diſceſſit. Mox cum univerſa claſſe profectus Macedo, ſinu trajecto, brevi ad *Leucadem* appulit: ubi quum prædæ adminiſtrandæ præfectos negotium accelerare juſſiſſet; ipſe, coactis ad concilium amicis, de cauſſa *Megaleæ* cognitionem inſtituit. In eo conſeſſu, omnium criminum, quæ inde a principio patraverant *Leontius* & qui cum eo ſentiebant, *Aratus* illos accuſavit: qui etiam *cædem* poſt diſceſſum Antigoni *Argis* ab his factam expoſuit, tum conjurationem cum Apelle initam, poſtremo regiis conatibus oblata in Palæenſium obſidione impedimenta. Quorum omnium quia certa argumenta & teſtimonia idonea *Aratus* afferebat; *Megaleas* & ſocii, quid adverſus objecta reſponderent, nihil habentes, omnium qui aderant conſentientibus ſuffragiis

Ol.140.2. τῶν φίλων. Καὶ Κρίνων μὲν ἔμεινεν ἐν τῇ φυλακῇ· 8
τὸν δὲ Μεγαλέαν Λεόντιος ἀνεδέξατο τῶν χρημά-
των. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Ἀπελλοῦ καὶ τῶν περὶ τὸν 9
Λεόντιον πρᾶξις ἐν τούτοις ἦν, παλίντροπον λαμ-
βάνουσα τὴν προκοπὴν ταῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν ἐλπί-
σιν. ἔδοξαν μὲν γὰρ, καταπληξάμενοι τὸν Ἄρατον, 10
καὶ μονώσαντες τὸν Φίλιππον, ποιήσειν ὅ τι ἂν αὐ-
τοῖς δοκῇ συμφέρειν. ἀπέβη δὲ τούτων τἀναντία.

XVII. Lycurgi conatus adversus Messenios & Tegeatas.

Κατὰ δὲ τοὺς προειρημένους καιροὺς, Λυκοῦργος
ἐκ μὲν τῆς Μεσσηνίας, οὐδὲν ἄξιον λόγου πράξας,
ἐπανῆλθε· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὁρμήσας ἐκ Λα-
κεδαίμονος, κατελάβετο τὴν τῶν Τεγεατῶν πόλιν.
τῶν δὲ σωμάτων ἀποχωρησάντων εἰς τὴν ἄκραν, 2
ἐπεβάλετο πολιορκεῖν ταύτην. οὐδαμῶς δὲ δυνάμε-
νος ἀνύειν οὐδὲν, αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Σπάρ-
την.

Eleorum adv. Dymæos.

Οἱ δ' ἐκ τῆς Ἤλιδος, καταδραμόντες τὴν Δυ- 3
μαίαν,

9. *Pro* Ἀπελλοῦ *dant* Ἀπελλῆ *Aug. Reg. A. Vulgo autem ex Bas. editur* ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀπελλῆ καὶ τὸν Λεόντιον.
XVII. 1. τῶν Τεγεατῶν *ex Casauboni conject. recepi. Mendose omnes* Ἐλεατῶν.

fragiis sunt damnati. *Crinon* in carcere est detentus: pro *Megaleæ* dicta multa *Leontius* sponsorem se obtulit. Hic fuit successus illius proditionis quam *Apelles* & *Leontius* instituerant: spei, per initia ab eis conceptæ, plane in exitu contrarius. Speraverant enim, territo fugatoque *Arato*, rege in solitudine amicorum derelicto, pro sua libidine omnia se recturos. Quod consilium in alia omnia ipsis vertit.

17. Per idem tempus *Lycurgus*, nullo operæ pretio facto, e Messenia domum rediit: deinde vero iterum Lacedæmone profectus, *Tegeatarum* urbem occupat. Et, quoniam quidquid erat hominum, in arcem confugerat, obsidionem hujus aggreditur: sed quum nihil promoveret, atque omnia ejus incepta caderent irrita, Spartam redire est coactus. *Elei* vero, in *Dymæorum* fines incursione facta, equites

μαίαν, καὶ τοὺς βοηθήσαντας τῶν ἱππέων εἰς ἐνέ- A.V. 536.
4 δραν ἐπαγαγόμενοι, ῥᾳδίως ἐτρέψαντο. καὶ τῶν μὲν
Γαλατικῶν οὐκ ὀλίγους κατέβαλον, τῶν δὲ πολιτι-
κῶν αἰχμαλώτους ἔλαβον Πολυμήδην τε τὸν Αἰγιέα,
5 καὶ Δυμαίους, Ἀγησίπολιν καὶ Διοκλέα. Δορίμα- Dorimachi irrita expeditio in Macedoniam.
χος δὲ τὴν μὲν πρώτην ἔξοδον ἐποιήσατο μετὰ τῶν
Αἰτωλῶν, πεπεισμένος, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον,
αὐτὸν μὲν ἀσφαλῶς κατασύρειν τὴν Θετταλίαν,
τὸν δὲ Φίλιππον ἀναστήσειν ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς Πα-
6 λαιεῖς πολιορκίας. εὑρὼν δὲ τοὺς περὶ τὸν Χρυσόγο-
νον καὶ Πετραῖον ἑτοίμους ἐν Θετταλίᾳ πρὸς τὸ δια-
κινδυνεύειν, εἰς μὲν τὸ πεδίον οὐκ ἐθάῤῥει καταβαί-
νειν, ἐν δὲ ταῖς παρωρείαις προσανέχων, διῆγε.
7 προσπεσούσης δ' αὐτῷ τῆς τῶν Μακεδόνων εἰς τὴν
Αἰτωλίαν εἰσβολῆς, ἀφέμενος τῶν κατὰ Θετταλίαν,
ἐβοήθει τούτοις κατὰ σπουδήν. καταλαβὼν δ'
ἀπηλλαγμένους ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοὺς Μακεδόνας,

ὕστερος

3. *βοηθήσαντας. Vulgo βοηθήσοντας.* 5. *τὴν μὲν πρώτην ἔξ. An τὸ μὲν πρῶτον τὴν ἔξοδον?* Ibid. *αὐτὸν μέν. αὐτὸς μὲν malim, aut αὐτὴν μέν.* 6. Πετραῖον. Πατραῖον *h. l. edd. cum aliis.*

tes qui ad obsistendum occurrerant, in locum insidiarum adductos, non magno conatu fugant. Desiderati sunt e Gallorum turmis non pauci: ex oppidanis capti nonnulli; in his *Polymedes* Aegiensis, & *Agesipolis* ac *Megacles* Dymaei. *Dorimachus* initio, cum ad bellum gerendum copias Aetolorum educeret, pro certo habebat, sicut ante diximus, se Thessaliam impune devastantem, ab obsidione Palaeensium regem esse revocaturum. Sed, quum in Thessalia *Chrysogonum* & *Petraeum* ad dimicandum paratos offendisset; non ausus in campos descendere, ad montium radices succedens, ibi se continebat. Postea, certior factus de impressione Macedonum in Aetoliam, omissa Thessalia, ad ferendum patriae auxilium accurrit: sed, prius quam veniret, Macedonas Aetolia jam

Ol.140.2. οὗτος μὲν ὑπελείπετο καὶ καθυστέρει πάντων.

Corinthum redit Philippus.

Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος, καὶ 8
ποςθήσας ἐν παράπλῳ τὴν τῶν Οἰανθέων χώραν,
κατῆςε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς Κόρινθον.
ὁρμίσας δὲ τὰς νῆας ἐν τῷ Λεχαίῳ, τήν τε δύναμιν 9
ἐξεβίβαζε, καὶ τοὺς γραμματοφόρους διαπέστελλε
πρὸς τὰς ἐν Πελοποννήσῳ συμμαχίδας πόλεις, δηλῶν τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ δεήσει πάντας μετὰ τῶν ὅπλων
κοιταίους ἐν τῇ τῶν Τεγεατῶν γίγνεσθαι πόλει.

XVIII. Ταῦτα δὲ διαταξάμενος, καὶ μείνας οὐδένα χρόνον ἐν τῇ Κορίνθῳ, παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσιν ἀναζυγήν. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν δι᾽ Ἄργους, ἧκε

Spartam properat.

δευτεραῖος εἰς Τέγεαν. προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἡ- 2
θροισμένους τῶν Ἀχαιῶν, προῆγε διὰ τῆς ὀρεινῆς,
σπουδάζων λαθεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐμβαλὼν
εἰς τὴν χώραν. περιελθὼν δὲ ταῖς ἐρημίαις, τεταρ- 3
ταῖος

8. Οἰανθέων. *Mendose omnes* Ὑανθέων. Ibid. εἰς Κόρ. εἰς τὴν Κόρινθον *Flor.*
XVIII. 1. διαταξάμ. διαπραξάμ. *Flor.* Ibid. ἐν τῇ Κορίνθῳ. *Sic h. l. & passim deinde mssti omnes & edd.*

jam excesserant: ita iste, tardius semper occurrens, frustra ubique erat. At rex, *Leucade* conscensis navibus, populatus in transitu *Oeanthensium* agrum, cum universa classe Corinthum appulit: subductisque navibus in Lechæum portum, & milite in terram exposito, ad socias Peloponnesi urbes tabellarios in omnem partem cum literis mittit, diem edicens, qua die in *Tegeatarum* urbe cum armis manere ipsos volebat.

18. His ita ordinatis nulla amplius mora Corinthi facta, vasis conclamatis, per Argos iter faciens, alteris castris *Tegeam* cum Macedonibus suis pervenit. Assumtaque ibi Achæorum manu, quæ parata erat, cupiens *Lacedæmoniorum* agrum nec cogitantibus ipsis invadere, per montana agmen duxit. Quarto die, circumducto per deserta

ταῖς ἐπέβαλε τοῖς καταντικρὺ τῆς πόλεως λόφοις· A.V. 536.
καὶ παρῆει, δεξιὸν ἔχων τὸ Μενελάϊον, ἐπ' αὐτὰς Philippus
4 τὰς Ἀμύκλας. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, θεωροῦντες Spartam properat.
ἐκ τῆς πόλεως παράγουσαν τὴν δύναμιν, ἐκπλαγεῖς
ἐγένοντο καὶ περίφοβοι, θαυμάζοντες τὸ συμβαῖνον.
5 ἀκμὴν γὰρ ταῖς διανοίαις ἦσαν μετέωροι ἐκ τῶν
προσπιπτόντων ὑπὲρ τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν καταφθορὰν τοῦ Θέρμου, καὶ καθόλου ταῖς ἐν Αἰτωλίᾳ
πράξεσι. καί τις ἐνεπεπτώκει θροῦς παρ' αὐτοῖς
ὑπὲρ τοῦ τὸν Λυκοῦργον ἐκπέμπειν, βοηθήσοντα
6 τοῖς Αἰτωλοῖς. ὑπὲρ δὲ τοῦ τὸ δεινὸν ἥξειν ἐπὶ σφᾶς
οὕτως ὀξέως ἐκ τηλικούτου διαστήματος, οὐδὲ διενοεῖτο τὸ παράπαν αὐτῶν οὐδείς· ἅτε καὶ τῆς ἡλικίας ἐχούσης ἀκμὴν εὐκαταφρόνητόν τι τῆς τοῦ βασιλέως. διὸ καὶ παρὰ δόξαν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων
7 συγκυρούντων, εἰκότως ἦσαν ἐκπλαγεῖς. Ὁ γὰρ

4. παράγ. τὴν δύν. τὴν παράγ. δύναμιν Bav. 5. ὑπὲρ *ex conject. posui. Vulgo* ὑπὸ τοῦ Φιλίππου. 6. διὸ καὶ. διόπερ καὶ *Flor.*

deserta loca exercitu, adsitos e regione urbis colles est assecutus: habensque ad dextram *Menelaium*, ad *Amyclas* ipsas pervenit. Lacedæmonii, cum ex urbe prætereuntes copias cernerent, stupore ac metu defixi, mirari factum. Adhuc enim, propter nuncium de clade Thermiorum, & ceteris rebus in Aetolia a Philippo gestis, suspensos cummaxime animos futuri exspectatione habebant; atque etiam mentio quædam apud illos fuerat injecta de mittendo Lycurgo, qui Aetolis auxilium ferret. Quod autem ad ipsos tam cito, e spatio tam longinquo, transiturum esset periculum, ne venerat quidem in mentem cuiquam omnino Spartanorum: quum præsertim ea rex ætate esset, quæ adprime contemtui est obnoxia. Quamobrem adeo præter ipsorum spem rebus evenientibus, non sine caussa commoti perturbatique erant.

Ol.140.2. Mira celeritate omnia gerit Philippus.

Φίλιππος, τολμηρότερον καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ
τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰς ἀπορίαν
καὶ δυσχρηστίαν ἅπαντας ἦγε τοὺς πολεμίους.
Ἀναχθεὶς γὰρ ἐκ μέσης Αἰτωλίας, καθάπερ ἐπά- 8
νω προεῖπον, καὶ διανύσας ἐν νυκτὶ τὸν Ἀμβρακικὸν
κόλπον, εἰς Λευκάδα κατῆρε. δύο δὲ μείνας ἡμέρας 9
ἐνταῦθα, τῇ τρίτῃ ποιησάμενος ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν
τὸν ἀνάπλουν, δευτεραῖος πορθήσας ἅμα τὴν τῶν
Αἰτωλῶν παραλίαν, ἐν Λεχαίῳ καθωρμίσθη. μετὰ 10
δὲ ταῦτα, κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὰς πο-
ρείας, ἑβδομαῖος ἐπέβαλε τοῖς ὑπὲρ τὴν πόλιν κει-
μένοις παρὰ τὸ Μενελάϊον λόφοις. ὥστε τοὺς πλεί-
στους, ὁρῶντας τὸ γεγονὸς, μὴ πιστεύειν τοῖς συμ-
βαίνουσιν. οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι, περιδεεῖς γεγο- 11
νότες διὰ τὸ παράδοξον, ἠπόρουν, καὶ δυσχερήστως
διέκειντο πρὸς τὸ παρόν.

XIX. Amyclæ prope Lacedæmonem.

Ὁ δὲ Φίλιππος, τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέ-
δευσε περὶ τὰς Ἀμύκλας. Αἱ δ᾽ Ἀμύκλαι καλού- 2
μεναι,

erant. *Philippus* namque, & *audacia* & *ſollertia* majore, quam pro ætate, conſilia ſua regens, ingentem animis hoſtium omnium ſuorum ſollicitudinem atque fluctuationem injiciebat. Etenim e media Aetolia, ſicut paullo ante dicebam, profectus, & ſinu Ambracio per noctem trajecto, Leucadem pervenerat: ubi mora bidui facta, tertio die ſub lucem primam profectus, populatus obiter Aetoliæ quam prætervehebatur oram, poſtridie ejus diei Lechæum appulerat. Deinde, continuato itinere, colles qui ad Menelaium Spartæ imminent, ſeptimis caſtris attigit. Vt plerique, quum cernerent qua celeritate res gereret, vix factum crederent. *Lacedæmonii* igitur, inopinata rei novitate perterriti, quo ſe verterent in præſentia, quidve conſilii caperent, neſciebant.

19. *Philippus* ad Amyclas primo die conſedit. Quas vocant *Amyclas*, locus eſt, ſtadia

μεναι, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος, καὶ καλλικαρπότατος· ἀπέχει δὲ τῆς A.V. 536.
3 Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. ὑπάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι.
4 Τῇ δ' ἐπιούσῃ, πορθῶν ἅμα τὴν χώραν, εἰς τὸν Πύῤῥου καλούμενον κατέβη χάρακα. δύο δὲ τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐπιδραμὼν καὶ δῃώσας τοὺς σύνεγγυς
5 τόπους, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸ Κάρνιον. ὅθεν ὁρμήσας, ἦγε πρὸς Ἀσίνην· καὶ ποιησάμενος προσβολὰς, οὐδέν γε τῶν προὔργου περαίνων, ἀνέζευξε· καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιπορευόμενος ἔφθειρε τὴν χώραν πᾶσαν, τὴν ἐπὶ τὸ Κρητικὸν πέλαγος τετραμμένην,
6 ἕως Ταινάρου. Μεταβαλλόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα,

Laconicam usque ad Tænarum populatur Philippus.

Q 5

XIX. 5. Ἀσίνην. Ἀσσίνην mssti & edd. ante Casaub. Ibid. οὐδέν γε in οὐδὲν δὲ mutavit Casaub. 6. τὸ ναύσταθμον. Alii vulgo τὸν ναύστ.

stadia circiter viginti distans ab urbe *Sparta;* qua præstantium arborum numero, qua fructuum optimorum copia, ante omnes alios excellens. Habet & *Apollinis fanum*, cuncta fere totius Laconicæ templa celebritate vincens. Sitæ autem sunt *Amyclæ* ad eam partem urbis quæ vergit ad mare. Postero die, agrum populatus, ad *Pyrrhi castra*, quæ vocant, descendit. Quumque per continuum biduum loca vicina devastasset, ad *Carnium* castris locum cœpit. Inde *Asinam* duxit: conatusque illud oppidum oppugnare, quum nihil magnopere profecisset, motis signis, per omnem agrum qui Creticum mare spectat, *Tænarum* usque, infesto agmine populabundus ivit. Converso deinde itinere ad Lacedæmoniorum navale flexit, quod *Gythium* vocant, ubi

Ol.140.2. να, τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει περὶ τριάκοντα στάδια.
τοῦτο δ᾽ ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρα- 7
τοπέδευσε περὶ τὴν Ἑλίαν· ἥτις ἐστὶν, ὡς πρὸς μέ-
ρος θεωρουμένη, πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς
Λακωνικῆς. ὅθεν ἀφιεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε 8
τὸν τόπον τοῦτον πάντα κατεπυρπόλει, καὶ διέ-
φθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς· ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς
προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ καὶ
τὴν τῶν Βοιῶν χώραν.

XX. Messenii serius Tegeam conveniunt.

Οἱ δὲ Μεσσήνιοι, κομισάμενοι τὰ γράμματα τὰ παρὰ τοῦ Φιλίππου, τὰ περὶ τῆς στρατείας, τῇ μὲν ὁρμῇ τῶν ἄλλων οὐκ ἐλείποντο συμμάχων, ἀλλὰ τὴν ἔξοδον ἐποιήσαντο μετὰ σπουδῆς, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους ἄνδρας ἐξέπεμψαν, πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. τῷ δὲ μήκει τῆς ὁδοῦ καθυστερήσαντες τῆς εἰς Τέγεαν παρουσίας τοῦ Φιλίπ-

6. *περὶ τριάκοντα. περὶ, quod abest vulgo, dedit Flor. & Perott. Pro τριάκ. autem videri potest διακόσια καὶ τριάκοντα ponendum.* 7. Ἑλίαν. *Mutavi spiritum. quum in libri esset* Ἐλίαν. 8. Βοιῶν. *Sic Casaub. Ante eum edd. cum msstis* Βοίων. *Rectius fortasse* Βοιατῶν.

ubi portus est tutus, distans ab urbe triginta fere stadia. Mox relicto ad dextram Gythio circa *Heliam* consedit; quæ agri Laconici portio quædam est, omnium ejus partium & maxima & pulcerrima. Inde pabulatum dimisso milite, totum hunc locum omni clade belli affecit, & fruges fructusque universos, qui in eo erant, corrupit. Quin & *Acrias* usque, & *Leucas*, atque etiam ad *Bœarum* agrum, populationibus est perventum.

20. *Messenii*, literis a Philippo acceptis de educendo milite, voluntate quidem propensa nemini sociorum cesserunt: quin summo studio expeditionem susceperunt, conscripto exercitu lectissimorum peditum ad bis mille, equitum ducentorum. Verum quia propter viæ longitudinem *Tegeam* occurrere ad eam diem, qua illuc Philip-

Φιλίππου, τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρουν, τί δέον εἴη ποιεῖν. A.V.536.
3ἀγωνιῶντες δὲ, μὴ δόξαιεν ἐθελοκακεῖν, διὰ τὰς
προγεγενημένας περὶ αὐτοὺς ὑποψίας· ὥρμησαν διὰ
τῆς Ἀργείας εἰς τὴν Λακωνικὴν, βουλόμενοι συνά-
4ψαι τοῖς περὶ τὸν Φίλιππον. Παραγενόμενοι δὲ
πρὸς Γλυμπεῖς χωρίον, ὃ κεῖται περὶ τοὺς ὅρους
τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς, πρὸς τοῦτο κατεστρα-
5τοπέδευσαν ἀπείρως ἅμα καὶ ῥαθύμως. οὔτε γὰρ
τάφρον, οὔτε χάρακα τῇ παρεμβολῇ περιέβαλον,
οὔτε τόπον εὐφυῆ περιέβλεψαν· ἀλλὰ, τῇ τῶν
κατοικούντων τὸ χωρίον εὐνοίᾳ πιστεύοντες, ἀκά-
6κως πρὸ τοῦ τείχους αὐτοῦ παρενέβαλον. Ὁ δὲ
Λυκοῦργος, προσαγγελθείσης αὐτῷ τῆς τῶν Μεσση-
νίων παρουσίας, ἀναλαβὼν τοὺς μισθοφόρους, καὶ
τινας τῶν Λακεδαιμονίων, προῆγε· καὶ συνάψας
τοῖς τόποις ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ἐπέθετο τῇ στρατο-
7πεδείᾳ τολμηρῶς. οἱ δὲ Μεσσήνιοι, τἄλλα πάντα
κακῶς

Messenii ad Glympes castra ponunt.

Castris exuuntur a Lycurgo.

XX. 4. Γλυμπεῖς. Γλύμπεις *videtur scribendum.*

Philippus venit, non poterant; serius advenientes, quid jam facto esset opus, ancipites animi primum dubitarunt. Veriti autem, ne, ob præteritas suspiciones, quibus laboraverant, de industria viderentur cessasse, per Argivorum fines *Laconicam* petere constituerunt; conjungi cum Philippo quam primum cupientes. Ad *Glympes* autem ut ventum, (castellum est, in confinio ditionis Argivorum & Laconum,) castra metati sunt eo loci, & inscite, & negligenter. Nam neque fossa neque vallo se muniverunt; ac ne locum quidem stativis idoneum delegerant: sed benevolentiæ incolarum confisi, nihil quidquam mali suspectantes, pro mœnibus castelli consederunt. *Lycurgus*, de adventu Messeniorum factus certior, cum mercenario milite & paucis Lacedæmoniis eo ducit: & quum prima luce appropinquasset, magno impetu castra *Messeniorum* invadit. Illi, qui ceteroquin nihil

Ol.140.2. κακῶς βουλευσάμενοι, καὶ μάλιστα τὸ προελθεῖν
ἐκ τῆς Τεγέας, μὴ κατὰ τὸ πλῆθος ἀξιόχρεοι
ὑπάρχοντες, μήτε πιστεύοντες ἐμπείροις, παρ' αὐ-
τόν γε τὸν κίνδυνον κατὰ τὴν ἐπίθεσιν ὅμως τὸ δυ-
νατὸν ἐκ τῶν πραγμάτων ἔλαβον πρὸς τὴν ἑαυτῶν
σωτηρίαν. ἅμα γὰρ τῷ συνιδεῖν ἐπιφαινομένους τοὺς 8
πολεμίους, ἀφέμενοι πάντων, σπουδῇ πρὸς τὸ χω-
ρίον προσέφυγον. διόπερ Λυκοῦργος τῶν μὲν ἵππων 9
ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν πλείστων, καὶ τῆς ἀποσκευῆς·
τῶν δ' ἀνδρῶν ζωγρείᾳ μὲν οὐδενὸς ἐκυρίευσε, τῶν
δ' ἱππέων ὀκτὼ μόνον ἀπέκτεινε. Μεσσήνιοι μὲν οὖν 10
τοιαύτῃ περιπετείᾳ χρησάμενοι, πάλιν δι' Ἄργους
εἰς τὴν οἰκείαν ἀπεκομίσθησαν. Ὁ δὲ Λυκοῦργος, 11
μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ γεγονότι, παραγενόμενος εἰς
τὴν Λακεδαίμονα περὶ παρασκευὴν ἐγίγνετο· καὶ
συνήδρευε μετὰ τῶν φίλων, ὡς οὐκ ἐάσων τὸν Φί-
λιππον

Lycurgus ad Spartam Philippum exſpectat.

7. τὸ προελθεῖν. *τὸ ignorant mssti; ab Vrſino adſcivit Caſaub. Forte* τῷ *fuerat ſcribendum.* Ibid. *Ad* ἐμπείροις *forſan vocab.* ἡγεμόσι *cum Reisk. eſt adjiciendum.*

nihil pro ſanis fecerant, maximeque in eo peccaverant, quod pedem Tegea efferre auſi erant, neque idoneum armatorum numerum habentes, neque peritorum conſilio utentes; in ipſa tamen pugna adverſus invadentem hoſtem, ſaluti ſuæ, quod quidem in ipſis fuit, non defuerunt. Nam ut primum apparere hoſtes viderunt, omnibus relictis impedimentis, ad ipſum caſtellum curriculo ſeſe receperunt. Itaque ſupellectile quidem & equis plerisque *Lycurgus* eſt potitus: ſed militum vivum quidem cepit neminem, octo tantum ex equitibus occidit. *Meſſenii*, hac clade affecti, per Argos patriam repetunt. *Lycurgus*, re bene geſta ferox, ubi Lacedæmonem eſt reverſus, inſtruendo bello intentus, concilia cum amicis agitabat: & *Philippo* exeundi e Laconica poteſtatem,

λιππον ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς χώρας ἄνευ κινδύνου καὶ A.V. 536.
12συμπλοκῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐκ τῆς Ἑλίας ἀνα-
ζεύξας, προῆγε, πορθῶν ἅμα τὴν χώραν· καὶ τε-
ταρταῖος αὖθις εἰς τὰς Ἀμύκλας κατῆρε παντὶ
τῷ στρατεύματι περὶ μέσον ἡμέρας.

XXI.
Λυκοῦργος δὲ, διαταξάμενος περὶ τοῦ μέλλοντος
κινδύνου τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς φίλοις, αὐτὸς μὲν
ἐξελθὼν ἐκ τῆς πόλεως, κατελάβετο τοὺς περὶ τὸ
Μενελάϊον τόπους, ἔχων τοὺς πάντας οὐκ ἐλάττους
2δισχιλίων. τοῖς δ' ἐν τῇ πόλει συνέθετο, προσέχειν
τὸν νοῦν, ἵν', ὅταν αὐτοῖς αἴρῃ τὸ σύνθημα, σπουδῇ
κατὰ πλείους τόπους ἐξαγαγόντες πρὸ τῆς πόλεως
τὴν δύναμιν ἐκτάττωσι, βλέπουσαν ἐπὶ τὸν Εὐρώταν,
καθ' ὃν ἐλάχιστον τόπον ἀπέχει τῆς πόλεως ὁ πο-
3ταμός. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν Λυκοῦργον καὶ τοὺς
4Λακεδαιμονίους ἐν τούτοις ἦν. Ἵνα δὲ μὴ, τῶν τό-
πων

Menelaium, prope Lacedæmonem.

11. ἐκ τῆς χώρας. ἐκ abest a vett. libris; ex Reg. B. recepit Casaub.
XXI. 2. βλέπουσαν ἐπὶ. βλέπ. κατὰ edd. ex Bav.

tem, priusquam prælii discrimen subiisset, videbatur non facturus. Rex, castris ex *Helia* motis, populabundus agmen ducens, quartis castris *Amyclas* cum universo exercitu circa meridiem est reversus.

21. *Lycurgus*, postquam ducibus amicisque suis necessaria ad futurum certamen præcepisset, cum bis mille omnino armatorum manu urbem ipse egressus, proxima *Menelaio* loca insidet: cum remanentibus in urbe constituit, ut signum, quod daturus ipsis erat, diligenter observarent; eoque sublato, militem propere multis simul locis oppido educerent, &, qua minimum a *Sparta* abest *Eurotas*, ibi ante ipsam urbem copias in aciem ita dirigerent, ut fluvium spectaret acies. Et *Lycurgus* quidem ac Lacedæmonii in his tum erant. Sed ne propter

Ol. 140. 2. Locorum ſitus in Hiſtoria accurate deſignandus.

πων ἀγνοουμένων, ἀνυπόταϰτα ϰαὶ ϰωφὰ γίγνηται
τὰ λεγόμενα, συνυποδειϰτέον ἂν εἴη τὴν φύσιν ϰαὶ
τάξιν αὐτῶν· ὃ δὴ ϰαὶ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν 5
πειρώμεθα ποιεῖν, συνάπτοντες ϰαὶ συνοιϰειοῦντες
ἀεὶ τοὺς ἀγνοουμένους τῶν τόπων τοῖς γνωριζομένοις
ϰαὶ παραδιδομένοις. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ϰατὰ πόλεμον 6
ϰινδύνων τοὺς πλείους ϰαὶ ϰατὰ γῆν ϰαὶ ϰατὰ θά-
λατταν σφάλλουσιν αἱ τῶν τόπων διαφοραί· βουλό-
μεθα δὲ, πάντας, οὐχ οὕτω τὸ γεγονὸς, ὡς τὸ πῶς
ἐγένετο, γινώσϰειν· οὐ παρολιγωρητέον τῆς τῶν τό- 7
πων ὑπογραφῆς, ἐν οὐδ' ὁποίᾳ μὲν τῶν πράξεων,
ἥϰιστα δ' ἐν ταῖς πολεμιϰαῖς· οὐδ' ὀϰνητέον, ποτὲ
μὲν λιμέσι ϰαὶ πελάγεσι ϰαὶ νήσοις συγχρῆσθαι ση-
μείοις, ποτὲ δὲ πάλιν, ἱεροῖς, ὄρεσι, χώραις, ἐπω-
νύμοις· τὸ δὲ τελευταῖον, ταῖς ἐϰ τοῦ περιέχοντος 8
δια-

4. *ἀνυπόταϰτα. Alii ἀνυπόδειϰτα.* 7. *χώραις, ἐπωνύμοις. Hæc, cum vulgo conjuncta eſſent, interpoſita diſtinctione ſeparavi. ὄρεσι χώρας ἐπωνύμοις ſuſpicatus eſt Erneſti.*

pter memorandorum locorum ignorationem ſequens narratio confuſa & vaga, atque ut ita dicam, ſurda exiſtat; faciendum nobis, ut in rebus geſtis commemorandis naturam ſimul ac ſitum locorum tradamus. Quod quidem ubique in hoc opere facere conamur, ut notis jam locis & in hiſtoriis priorum memoratis ignota connectamus componamusque. Quoniam enim & terra & mari res gerentibus plerisque ignorata locorum diſcrimina & proprietates ſunt fraudi; nos autem optamus, ut omnes, qui noſtra legent, non tantum quid actum fuerit, ſed potiſſimum quo modo quæque res geſta ſit, cognoſcant: nulla quidem in parte omittenda nobis eſt locorum deſcriptio; nuſquam vero minus, quam ubi bellicæ actiones explicantur: neque refugere debemus, quo minus modo portu aliquo, aut mari, aut inſula, modo aliquo templo, monte, agro, aut aliquo cognomine; poſtremo cœli differentiis (quoniam harum notitia univerſis mortalibus maxime communis eſt) ad deſi-

διαφοραῖς, ἐπειδὴ κοινόταται πᾶσιν ἀνθρώποις εἰσὶν A.V. 536.
9 αὗται. Μόνως γὰρ οὕτω δυνατὸν, εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῶν ἀγνοουμένων τοὺς ἀκούοντας, καθάπερ καὶ
10 πρότερον εἰρήκαμεν. Ἔστι δ' ἡ τῶν τόπων φύσις τοιαύτη, ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος.

XXII. Spartæ situs.

Τῆς γὰρ Σπάρτης, τῷ μὲν καθόλου σχήματι, περιφεροῦς ὑπαρχούσης, καὶ κειμένης ἐν τόποις ἐπιπέδοις, κατὰ μέρος δὲ περιεχούσης ἐν αὐτῇ διαφό-
2 ρους ἀνωμάλους καὶ βουνώδεις τόπους· τοῦ δὲ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, ὃς καλεῖται μὲν Εὐρώτας, γίγνεται δὲ τὸν
3 πλείω χρόνον ἄβατος διὰ τὸ μέγεθος· συμβαίνει τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν τὸ Μενελάϊόν ἐστι, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ, κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολὰς, ὄντας τραχεῖς καὶ δυσβάτους καὶ διαφερόντως ὑψηλοὺς, ἐπικεῖσθαι δὲ τῷ πρὸς
4 τὴν πόλιν τοῦ ποταμοῦ διαστήματι κυρίως· δι' οὗ

φέρε-

XXII. 1. *διαφόρους caret Bav.*

designanda loca, quibus quæque res gesta est, utamur. Hac quippe ratione sola, ut ante diximus, ad eorum locorum cognitionem, quæ adhuc ignorantur, perduci lectores queant. Est autem locorum, quibus de nunc agimus, natura hujusmodi.

22. *Sparta* urbs, si universam illius figuram spectes, formam habet rotundam; estque in planitie quidem sita, ita tamen, ut ex parte loca etiam aspera nonnulla atque tumulos in se contineat. Hanc ab Ortu præterlabitur amnis *Eurotas;* qui per majorem anni partem, propter aquarum copiam, vado transiri non potest. Illi autem tumuli, quibus impositum est *Menelaium*, ab altera fluminis sunt ripa, qua vergit urbs ad hibernum solis ortum: qui quum asperi sint difficilesque superatu, & insigni altitudine, prorsus imminent illi spatio, quod inter urbem atque Eurotam est interjectum. Atque hoc interval-

lum

Ol.140.2. Φέρεται μὲν ὁ προειρημένος ποταμὸς παρ' αὐτὴν τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν· ἔστι δ' οὐ πλεῖον τὸ πᾶν διάστημα, τριῶν ἡμισταδίων. δι' οὗ τὴν ἀνακομιδὴν ἔδει 5 ποιεῖσθαι κατ' ἀνάγκην τὸν Φίλιππον, ἐκ μὲν εὐωνύμων ἔχοντα τὴν πόλιν καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἑτοίμους καὶ παρατεταγμένους, ἐκ δεξιῶν δὲ τόν τε ποταμὸν καὶ τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον, ἐπὶ τῶν λόφων ἐφεστῶτας. Ἐμεμηχάνηντο δέ τι πρὸς τοῖς 6 ὑπάρχουσι καὶ τοιοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι. Φράξαντες γὰρ τὸν ποταμὸν ἄνωθεν, ἐπὶ τὸν μεταξὺ τόπον τῆς πόλεως καὶ τῶν βουνῶν ἐφῆκαν· οὗ διαβρόχου γενηθέντος, οὐχ οἷον τοὺς ἵππους, ἀλλ' οὐδ' ἂν τοὺς πεζοὺς δυνατὸν ἦν ἐμβαίνειν. διόπερ ἀπε- 7 λείπετο, παρ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν ὑπὸ τοὺς λόφους τὴν δύναμιν ἄγοντας, δυσπαραβοηθήτους καὶ μακροὺς αὐτοὺς ἐν πορείᾳ παραδιδόναι τοῖς πολεμίοις. Εἰς ἃ βλέπων ὁ Φίλιππος, καὶ βουλευσά- 8 μενος

Lycurgus & Lacedæmonii exſpectant Philippum.

lum univerſum, cum ipſo amne, qui per illud juxta collium radices labitur, ultra ſtadium unum cum dimidio nequaquam patet. Hac neceſſario tranſeundum *Philippo* fuit in reditu: ita ut urbem, & Lacedæmonios paratos inſtructosque in acie, ad lævam haberet; ad dextram vero, tum amnem ipſum, tum *Lycurgi* copias, quæ colles inſederant. Hoc amplius autem Lacedæmonii artificium iſtiusmodi erant commenti: obſtructo namque flumine in ſuperiore parte, reſtagnare aquam in illud quod diximus ſpatium, inter urbem & colles interceptum, fecerant: ut per locum irriguum ne pedites quidem tuto veſtigium figere poſſent, nedum equites. Itaque illud unum ſupererat, ut præter radices montium & ſub ipſos colles longo & minime ad ſubſidiandum ſibi invicem apto agmine ductans exercitum, ſeſe ac ſuos rex hoſtium telis exponeret. Hæc *Philippus* animadvertens,

μενος μετὰ τῶν φίλων, ἀναγκαιότατον ἔκρινε τῶν παρόντων, τὸ τρέψασθαι πρώτους τοὺς περὶ τὸν 9 Λυκοῦργον ἀπὸ τῶν κατὰ Μενελάϊον τόπων. ἀναλαβὼν οὖν τούς τε μισθοφόρους καὶ τοὺς πελταστὰς, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς, προῆγε, διαβὰς 10 τὸν ποταμὸν, ὡς ἐπὶ τοὺς λόφους. Ὁ δὲ Λυκοῦργος, συνθεωρῶν τὴν ἐπίνοιαν τοῦ Φιλίππου, τοὺς μὲν μεθ᾽ ἑαυτοῦ στρατιώτας ἡτοίμαζε καὶ παρεκάλει πρὸς τὸν κίνδυνον· τοῖς δὲ ἐν τῇ πόλει τὸ ση-11 μεῖον ἀνέφηνεν. οὗ γενομένου, παραυτίκα τοὺς πολιτικοὺς, οἷς ἐπιμελὲς ἦν, ἐξῆγον κατὰ τὸ συντεταγμένον πρὸ τοῦ τείχους, ποιοῦντες ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τοὺς ἱππεῖς.

A.V. 536. Philippus Lycurgum de Menelaio deturbare parat.

Ὁ δὲ Φίλιππος, ἐγγίσας τοῖς περὶ τὸν Λυκοῦργον, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐφῆκε τοὺς μισθοφόρους. 2 ἐξ οὗ καὶ συνέβη τὰς ἀρχὰς ἐπικυδεστέρως ἀγωνίζεσθαι τοὺς παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων· ἅτε καὶ τοῦ καθο-

XXIII. Depellitur Lycurgus.

8. τῶν φίλων. τῶν ἄλλων ἡγεμόνων edd. ex Bav.

XXIII. 1. αὐτοὺς ἐφῆκε ex conject. scripsi cum Reiskio. Vulgo omnes αὐτοῖς.

tens, collato cum amicis consilio nihil magis necessarium ex præsentibus judicavit, quam ut *Lycurgum* primo de locis circa *Menelaium* deturbaret. Itaque mercenariis secum assumtis, cetratisque, & præter hos Illyriis, trajecto amne ad colles ducit. *Lycurgus*, Philippi consilio cognito, suos parare, & ad certamen accendere: simul iis qui in urbe erant, signum dare. Quod ubi sublatum est in altum, extemplo urbanarum copiarum duces, sicut mandatum ipsis fuerat, urbe illas educunt, & pro mœnibus aciem instruunt; in cujus dextro cornu equites sunt locati.

23. Macedo, ut propius *Lycurgum* est ventum, mercenarios ire in hostem, & pugnæ initium facere jubet. Vnde etiam accidit, ut principio certaminis Lacedæmonii,

Ol. 140. 2. Depellitur Lycurgus a Menelaio.

καθοπλισμοῦ καὶ τῶν τόπων αὐτοῖς οὐ μικρὰ συμβαλλομένων. ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν πελταστὰς ὁ Φίλιπ- 3 πος ὑπέβαλε τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἐφεδρείας ἔχοντας τάξιν, τοῖς δ' Ἰλλυριοῖς ὑπεράρας ἐκ πλαγίων ἐποιεῖτο τὴν ἔφοδον· τότε δὴ συνέβη, τοὺς μὲν πα- 4 ρὰ τοῦ Φιλίππου μισθοφόρους, ἐπαρθέντας τῇ τῶν Ἰλλυριῶν καὶ πελταστῶν ἐφεδρείᾳ, πολλαπλασίως ἐπιῤῥωσθῆναι πρὸς τὸν κίνδυνον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦ Λυκούργου, καταπλαγέντας τὴν τῶν βαρέων ὅπλων ἔφοδον, ἐκκλίναντας φυγεῖν. Ἔπεσον μὲν οὖν αὐτῶν 5 εἰς ἑκατὸν, ἑάλωσαν δὲ μικρῷ πλείους· οἱ δὲ λοιποὶ διέφυγον εἰς τὴν πόλιν. ὁ δὲ Λυκοῦργος αὐτὸς, ταῖς ἀνοδίαις ὁρμήσας, νύκτωρ μετ' ὀλίγων ἐποιήσατο τὴν εἰς τὴν πόλιν πάροδον. Φίλιππος δὲ τοὺς μὲν 6 λόφους τοῖς Ἰλλυριοῖς κατελάβετο· τοὺς δ' εὐζώνους ἔχων καὶ πελταστὰς, ἐπανήει πρὸς τὴν δύναμιν. Ἄρατος

4. τότε δή. δή carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb. Ibid. ἐκκλίν. ἐγκλίναντας Flor. Vrb.

nii, quos & armatura & loci ingenium adjuvabat, fecundiore fortuna pugnarent. Verum poſtquam cetratos *Philippus* ſubſequi illos juſſit, & in uſum ſubſidii a tergo pugnantium ſtare, atque ipſe, circumductis Illyriis, a lateribus hoſtes cœpit invadere: tum enimvero mercenarii quidem regis, præſidio cetratorum & Illyriorum feroces, multis partibus acrius ac fortius in pugnam incumbere; Lycurgeus vero miles, ingruentis ſibi gravis armaturæ metu perculſus, acie inclinata fugæ ſeſe mandare. Deſiderati ſunt ex horum numero fere centum: capti aliquanto plures: reliqui in urbem fuga ſe receperunt. *Lycurgus* ipſe, avia pervagatus, noctis ſilentio cum paucis Spartam rediit. *Philippus* Illyriorum opera colles occupat: ipſe cum expedito milite & cetratis ad exercitum revertitur. Per idem tempus

A.V. 536.

7 Ἄρατος δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ἄγων ἐκ τῶν Ἀμυκλῶν τὴν φάλαγγα, σύνεγγυς ἦν ἤδη τῆς πό-
8 λεως. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, διαβὰς τὸν ποταμὸν, ἐφήδρευε τοῖς εὐζώνοις καὶ πελτασταῖς, ἔτι δὲ τοῖς ἱππεῦσιν, ἕως τὰ βαρέα τῶν ὅπλων ὑπ' αὐτοὺς
9 τοὺς βουνοὺς ἀσφαλῶς διῄει τὰς δυσχωρίας. Τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐπιβαλλομένων ἐγχειρεῖν τοῖς ἐφεδρεύουσι τῶν ἱππέων, καὶ γενομένης συμπλοκῆς ὁλοσχερεστέρας, καὶ τῶν πελταστῶν εὐψύχως ἀγωνι-
10 σαμένων· καὶ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν Φίλιππος ὁμολογούμενον προτέρημα ποιήσας, καὶ συνδιώξας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων ἱππεῖς εἰς τὰς πύλας, μετὰ ταῦτα διαβὰς ἀσφαλῶς τὸν Εὐρώταν, ἀπουράγει τοῖς αὐτοῦ φαλαγγίταις.

Erumpentes Spartanos in urbem compellit Philippus.

XXIV. Ἤδη δὲ τῆς ὥρας συναγούσης ἅπαντας, ἀναγκαζόμενος αὐτοῦ στρατοπεδεύειν, περὶ τὴν ἐκ τῶν
2 στενῶν ἔξοδον ἐχρήσατο στρατοπεδείᾳ· κατὰ σύμ-

Castra Philippi prope Spartam.

8. ἔτι δὲ *ex conject. ora Reg. B. inscripta recepit Casaub. Ante hunc edd. cum msstis mendose* ἐπὶ δὲ. Ibid. ἕως *ex ead. ora Reg. B. adscitum est, cum abesset a libris omnibus.*

XXIV. 1. ἅπαντας. *Mendose* ἅπαν *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

tempus *Aratus* phalangem *Amyclis* ducebat: quo ad urbem jam appropinquante, rex transit flumen, & cum levi armatura cetratisque & equitibus in subsidiis mansit, donec graviter armati juxta colles ipsos angustias viarum sine periculo sunt emensi. Conantibus interim oppidanis subsidiarios equites adoriri, magno excitato certamine, ita fortiter pugnarunt cetrati, ut etiam hac in parte non ancipitem rex victoriam consequeretur: qui, fugatis Lacedæmoniorum equitibus ad portas usque, mox amnem Eurotam sine discrimine transgressus, phalangis suæ agmen extremum cogebat.

24. Quum vero hora diei omnes jam de recipiendo se admoneret; coactus eo loci considere *Philippus*, in ipso exitu angustiarum castra est metatus. Eveneratque forte

Ol. 140. 2. Castra Philippi prope Spartam.

πτωμα τῶν ἡγουμένων περιβαλλομένων τοιοῦτον τόπον, οἷον οὐκ ἂν ἄλλον τις εὕροι, βουλόμενος εἰς τὴν χώραν τῆς Λακωνικῆς παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν ποιεῖσθαι τὴν εἰσβολήν. Ἔστι γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς 3
τῶν προειρημένων στενῶν, ὅταν ἀπὸ τῆς Τεγέας ἢ καθόλου τῆς μεσογαίου παραγιγνόμενος ἐγγίζῃ τις τῇ Λακεδαίμονι, τόπος ἀπέχων μὲν τῆς πόλεως δύο μάλιστα σταδίους, ἐπ' αὐτοῦ δὲ κείμενος τοῦ ποταμοῦ. τούτου δὲ συμβαίνει τὴν μὲν ἐπὶ τὴν πό- 4
λιν καὶ τὸν ποταμὸν βλέπουσαν πλευρὰν περιέχεσθαι πᾶσαν ἀνόδῳ μεγάλῃ καὶ παντελῶς ἀπροσίτῳ· τὸ δ' ἐπὶ τοῖς κρημνοῖς τούτοις χωρίον, ἐπίπεδόν ἐστι καὶ γεῶδες καὶ κάθυδρον, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὰς εἰσαγωγὰς καὶ τὰς ἐξαγωγὰς τῶν δυνάμεων εὐφυῶς κείμενον· ὥστε τὸν στρατοπεδεύσαντα ἐν 5
αὐτῷ, καὶ κατασχόντα τὸν ὑπερκείμενον λόφον, δοκεῖν:

2. *περιβαλομένων. περιβαλλομένων Flor. περιλαβομένων Casaub. invitis msstis.* 4. *ἀνόδῳ. ἀποδῷ vel ἀποδῶ Vat. Aug. Reg. A. quod in ἀφόδῳ mutavit Flor.* Ibid. *γεῶδες. γαιῶδες Vat. Reg. A. Vrsin.*

te fortuna, ut viarum ductores ejusmodi locum ad castrametationem caperent, cui similem alium nemo inveniat, habens in animo præter urbem ipsam facere in Laconicam impressionem. Venientibus namque Tegea, sive omnino ex mediterranea parte Peloponnesi, in aditu ipso illarum faucium, cum *Spartæ* jam appropinquas, ad duo ab urbe stadia in fluminis ripa locus ille occurrit: cujus lateri ei, quod urbem fluviumque respicit, longum ac difficile jugum prorsusque inaccessum prætexitur; at super istis præruptis cautibus campus est planus, terrenus, & aquarum copia abundans, ad introducendum pariter educendumque militem opportune situs: ut, qui ibi castra posuerit, & imminentem collem semel occupaverit, consedisse in tuto dici possit, quod

δοκεῖν μὲν ἐν ἀσφαλεῖ στρατοπεδεύειν διὰ τὴν πα- A.V. 536.
ράθεσιν τῆς πόλεως· στρατοπεδεύειν δὲ ἐν καλλί-
στῳ, κρατοῦντα τῆς εἰσόδου καὶ τῆς διόδου τῶν στε-
6 νῶν. Πλὴν ὅγε Φίλιππος, καταστρατοπεδεύσας
ἐν τούτῳ μετ' ἀσφαλείας, τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ
τὴν μὲν ἀποσκευὴν προαπέστειλε, τὴν δὲ δύναμιν
ἐξέταξεν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, εὐσύνοπτον τοῖς ἐκ τῆς
7 πόλεως. χρόνον μὲν οὖν τινα βραχὺν ἔμεινε· μετὰ
δὲ ταῦτα κλίνας ἐπὶ κέρας, ἦγε ποιούμενος τὴν πο-
8 ρείαν ὡς ἐπὶ Τέγεαν. Συνάψας δὲ τοῖς τόποις, ἐν Ex Laconica Corinthum redit Philippus.
οἷς Ἀντίγονος καὶ Κλεομένης συνεστήσαντο τὸν κίν-
9 δυνον, αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε. τῇ δ' ἑξῆς θεα-
σάμενος τοὺς τόπους, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς ἐφ' ἑκα-
τέρου τῶν λόφων, ὧν ὁ μὲν Ὄλυμπος, ὁ δ' Εὔας
καλεῖται, μετὰ ταῦτα προῆγε, στεῤῥοποιησάμενος
10 τὴν οὐραγίαν. ἀφικόμενος δ' εἰς Τέγεαν, καὶ λαφυ-
ροπωλήσας πᾶσαν τὴν λείαν, καὶ μετὰ ταῦτα ποιη-

 σάμενος

5. τῶν στενῶν. *Sic correxi. Articulo plane carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. Alieno loco cum Bav. ponunt editi*, τῶν τῆς εἰσόδου καὶ τῆς διόδου στενῶν.

quod ad propinquam quidem urbem attinet; simulque commodissimo loco, quandoquidem & aditum faucium & transitum in sua habet potestate. Ceterum *Philippus*, postquam ibi extra periculum quievisset, postero die, præmissis impedimentis, in locis planis aciem in oculis oppidanorum instruit: &, quum pugnandi potestatem ad breve tempus fecisset hostibus, mox detorquens aciem in alterum cornu, *Tegeam* agmen ducit. Vt ad id locorum est ventum, ubi Antigonus & Cleomenes olim pugnaverant; rex stativa ibi habet: dieque insequenti loca illa contemplatus, post rem divinam factam in utriusque collis vertice, quorum alteri Olympo, alteri Evæ nomen; postrema acie valide firmata, *Tegeam* contendit. Tegeæ quum prædam omnem curasset divendi, itinere dein per Argos habito, cum universo

Ol.140.2. σάμενος δι' Ἄργους τὴν πορείαν, ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κόρινθον. Παρόντων δὲ καὶ πρεσβευτῶν 11 παρά τε Ῥοδίων καὶ Χίων, περὶ διαλύσεως τοῦ πολέμου, χρηματίσας τούτοις, καὶ συνυποκριθεὶς, καὶ φήσας, ἕτοιμος εἶναι διαλύεσθαι καὶ νῦν καὶ πάλαι πρὸς Αἰτωλοὺς· τούτους μὲν ἐξέπεμπε, διαλέγεσθαι κελεύσας καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς περὶ τῆς διαλύσεως. Αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς τὸ Λέχαιον, ἐγίγνετο 12 περὶ πλοῦν, ἔχων τινὰς πράξεις ὁλοσχερεστέρας ἐν τοῖς περὶ Φωκίδα τόποις.

XXV. Leontius seditionem excitat militum.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, οἱ περὶ τὸν Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν καὶ Πτολεμαῖον, ἔτι πεπεισμένοι καταπλήξεσθαι τὸν Φίλιππον, καὶ λύειν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τὰς προγεγενημένας ἁμαρτίας, ἐνέβαλον λόγους εἴς τε τοὺς πελταστὰς καὶ τοὺς ἐκ τοῦ λεγομένου παρὰ τοῖς Μακεδόσιν ἀγήματος· ὅτι κιν- 2 δυνεύουσι μὲν ὑπὲρ πάντων, γίγνεται δ' αὐτοῖς οὐδὲν τῶν

12. Λέχαιον. Λέχεον *h. l. dant libri nostri: & sic mox rursus, & passim alibi.*

verso exercitu *Corinthum* pervenit. Ibi quum adessent *Rhodiorum & Chiorum legati*, de componendo bello missi; his legationibus operam rex dedit: &, simulatione usus, quum *paratum se* diceret *& nunc esse, & jam pridem fuisse, ad transigendum cum Aetolis*, eos dimisit; jussos, cum eisdem Aetolis pariter de pace agere. Ipse ad Lechæum descendit, & ad trajiciendum se parat; spem habens rerum quarumdam majoris momenti in *Phocide* conficiendarum.

25. Circa idem tempus, *Leontius, Megaleas, & Ptolemæus;* sperantes adhuc terreri *Philippum* posse, atque hoc pacto delicta sua priora fore tecta; apud cetratos, & eos qui more Macedonum *Agema* dicuntur, hujusmodi sermones jaciunt: *pericula quidem pro omnibus ipsos adire; ceterum nihil juris prorsus ipsis jam*

τῶν δικαίων, οὐδὲ κομίζονται τὰς λείας τὰς γιγνο-
3 μένας αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐθισμῶν. Δι' ὧν παρώξυναν
τοὺς νεανίσκους, συστραφέντας ἐγχειρῆσαι διαρπά-
ζειν μὲν τὰς τῶν ἐπιφανεστάτων φίλων καταλύ-
σεις, ἐκβάλλειν δὲ τὰς θύρας καὶ κατακόπτειν τὸν
4 κέραμον τῆς τοῦ βασιλέως αὐλῆς. Τούτων δὲ συμ-
βαινόντων, καὶ τῆς πόλεως ὅλης ἐν θορύβῳ καὶ τα-
ραχῇ καθεστώσης, ἀκούσας ὁ Φίλιππος, ἧκε μετὰ
5 σπουδῆς ἐκ τοῦ Λεχαίου, θέων εἰς τὴν πόλιν. καὶ
συναγαγὼν εἰς τὸ θέατρον τοὺς Μακεδόνας, τὰ
μὲν παρεκάλει, τὰ δ' ἐπέπληττε πᾶσιν ἐπὶ τοῖς
6 πεπραγμένοις. θορύβου δ' ὄντος καὶ πολλῆς ἀκρι-
σίας, καὶ τῶν μὲν οἰομένων δεῖν ἄγειν καὶ βάλλειν
τοὺς αἰτίους, τῶν δὲ διαλύεσθαι καὶ μηδενὶ μνησικα-
7 κεῖν· τότε μὲν ὑποκριθεὶς ὡς πεπεισμένος, καὶ πα-
ρακαλέσας πάντας, ἐπανῆλθε· σαφῶς μὲν εἰδὼς

A.V. 536. Leontius seditionem excitat militum.

 τοὺς

XXV. 6. *ἀκρισίας recte Casaubonus cum Vrsino & Reg. B. Libri vett. mendose ἀκριβείας.*

jam esse relictum; ac ne prædam quidem concedi quæ ex more ipsis deberetur. His verbis animos juvenum ita incenderunt, ut divisi in cuneos præcipuorum ex amicis regis diversoria aggrederentur, & fores quoque regii prætorii revellerent, tegulasque effringerent. Quo facto, quum trepidationis ac tumultus plena jam omnia essent in urbe, *Philippus*, re cognita, e Lechæo in urbem ingenti celeritate accurrit. Deinde convocatos in theatro Macedones, partim monere, partim, propter illa quæ facta erant, universos increpare. Orto autem tumultu magnaque perturbatione, quum alii dicerent, ducendos in vincula cædendosque seditionis auctores; alii, dimittendos, ac veniam dandam; tum quidem dissimulata mente sua rex, tamquam effecisset quod voluerat, cohortatus omnes, concione discessit: gnarus probe,

Ol.140.2. τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς κινήσεως γεγονότας, οὐ προσποιηθεὶς δὲ, διὰ τὸν καιρόν.

XXVI. Μετὰ δὲ τὴν ταραχὴν ταύτην αἱ μὲν ἐν τῇ Φωκίδι προφανεῖς πράξεις, ἐμποδισμούς τινας ἔσχον.

Apellem Chalcide arcessit Leontius.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον, ἀπεγνωκότες τὰς ἐν αὐ- 2
τοῖς ἐλπίδας, διὰ τὸ μηδὲν σφίσι προχωρεῖν τῶν ἐπινοουμένων, κατέφευγον ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν· καὶ διαπεμπόμενοι συνεχῶς ἐκάλουν αὐτὸν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ἀπολογιζόμενοι τὴν περὶ σφᾶς ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν ἐκ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα διαφορᾶς.
συνέβαινε δὲ τὸν Ἀπελλῆν πεποιῆσθαι τὴν ἐν Χαλ- 3
κίδι διατριβὴν ἐξουσιαστικώτερον τοῦ καθήκοντος
αὐτῷ. τὸν μὲν γὰρ βασιλέα, νέον ἔτι καὶ τὸ πλεῖον 4
ὑπ' αὐτὸν ὄντα, καὶ μηδενὸς κύριον, ἀπεδείκνυε· τὸν δὲ τῶν πραγμάτων χειρισμὸν, καὶ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν, εἰς ἑαυτὸν ἐπανῆγε. Διόπερ οἵ τε ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θετταλίας ἐπιστάται καὶ χειρισταὶ τὴν

be, quinam primi seditionis incentores exstitissent; verum in præsentia dissimulandum id sibi esse ratus.

26. Composito isto tumultu, quæ in *Phocide* moliebatur *Philippus*, quorum spes certa videbatur ostensa, certis de caussis sunt impedita. *Leontius* vero, postquam vidit omnia sua consilia frustra esse, de salute jam sua desperans, *Apellis* opem imploravit: mittendisque subinde nunciis, quibus significabat ipsi, quantis difficultatibus atque incommodis ob susceptam cum rege simultatem circumveniretur, e Chalcide eum arcessebat. *Apelles* autem, dum *Chalcide* morabatur, licenter omnia & pro libidine agebat. Regem enim, utpote juvenem admodum, auctoritate sua plurimum regi, neque habere ullius rei potestatem, persuaserat hominibus: itaque administrationem omnem rerum & summum imperium ad se trahebat. Quamobrem &, qui per Macedoniam ac Thessaliam in magistratibus aut

τὴν ἀναφορὰν ἐποιοῦντο πρὸς ἐκεῖνον, αἵ τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἐπὶ βραχὺ μὲν ἐμνημόνευον τοῦ βασιλέως· τὸ δ' ὅλον αὐτοῖς ἦν καὶ τὸ πᾶν Ἀπελλῆς. A.V. 536.

6 Ἐφ' οἷς ὁ Φίλιππος, πυνθανόμενος, πάλαι μὲν ἐσχετλίαζε, καὶ δυσχερῶς ἔφερε τὸ γιγνόμενον· ἅτε καὶ παρὰ πλευρὰν ὄντος Ἀράτου, καὶ πραγματικῶς ἐξεργαζομένου τὴν ὑπόθεσιν· ἀλλ' ἐκαρτέρει, καὶ πᾶσιν ἄδηλος ἦν, ἐπὶ τί φέρεται, καὶ ἐπὶ

7 ποίας ὑπάρχει γνώμης. Ὁ δ' Ἀπελλῆς, ἀγνοῶν τὰ κατ' αὐτὸν, πεπεισμένος δὲ, ἂν εἰς ὄψιν ἔλθῃ τῷ Φιλίππῳ, πάντα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διοικήσειν, ὥρμησε, τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐπικουρήσων,

Magna cum pompa Corinthum intrat Apelles.

8 ἐκ τῆς Χαλκίδος. Παραγενομένου δὲ εἰς Κόρινθον αὐτοῦ, μεγάλην σπουδὴν ἐποιοῦντο καὶ παρώξυναν τοὺς νέους εἰς τὴν ἀπάντησιν οἱ περὶ τὸν Λεόντιον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Μεγαλέαν, ὄντες ἡγεμόνες τῶν

XXVI. 8. παρώξυναν. παρώξυνον *Flor.* *Idem paulo ante* εἰς τὴν Κόρινθον.

aut negotiorum procurationibus erant constituti, ad ipsum de omnibus referebant; & Græciæ urbes, in suis decretis, & in honoribus donisque deferendis, levemadmodum regis mentionem facientes, *Apellis* nomine primam pariter & imam ceram complebant. Quæ *Philippus* quum intelligeret, etsi rem indignam neque ferendam sibi dudum existimaverat; (præsertim quum *Aratus* etiam fodicaret illi latus, & exsequendo proposito suo sollerter intenderet:) sustinebat se tamen; adeo ut, quid moliretur, aut quid in animo haberet, nemo omnium sciret. *Apelles* igitur, Philippi mentem prorsus ignorans; haud dubitans vero, quin, ubi semel in conspectum regis venisset, omnia ex animi sui sententia esset confecturus; ad ferendum Leontio auxilium Chalcide proficiscitur. Quo Corinthum adventante, *Leontius*, *Ptolemæus* & *Megaleas*, qui cetratorum & aliorum

Ol.140.2. τε πελταστῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων συστημάτων. γενομένης δὲ τῆς εἰσόδου τραγικῆς,
9 διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπαντησάντων ἡγεμόνων καὶ στρατιωτῶν, ἧκε πρὸς τὴν αὐλὴν ὁ προειρημένος εὐθέως ἐκ πορείας. Βουλομένου δ' αὐτοῦ κατὰ τὴν
10 προγεγενημένην συνήθειαν εἰσιέναι, παρακατέσχε τις τῶν ῥαβδούχων κατὰ τὸ συντεταγμένον, φήσας, οὐκ εὐκαίρως ἔχειν τὸν βασιλέα. ξενισθεὶς δὲ, καὶ
11 διαπορήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον διὰ τὸ παράδοξον, ὁ μὲν Ἀπελλῆς ἐπανῆγε διατετραμμένος· οἱ δὲ λοιποὶ παραχρῆμα πάντες ἀπέῤῥεον ἀπ' αὐτοῦ προφανῶς, ὥστε τὸ τελευταῖον μόνον μετὰ τῶν ἰδίων παίδων εἰσελθεῖν εἰς τὴν αὐτοῦ κατάλυσιν. Βρα-
12 χεῖς γὰρ δὴ πάνυ καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι· μάλιστα δὲ τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. Ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι
13 παρα-

Ad regem non admittitur.

Aulici calculis computatorum ſunt ſimiles.

9. τραγικῆς. στρατηγικῆς *editio Herv. & ſeqq. cum Aug. & Reg. A.*
12. τοῖς βασιλείοις. ταῖς βασιλείαις *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

rum corporum nobiliſſimorum præfecturas obtinebant, ſummo ſtudio & aſſiduo juvenum hortatu effecerunt, ut obviam illi prodiretur. Quod quum multi & duces & milites feciſſent, fuiſſetque ejus introitus in urbem affectata quadam pompa celebratus; ipſe ex itinere confeſtim ad aulam perrexit. At ubi ad regem, pro veteri ſua conſuetudine, recta vult introire; unus e lictoribus, cui id negotii fuerat mandatum, retinuit; *non vacare*, dicens, *nunc regi.* Novitate rei inſolitæ conturbatus *Apelles*, & diu quid faceret dubitans, pedem tandem anxius & confuſus referre: ceteri palam ab ejus comitatu dilabi: ut ad extremum pueris dumtaxat ſuis ſtipatus hoſpitium ingrederetur. Enimvero, quum in univerſum omnes mortales *parvis momentis & ſublimes evehantur, & rurſum dejiciantur;* tum in iis *qui regum aulas colunt*, id præcipue locum habet. Plane enim

παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. ἐκεῖ- A.V. 536.
ναί τε γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ψηφίζοντος βούλησιν,
ἄρτι χαλκοῦν, καὶ παραυτίκα τάλαντον ἴσχουσιν·
οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦ-
μα μακάριοι, καὶ παρὰ πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται.
14 Ὁ δὲ Μεγαλέας, ὁρῶν παρὰ δόξαν ἐκβαίνουσαν Megaleas aufugit.
αὐτοῖς τὴν ἐπικουρίαν τὴν κατὰ τὸν Ἀπελλῆν, φό-
15 βου πλήρης ἦν, καὶ περὶ δρασμὸν ἐγένετο. ὁ δ'
Ἀπελλῆς ἐπὶ μὲν τὰς συνουσίας καὶ τοιαῦτα τῶν
τιμῶν παρελαμβάνετο· τῶν δὲ διαβουλίων καὶ τῆς
16 μεθ' ἡμέραν συμπεριφορᾶς, οὐ μετεῖχε. Ταῖς δ' In Phocidem frustra abit Philippus.
ἑξῆς ἡμέραις ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Φωκί-
δα πράξεις πάλιν ἐκ τοῦ Λεχαίου ποιούμενος τὸν
πλοῦν, ἐπεσπάσατο τὸν Ἀπελλῆν. διαπεσούσης δ'
αὐτῷ τῆς ἐπιβολῆς, οὗτος μὲν αὖθις ἐξ Ἐλατείας
ἀνέστρεφε.

Κατὰ

13. *ἐκεῖναί τε correxi cum Reiskio. Vulgo omnes ἐκεῖνοί τε.* 15. *τοιαῦτα. Aut τὰ τοιαῦτα legendum cum Reiskio, aut τοιαύτας τῶν τιμῶν.*

enim *similes* isti *sunt calculis*, quos in tabulis calculatoriis est videre: nam ut hi, pro lubitu calculantis, modo chalcum (sive oboli octavam partem) valent, modo talentum; ita etiam *aulici, ad regis nutum, beati aut miseri* repente existunt. *Megaleas*, postquam adeo præter opinionem ea spe auxilii, quam in Apelle posuerat, destitutum se videt, metu plenus fugam occupare cogitat. *Apelles* vero ad cœnam quidem & id genus honores admittebatur: at in deliberationibus habendis, & in diurna regis conversatione, nullus erat ei locus. Proximis diebus, in *Phocidem* ad ea exsequenda, quæ dudum moliebatur, trajecturus e Lechæo *Philippus*, Apellem sibi comitem adjunxit. Postquam vero ad irritum spes illa ei cecidit, ab Elatea rursus est retrogressus.

27. Quo

Ol. 140. 2.
XXVII.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Μεγαλέας εἰς τὰς
Ἀθήνας ἀπεχώρησε, καταλιπὼν τὸν Λεόντιον ἔγ-
γυον τῶν εἴκοσι ταλάντων. τῶν δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις 2
στρατηγῶν οὐ προσδεξαμένων αὐτὸν, μετῆλθε πά-
λιν εἰς τὰς Θήβας. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀναχθεὶς ἐκ 3
τῶν κατὰ Κίῤῥαν τόπων, κατέπλευσε μετὰ τῶν
ὑπασπιστῶν εἰς τὸν τῶν Σικυωνίων λιμένα· κἀκεῖ-
θεν ἀναβὰς εἰς τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἄρχοντας
παρῃτήσατο, πρὸς δὲ τὸν Ἄρατον καταλύσας, με-
τὰ τούτου τὴν πᾶσαν ἐποιεῖτο διαγωγὴν, τῷ δ'
Ἀπελλῇ συνέταξε πλεῖν εἰς Κόρινθον. προσπεσόν- 4
των δὲ τῶν κατὰ τὸν Μεγαλέαν αὐτῷ, τοὺς μὲν
πελταστὰς, ὧν ἡγεῖτο Λεόντιος, εἰς τὴν Τριφυλίαν
ἐξαπέστειλε μετὰ Ταυρίωνος, ὥς τινος χρείας κατε-
πειγούσης· τούτων δὲ ἀφορμησάντων, ἀπαγαγεῖν
ἐκέλευσε τὸν Λεόντιον πρὸς τὴν ἀναδοχήν. Συνέν- 5
τες

Philippus Sicyone ad Aratum divertit.

Leontius in vincula ducitur.

XXVII. 1. ἀπεχώρησε. ἀνεχώρησε *edd.* Ibid. ἔγγυον *ex vestigiis corruptæ scripturæ librorum vett restitui; a quibus longius recedit* ἐγγυητὴν, *quod ex conject. Vrsini & Reg. B. recepit Casaubonus.* 3. πρὸς δὲ τὸν Ἄρατον. *Sic correxit Casaub. Libri omnes* τὸν δὲ Ἄρατον, *absque præpositione. An debuerunt* ἐν δ' Ἀράτου?

27. Quo quidem tempore *Megaleas*, derelicto Leontio, qui pro viginti talentorum summa fidem suam ejus nomine obstrinxerat, Athenas concessit: deinde, quoniam a magistratibus Atheniensium non admittebatur, Thebas se contulit. Rex, cum satellitio suo *Cirrha* profectus, ad *Sicyoniorum* portum naves applicat: mox ut in urbem adscendit, quum principes civitatis hospitio illum invitarent, comitate illorum non usus, ad *Aratum* divertit, & cum eo omne tempus transigebat; Apellem vero Corinthum jussit navigare. Mox cognita *Megaleæ* fuga, cetratos, quorum dux erat Leontius, in Triphyliam cum Taurione, tamquam opera illorum in aliqua necessaria re usurus, mittit; statimque post horum discessum *Leontium* ad luendam pecuniam, pro qua spoponderat, in vincula duci jubet. Qua de re certiores

τες δ' οἱ πελτασταὶ τὸ γεγονὸς, διαπεμψαμένου A.V. 536.
τινὰ πρὸς αὐτοὺς τοῦ Λεοντίου, πρεσβευτὰς ἐξα-
πέστειλαν πρὸς τὸν βασιλέα· παρακαλοῦντες, εἰ
μὲν πρὸς ἄλλο τι πεποίηται τὴν ἀπαγωγὴν τοῦ
Λεοντίου, μὴ χωρὶς αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν
6 ἐγκαλουμένων κρίσιν· εἰ δὲ μὴ, ὅτι νομιοῦσι μεγα-
λείως παρολιγωρεῖσθαι καὶ καταγινώσκεσθαι πάν-
τες· εἶχον γὰρ ἀεὶ τὴν τοιαύτην ἰσηγορίαν Μακε-
7 δόνες πρὸς τοὺς βασιλεῖς· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἐγγύην
τοῦ Μεγαλέου, διότι τὰ χρήματα κατὰ κοινὸν εἰσε-
8 νέγκαντες, ἐκτίσουσιν αὐτοί. Τὸν μὲν οὖν Λεόντιον Occiditur a Philippo.
ὁ βασιλεὺς, παροξυνθεὶς, θᾶττον ἢ προέθετο, διὰ
τὴν τῶν πελταστῶν φιλοτιμίαν, ἐπανείλετο.

Οἱ δὲ παρὰ τῶν Ῥοδίων καὶ Χίων πρέσβεις XXVIII. Induciæ Philippi cum Aetolis.
ἐπανῆκον ἐκ τῆς Αἰτωλίας· ἀνοχάς τε πεποιημένοι
τριακονθημέρους, καὶ πρὸς τὰς διαλύσεις ἑτοίμους
2 φάσκοντες εἶναι τοὺς Αἰτωλούς· καὶ τεταγμένοι ῥη-
τὴν

5. ἀπαγωγὴν *scripsi cum Reg. B. Ceteri omnes* ἐπαγωγὴν. 6. πάντες. πάντως *edd. ex Bav.*

tiores facti cetrati per quemdam a Leontio missum, regem per legatos orant, *si propter aliam caussam aliquam Leontium duci jussisset, ne ipsis absentibus de accusatione illius vellet cognoscere: alioquin in suam maximam contumeliam & contemtum ipsorum omnium id fieri putaturos.* (Sic enim Macedones cum suis regibus libere loquendi potestatem semper habuerunt.) *Sin autem ex caussa sponsionis pro Megalea ductus foret; paratos se esse, collatitia pecunia id nomen expungere.* Offendit gravissime regem tantus hic cetratorum erga Leontium favor ac studium: propterea que citius, quam habuerat in animo, e vivis eum sustulit.

28. Inter hæc *Rhodiorum & Chiorum legati* ex Aetolia revertuntur, pacti inducias ad dies triginta: &, *inclinatis ad pacem faciendam animis Aetolos esse*, nunciant. Quin etiam *diem certum*

Ol.140.2. τὴν ἡμέραν, εἰς ἣν ἠξίουν τὸν Φίλιππον ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ Ῥίον, ὑπισχνούμενοι πάντα ποιήσειν τοὺς Αἰτωλοὺς, ἐφ' ᾧ συνθέσθαι τὴν εἰρήνην. Ὁ δὲ Φί- 3
λιππος, δεξάμενος τὰς ἀνοχὰς, τοῖς μὲν συμμάχοις ἔγραψε, διασαφῶν, πέμπειν εἰς Πάτρας τοὺς συνεδρεύσοντας καὶ βουλευσομένους ὑπὲρ τῆς πρὸς Αἰτωλοὺς διαλύσεως· αὐτὸς δ' ἐκ τοῦ Λεχαίου κατέ-
Megaleas incitat Aetolos. πλευσε δευτεραῖος εἰς τὰς Πάτρας. Κατὰ δὲ τὸν 4
καιρὸν τοῦτον ἐπιστολαί τινες ἀνεπέμφθησαν πρὸς αὐτὸν ἐκ τῶν κατὰ τὴν Φωκίδα τόπων, παρὰ τοῦ Μεγαλέα διαπεμπόμεναι πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς, ἐν αἷς ἦν παράκλησίς τε τῶν Αἰτωλῶν, θαῤῥεῖν καὶ μένειν ἐν τῷ πολέμῳ, διότι τὰ κατὰ τὸν Φίλιππον ἔξω τελέως ἐστὶ διὰ τὴν ἀχορηγίαν· πρὸς δὲ τούτοις, κατηγορίαι τινὲς τοῦ βασιλέως καὶ λοιδορίαι φιλαπεχθεῖς ἦσαν. Ἀναγνοὺς δὲ ταύτας, καὶ νο- 5
μίσας πάντων τῶν κακῶν ἀρχηγὸν εἶναι τὸν Ἀπελλῆν· τοῦτον μὲν εὐθέως, φυλακὴν περιστήσας, ἐξ-
ἀπέ-

XXVIII. 5. Ἀπελλῆν. Ἀπελλῆ *Flor. & sic idem plerumque superius.*

tum iidem constituerant, *ad quem ut Rhium Philippus veniret* postulabant: *omnia facturos esse Aetolos, quo pax conveniat*, promittentes. Rex, induciis affirmatis, per literas cum sociis egit, ut legatos suos, de pace cum Aetolis facienda tractaturos, mitterent *Patras:* quo etiam ipse e Lechæo post bidui navigationem pervenit. Eodem vero tempore *epistolæ* quædam *Megaleæ* ad eum missæ sunt e Phocide; quas ille *ad Aetolos* scripserat, hortans, *ut in suscepto bello fortiter pergerent: Philippi enim res, deficiente commeatu, plane esse profligatas deploratasque:* ad hæc criminationes quædam in regem & probra erant subjecta, quæ odium Megaleæ in ipsum palam facerent. His literis lectis, *Philippus*, omnium malorum caput *Apellem* esse nihil dubitans, extemplo custodibus

A.V. 536.

ἀπέστειλε μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν Κόρινθον, ἅμα δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν ἐρώμενον. ἐπὶ δὲ τὸν Μεγαλέαν εἰς τὰς Θήβας Ἀλέξανδρον ἔπεμψε, προστάξας ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς πρὸς τὴν ἐγγύην. τοῦ δ' Ἀλεξάνδρου τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, οὐχ ὑπέμεινε τὴν πρᾶξιν ὁ Μεγαλέας, ἀλλ' ἑαυτῷ προσήνεγκε τὰς χεῖρας. περὶ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας συνέβη καὶ τὸν Ἀπελλῆ μεταλλάξαι τὸν βίον, ἅμα δὲ καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν ἐρώμενον. Οὗτοι μὲν οὖν, τῆς ἁρμοζούσης τυχόντες καταστροφῆς, ἐξέλιπον τὸν βίον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν εἰς Ἄρατον γενομένην ἐξ αὐτῶν ἀσέλγειαν.

Manus sibi infert Megaleas.

Apelles in vinculis moritur.

XXIX.

Non convenit pax cum Aetolis.

Οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὰ μὲν ἔσπευδον ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, πιεζόμενοι τῷ πολέμῳ, καὶ παρὰ δόξαν αὐτοῖς προχωρούντων τῶν πραγμάτων. ἐλπίσαντες γὰρ ὡς παιδίῳ νηπίῳ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, διά τε

5. τὴν Κόρ. τὸν Κόρινθον *Aug. Reg. A.* 8. Ἀπελλῆ. *Sic nunc omnes, & mox rursus itidem.*
XXIX. 2. ἐλπίσαντες γάρ. ἐλπίσ. δὲ *edd.*

stodibus circumdatum, cum filio, & cum puero quem in deliciis habebat, Corinthum misit. Alexandro etiam imperat, ut ad *Megaleam* persequendum Thebas iret, & de ea pecunia, cujus nomine sponsio facta fuerat, diem illi ad magistratus diceret. Et Alexander quidem, quod jussus fuerat, exsequitur: sed *Megaleas*, non exspectato rei exitu, manus sibi intulit. Iisdemque diebus *Apelles* quoque una cum filio ac puero delicato mortem obiit. Hic fuit istorum hominum finis; anteactæ vitæ, maxime autem insolentiæ, qua in *Aratum* usi fuerant, conveniens.

29. *Aetoli*, ducebantur illi quidem studio pacis, ut quibus esset jam bellum grave, quum nihil quidquam ipsis ex voto succederet. Nam qui speraverant, cum Philippo sibi tamquam cum puero infante rem futuram, & propter

Ol.140.2. Non convenit pax cum Aetolis.

τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἀπειρίαν· τὸν μὲν Φίλιππον εὗρον τέλειον ἄνδρα, καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ κατὰ τὰς πράξεις· αὐτοὶ δὲ ἐφάνησαν εὐκαταφρόνητοι, καὶ παιδαριώδεις, ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγμασιν. Ἅμα δὲ προσπιπτούσης 3 αὐτοῖς τῆς τε περὶ τοὺς πελταστὰς γενομένης ταραχῆς, καὶ τῆς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆ καὶ Λεόντιον ἀπωλείας, ἐλπίσαντες μέγα τι καὶ δυσχερὲς κίνημα περὶ τὴν αὐλὴν εἶναι, παρεῖλκον ὑπερτιθέμενοι τὴν ἐπὶ τὸ Ῥίον ταχθεῖσαν ἡμέραν. Ὁ δὲ Φίλιπ-4 πος, ἀσμένως ἐπιλαβόμενος τῆς προφάσεως ταύτης, διὰ τὸ θαῤῥεῖν ἐπὶ τῷ πολέμῳ, καὶ προδιειληφὼς ἀποτρίβεσθαι τὰς διαλύσεις, τότε παρακαλέσας τοὺς ἀπηντηκότας τῶν συμμάχων, οὐ τὰ πρὸς διαλύσεις πράσσειν, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀναχθεὶς αὖθις ἀπέπλευσεν εἰς τὴν Κόρινθον. καὶ 5 τοὺς μὲν Μακεδόνας διὰ Θετταλίας ἀπέλυσε πάντας

4. διαλύσεις πράσσειν. *Sic correxi. Vulgo omnes* εἰσπράσσειν. Ibid. τὴν Κόρινθον. τὸν Κόρ. *b. l. Flor.*

pter ætatem, & propter rerum imperitiam; Philippum quidem, & in ſuſcipiendis, & in exſequendis conſiliis, perfectæ ætatis virum erant experti; ipſi vero tam in ſingulorum adminiſtratione, quam in bello univerſo, nullius momenti homines atque puerilis ingenii apparuerant. Simul vero ac renunciatum ipſis eſt de motu cetratorum, & de Apellis ac Leontii interitu; magnam aliquam ac difficilem ſeditionem in aula regis excitatum iri ſperantes, conſtitutum diem conveniendi ad *Rhium* dilationibus producebant. Eam occaſionem lætus arripiens *Philippus*, ut qui belli exitum ſibi ſponderet fauſtum, quique jam ante conſtituiſſet impedire quo minus fœdus feriretur; hortatus ſocios qui aderant, ne pacis, ſed belli curam ſuſciperent, ſublatis ancoris denuo Corinthum petit. Deinde, venia Macedonibus data, ut per Theſſa-

τας εἰς τὴν οἰκείαν, παραχειμάσοντας· αὐτὸς δ' A.V. 536.
ἀναχθεὶς ἐκ Κεγχρεῶν, καὶ παρὰ τὴν Ἀτ]ικὴν κο- Ptolemæus capitis pœna afficitur.
μισθεὶς δι' Εὐρίπου, κατέπλευσεν εἰς Δημητριάδα·
6 κἀκεῖ Πτολεμαῖον, ὃς ἦν ἔτι λοιπὸς τῆς τῶν περὶ
τὸν Λεόντιον ἑταιρείας, κρίνας ἐν τοῖς Μακεδόσιν,
7 ἀπέκτεινε. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους, Ἀννί- Synchronismus.
βας μὲν, εἰς Ἰταλίαν ἐμβεβληκὼς, ἀντεστρατοπέ-
δευε ταῖς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσι, περὶ τὸν Πάδον
8 καλούμενον ποταμόν· Ἀντίοχος δὲ, τὰ πλεῖστα
μέρη Κοίλης Συρίας κατεστραμμένος, αὖθις εἰς πα-
ραχειμασίαν ἀνέλυσε· Λυκοῦργος δὲ ὁ βασιλεὺς Lycurgus ad Aetolos profugit.
τῶν Λακεδαιμονίων εἰς Αἰτωλίαν ἔφυγε, καταπλα-
9 γεὶς τοὺς Ἐφόρους. Οἱ γὰρ Ἔφοροι, προσπεσού-
σης αὐτοῖς ψευδοῦς διαβολῆς, ὡς μέλλοντος αὐτοῦ
νεωτερίζειν, ἀθροίσαντες τοὺς νέους νυκτὸς, ἦλθον
ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ὁ δὲ προαισθόμενος, ἐξεχώρησε μετὰ
τῶν ἰδίων οἰκετῶν.

Τοῦ

Thessaliam hibernatum in patriam concederent; ipse Cenchreis profectus, Atticæque oram prætervectus, *Demetriadem* per Euripum navigans appulit: ubi *Ptolemæum*, solum jam relictum ex omnibus qui ejusdem cum Leontio societatis fuerant, Macedonibus de caussa ejus cognoscentibus, capitis pœna affecit. Hoc est tempus, quo *Hannibal*, Italiam ingressus, circa Padum fluvium castra castris Romanorum opposita habebat: & *Antiochus*, redacta in potestatem majori parte Cœlæ-Syriæ, in hiberna se recepit: *Lycurgus* vero, rex Lacedæmoniorum, metuens sibi ab Ephoris, in Aetoliam confugit. Falso namque crimine delatus ad Ephoros Lycurgus fuerat, quasi res novas moliretur: qui propterea noctu congregatis juvenibus ad domum illius adierant: verum is, re prius intellecta, cum familia sua periculum prævertit.

Ol.140.2. XXX.

Philippus hibernat in Macedonia.

Τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπιγενομένου, καὶ Φιλίππου μὲν τοῦ βασιλέως εἰς Μακεδονίαν ἀπηλλαγμένου, τοῦ δ' Ἐπηράτου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν καταπεφρονημένου μὲν ὑπὸ τῶν πολιτικῶν νεανίσκων, κατεγνωσμένου δὲ τελέως ὑπὸ τῶν μισθοφόρων· οὔτ' ἐπειθάρχει τοῖς παραγγελλομένοις οὐδεὶς, οὔτ' ἦν ἕτοιμον οὐδὲν πρὸς τὴν τῆς χώρας βοήθειαν. εἰς ἃ 2 βλέψας Πυῤῥίας, ὁ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπεσταλμένος στρατηγὸς τοῖς Ἠλείοις, ἔχων Αἰτωλῶν εἰς χιλίους καὶ τριακοσίους, καὶ τοὺς τῶν Ἠλείων μισθοφόρους, ἅμα δὲ τούτοις πολιτικοὺς πεζοὺς μὲν εἰς χιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους, ὥστ' εἶναι τοὺς πάντας εἰς τρισχιλίους· οὐ μόνον τὴν τῶν Δυμαίων 3 καὶ Φαραιέων συνεχῶς ἐπόρθει χώραν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν Πατραιέων. τὸ δὲ τελευταῖον ἐπὶ τὸ Παναχαϊκὸν ὄρος καλούμενον ἐπιστρατοπεδεύσας, τὸ κείμενον ὑπὲρ τῆς τῶν Πατραιέων πόλεως, ἐδῄου πᾶσαν τὴν ἐπὶ τὸ Ῥίον καὶ τὴν ἐπὶ Αἴγιον κεκλιμένην χώραν. 4

Pyrrhias Aetolus Achaiam populatur.

30. Quum autem ineunte hieme in Macedoniam rex esset reversus, & Achæorum prætorem *Eperatum* miles quidem Achaicus contemneret, mercenarius vero prorsus pro nihilo haberet: nemine imperio illius obediente, nullum erat ad defensionem finium præsidium paratum. Idcirco *Pyrrhias*, quem *Aetoli* ducem *Eleis* miserant, habens secum Aetolos ad mille trecentos, & mercenarios Eleorum, præterea e civilibus Eleorum copiis pedites circiter mille, equites ducentos; ut in summa constaret illius exercitus e tribus fere militum millibus; non solum Dymæorum & Pharæensium agros assidue populabatur, sed etiam Patræensium: ac tandem *Panachaicum montem*, qui vocatur, qui Patræensium urbi imminet, suo milite insidens, omnem circa regionem, & qua Rhium, & qua Aegium spectat, vastare,

5 χώραν. Λοιπὸν αἱ μὲν πόλεις κακοπαθοῦσαι, καὶ A.V. 536.
μὴ τυγχάνουσαι βοηθείας, δυσχερῶς προσῆγον τὰς
εἰσφοράς· οἱ δὲ στρατιῶται, τῶν ὀψωνίων παρελ-
κομένων καὶ καθυστερούντων, τὸ παραπλήσιον
6 ἐποίουν περὶ τὰς βοηθείας. ἐξ ἀμφοῖν δὲ τῆς
τοιαύτης ἀνταποδόσεως γιγνομένης, ἐπὶ τὸ χεῖρον
προὔβαινε τὰ πράγματα, καὶ τέλος διελύθη τὸ
ξενικόν. πάντα δὲ ταῦτα συνέβαινε γίγνεσθαι διὰ
7 τὴν τοῦ προεστῶτος ἀδυναμίαν. Ἐν τοιαύτῃ δ᾽ ὄν-
των διαθέσει τῶν κατὰ τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τῶν χρό-
νων ἤδη καθηκόντων, Ἐπήρατος μὲν ἀπετίθετο τὴν
ἀρχὴν, οἱ δ᾽ Ἀχαιοὶ τῆς θερείας ἐναρχομένης, στρα-
τηγὸν αὐτῶν Ἄρατον κατέστησαν τὸν πρεσβύτερον.
Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν.
8 Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ, κατά τε τὴν τῶν χρόνων διαίρεσιν, Ol. 140. 3. A.V. 537.
καὶ κατὰ τὴν τῶν πράξεων περιγραφὴν, ἁρμόζον-
τα τόπον εἰλήφαμεν, μεταβάντες ἐπὶ τὰς κατὰ

Iners prætor Achæorum Eperatus.

Aratus senior, prætor Achæorum.

S 2 τὴν

XXX. 5. προσῆγον πρὸς τὰς εἰσφορὰς *Vat. Flor. ut suspicatus erat Reiskius.* 7. κατέστησαν. κατεστήσαντο πρεσβ. *Flor.*

stare, urereque. Itaque civitates Achaicæ, ab hoste vexatæ, nec defensæ a suis, tributum jam ægre admodum conferebant: milites autem, quia prorogabantur ipsis stipendia, neque sua die præstabantur, quoties pro ferenda ope aliquo vocabantur, idem faciebant. Et quum utrique suam vicem hoc pacto ulciscerentur, quotidie ruere omnia in pejus: ac tandem, quod erat militis stipendiarii, dilabi. Omnia autem hæc mala Achæis afferebat socors & imbecillum prætoris Eperati ingenium. Hic erat Achaiæ status, quando *Eperatus* anno circumacto magistratu abiit. Achæorum gens initio æstatis *Aratum seniorem* creavit prætorem. Ac *de rebus* quidem *Europæ* hactenus. Nunc, quoniam & per temporum distinctionem, & per rerum gestarum aptam circumscriptionem, commodum nacti sumus locum; ad

RES

RES ASIAE. Ol. CXL. τὴν Ἀσίαν πράξεις, τὰς κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα τοῖς προειρημένοις ἐπιτελεσθείσας, αὖθις ὑπὲρ ἐκείνων ποιησόμεθα τὴν ἐξήγησιν.

XXXI. *Bellum Antiochi & Ptolemæi de Cœle-Syria.* Καὶ πρῶτον ἐπιχειρήσομεν δηλοῦν, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας Ἀντιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ συστάντα πόλεμον· σαφῶς μὲν γι- 2
νώσκοντες, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, εἰς ὃν ἐλήξαμεν τῶν Ἑλληνικῶν, ὅσον οὔπω κρίνεσθαι συνέβαινε καὶ πέρας λαμβάνειν αὐτόν· αἱρούμενοι δὲ τὴν τοιαύτην ἐπίστασιν καὶ διαίρεσιν τῆς ἐνεστώσης διηγήσεως. *Instituti ratio in narrandis rebus Asiæ.* Τοῦ μὲν γὰρ μὴ τῆς τῶν κατὰ μέρος και- 3
ρῶν ἀκριβείας διαμαρτάνειν τοὺς ἀκούοντας, ἱκανὴν τοῖς φιλομαθοῦσι πεπείσμεθα παρασκευάζειν ἐμπειρίαν, ἐκ τοῦ τὰς ἑκάστων ἀρχὰς καὶ συντελείας παρυπομιμνήσκειν, καθ' ὁποίους ἐγίγνοντο καιροὺς τῆς ὑποκειμένης Ὀλυμπιάδος καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πρά-

XXXI. 2. ὅσον οὔπω. *Abest vulgo* ὅσον *ab edd.* 3. Τοῦ μὲν. Τὸ μὲν γὰρ *edd. cum Bav. Aug. & Regiis.*

RES ASIAE, quæ *eadem Olympiade* cum rebus ante expositis contigerunt, oratione versa, de illis deinceps agemus.

31. Primum autem, sicut initio proposuimus, illud *Bellum* exponemus, quod *pro Cœle-Syria Antiochus & Ptolemæus* inter se gesserunt. Etsi enim non fugit nos, bellum istud tempore illo, ad quod substitimus in enarrandis Græciæ rebus, fini suo atque exitui fuisse proximum; consulto tamen institionem hujusmodi ac divisionem instantis narrationis fecimus. Nam ut lectores in exacta notitia temporis, quo res quæque per partes sunt actæ, non fallantur, satis abunde instruere illos putamus, dum & initio & in fine uniuscujusque rei gestæ monemus in transitu, quemnam ad annum hujus Olympiadis, in qua versamur, pertineat; & quidnam eodem tempore in Græcia

4 πράξεων. Τὸ δ' εὐπαρακολούθητον καὶ σαφῆ γίγνεσθαι τὴν διήγησιν· οὐδὲν ἀναγκαιότερον ἐπὶ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος ἡγούμεθα εἶναι, τοῦ μὴ συμπλέκειν ἀλλήλαις τὰς πράξεις, ἀλλὰ χωρίζειν καὶ
5 διαιρεῖν αὐτὰς, καθόσον ἐστὶ δυνατόν· μέχρις ἂν ἐπὶ τὰς ἑξῆς Ὀλυμπιάδας ἐλθόντες, κατ' ἔτος ἀρξώμεθα γράφειν τὰς κατάλληλα γενομένας πρά-
6 ξεις. Ἐπεὶ γὰρ οὔ τινὰ, τὰ δὲ παρὰ πᾶσι γεγονότα γράφειν προῃρήμεθα, καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, μεγίστῃ τῶν προγεγονότων ἐπιβολῇ κεχρήμεθα τῆς ἱστορίας, καθάπερ καὶ πρότερόν που δεδηλώκαμεν·
7 δέον ἂν εἴη, μεγίστην ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ τοῦ χειρισμοῦ καὶ τῆς οἰκονομίας, ἵνα καὶ κατὰ μέρος καὶ καθόλου σαφὲς τὸ σύνταγμα γίγνηται τῆς
8 πραγματείας. Διὸ καὶ νῦν βραχὺ προσαναδραμόν-

Ol. 140.

Historiam Vniversalem scribit Polybius.

4. Τὸ δ' εὐπαραx. *Sic veteres libri omnes.* Τῷ δ' εὐπαραx. *Reg. B.* Πρὸς δὲ τὸ εὐπαραx. *Casaub. ex conject.*

cia sit gestum. Quod ad hoc vero attinet, ut facilis intellectu per se & perspicua sit cujusque rei gestæ narratio: nihil magis necessarium in hac Olympiade duximus, quam ut res in illa gestas ne misceremus, sed, quatenus fieri posset, separaremus atque distingueremus; donec ad sequentes Olympiades fuerit ventum: quarum quidem res gestas, ut quæque illarum, variis locis actæ, ratione temporis inter se congruent, in annos singulos digeremus. Nam qui non aliquam partem separatim, verum omnia simul, quæ ubique locorum fuere gesta, perscribere instituerimus; &, quod jam alicubi antea dicebamus, majus Historiæ opus, quam fere hactenus quisquam suscipere sit ausus, ipsi suscepimus; præcipua videlicet adhibenda nobis cura fuerit, quo sic omnia ordinentur atque distribuantur, ut & universa scriptio operis nostri & singulæ illius partes perspicuam explicationem habeant. Quare etiam nunc

Ol. 140. τὲς περὶ τῆς Ἀντιόχου καὶ Πτολεμαίου βασιλείας, πειρασόμεθα λαμβάνειν ἀρχὰς ὁμολογουμένας καὶ γνωριζομένας περὶ τῶν λέγεσθαι μελλόντων, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀναγκαιότατον.

XXXII. Principium, dimidium Totius. Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι φάσκοντες, μεγίστην παρῄνουν ποιεῖσθαι σπουδὴν ἐν ἑκάστοις ὑπὲρ τοῦ καλῶς ἄρξασθαι. δοκοῦντες δὲ λέγειν ὑπερβολικῶς, ἐλλειπέστερόν μοι 2 φαίνονται τῆς ἀληθείας εἰρηκέναι. θαῤῥῶν γὰρ ἄν τις εἴποι, οὐχ ἥμισυ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ παντὸς,

Principium, plus quam dimidium Totius. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τέλος διατείνειν. Πῶς γὰρ ἄρ- 3 ξασθαί τινος καλῶς οἷόν τε, μὴ προσπεριλαβόντα τῷ νῷ τὴν συντέλειαν τῆς ἐπιβολῆς, μηδὲ γινώσκοντα, ποῦ, καὶ πρὸς τί, καὶ τίνος χάριν ἐπιβάλλεται τοῦτο ποιεῖν; πῶς δὲ πάλιν οἷόν τε συγκεφαλαιώ- 4 σασθαι πράγματα δεόντως, μὴ συναναφέροντα τὴν ἀρχὴν,

nunc pauca *de regno Antiochi & Ptolemæi* altius paullo repetentes, confessum notumque omnibus principium sequentis narrationis conabimur prehendere. Id enim cum primis necessarium est.

32. Enimvero cum dicebant veteres, *Principium esse dimidium totius;* hoc nimirum docere nos voluerunt, *in quacumque re, quam suscipias, plurimum operæ esse ponendum, ut illam recte inchoes.* Qui quum videantur rei veritatem ita dicendo excessisse, meo judicio minus quam par erat dixerunt. Merito siquidem non vereatur aliquis confirmare, principium non solum esse dimidium totius, sed ad ipsum quoque operis finem pertinere. Nam quomodo aliquis recte ullum opus incipiet, qui summam illius non fuerit animo complexus? aut qui non apud se statuerit, unde, quorsum, & cujus rei gratia opus illud ordiatur? Aut rursus, quomodo rerum expositarum summam in extremo recte aliquis colliget, qui prima cum ultimis non composuerit, ut sciat unde,

ἀρχὴν, πόθεν ἢ πῶς ἢ διὰ τί πρὸς τὰς ἐνεστώσας Ol. 140.
5 σάφικται πράξεις; Διόπερ οὐχ ὡς ἕως τοῦ μέσου
νομίζοντας διατείνειν τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἕως τοῦ τέ-
λους, πλείστην περὶ ταύτας ποιητέον σπουδὴν, καὶ
τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν ὅλων.
ὃ δὴ καὶ νῦν ἡμεῖς πειρασόμεθα ποιεῖν.

Καί τοι γ' οὐκ ἀγνοῶ, διότι καὶ πλείους ἕτεροι XXXIII.
τῶν συγγραφέων τὴν αὐτὴν ἐμοὶ πρόενται φωνὴν, Ante Polyb. solus
φάσκοντες τὰ καθόλου γράφειν, καὶ μεγίστην τῶν Ephorus Historiam
2 προγεγονότων ἐπιβεβλῆσθαι πραγματείαν· περὶ ὧν Vniversalem
ἐγὼ, παραιτησάμενος Ἔφορον, τὸν πρῶτον καὶ μό- scripsit.
νον ἐπιβεβλημένον τὰ καθόλου γράφειν, τὸ μὲν
πλείω λέγειν ἢ μνημονεύειν τινὸς τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνό-
3 ματος παρήσω. μέχρι δὲ τούτου μνηθήσομαι, διότι
τῶν καθ' ἡμᾶς τινες γραφόντων ἱστορίαν, ἐν τρισὶν
ἢ τέτ-

XXXII. 4. πῶς ἢ διὰ τί. *πῶς καὶ διὰ τί edd.* 5. ὡς ἕως. *Abest* ὡς *a Vat. Flor. Vrb.* Ibid. νομίζοντας. νομίζοντες *Vrb. & Aug. a pr. manu.*

XXXIII. 1. Καί τοι γ' οὐκ. *Abest vulgo particula* γε. 3. μνηθήσομαι. μεμνησόμεθα *Bav. Aug. Reg. A.* μνησόμεθα *Vrb.*

unde, quomodo, & quas ob caussas ad illa extrema pervenerit? Qui igitur historiam universalem aut scribere aut legere cogitant, his *præcipua cura circa principia* est adhibenda: persuasis, *non ad dimidium operis dumtaxat, verum etiam ad ejusdem finem ultimum illa pertinere.* Id quod & nos pro virili facere ipsi conabimur.

33. Quamquam haud clam me est, plerosque rerum gestarum Scriptores idem mecum dicere; *universalem nimirum scribere se historiam; & majus a se opus esse susceptum, quam fuerit umquam ab ullo e prioribus.* De quibus ego scriptoribus si, velut e turba ceterorum, unum *Ephorum* exemero, qui primus & solus ad scriptionem universalis historiæ animum appulit, plura hic dicere, aut quemquam illorum nominatim perstringere, supersedebo. Tantum dicam, exstitisse memoria nostra nonnullos, ex iis qui res gestas posteris tradere sunt aggressi, qui

Ol. 140. ἢ τέτλαρσιν ἐξηγησάμενοι σελίσιν ἡμῖν τὸν Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πόλεμον, φασὶ τὰ καθόλου γράφειν. Καί τοι, διότι πλεῖσται μὲν καὶ μέγισται τότε
4
τε περί τε τὴν Ἰβηρίαν καὶ Λιβύην, ἔτι δὲ τὴν Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἐπετελέσθησαν πράξεις, ἐπιφανέστατος δὲ καὶ πολυχρονιώτατος ὁ κατ' Ἀννίβαν πόλεμος γέγονε πλὴν τοῦ περὶ Σικελίαν, πάντες δὲ ἠναγκάσθημεν πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν διὰ τὸ μέγεθος, δεδιότες τὴν συντέλειαν τῶν ἀποβησομένων, τίς οὕτως ἐστὶν ἀδαὴς, ὃς οὐκ οἶδεν; Ἀλλ' ἔνιοι τῶν
5
πραγματευομένων, οὐδὲ ἐφ' ὅσον οἱ τὰ κατὰ καιροὺς ἐν ταῖς χρονογραφίαις ὑπομνηματιζόμενοι πολιτικῶς εἰς τοὺς τοίχους, οὐδ' ἐπὶ τοσοῦτον μνησθέντες, πάσας φασὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον περιει-

Annales temporum, in parietibus descripti.

3. ἐν τρισὶν ἢ τέτλαρσι σελιδίοις ἡμῖν ἐξηγησάμενοι edd. cum uno Bav. σελῖσιν cum circumfl. pro σελίσιν dant Vat. & Vrb. 4. πάντες δὲ ἠναγκ. &c. πάντες δὲ εἰς αὐτὸν ἠναγκάσθημεν πρυσαποβλέπειν Aug. 5. χρονογραφίαις Vat. Flor. Vrb. χρωματογραφίαις edd. cum ceteris codd.

qui tribus quatuorve pagellis Romanorum & Carthaginiensium bellum complexi, *orbis terrarum res peragere se* jactarent. Atqui temporibus illis plurima maximaque facinora per Hispaniam, Africam, item Siciliam atque Italiam fuisse edita, bellumque Hannibalicum & famae celebritate, & temporis longinquitate, alia omnia superasse, primo Punico excepto, quo de Sicilia certatum est; tanti denique momenti bellum hoc fuisse, ut, metuentibus cunctis quorsum tandem illud evaderet, mentes omnium nostrûm in se converteret: haec, inquam, omnia, quis adeo rudis atque imperitus est, quin sciat? Non desunt tamen ex istarum rerum Scriptoribus, qui, quum ista ne in tantum quidem persecuti sint, quantum ab his fieri solet, qui rerum subinde gestarum *annales in domorum parietibus* populari ratione *describunt*, tamen omnia se profitentur esse complexos, quae aut apud Graecos,

6 περιειληφέναι πράξεις. Τούτου δ' ἐστὶν αἴτιον, ὅτι Ol. 140.
τὸ μὲν τῷ λόγῳ τῶν μεγίστων ἔργων ἀντιποιήσα-
σθαι, τελείως ἐστὶ ῥᾴδιον· τὸ δὲ τοῖς πράγμασιν
7 ἐφικέσθαι τινὸς τῶν καλῶν, οὐκ εὐμαρές. διὸ καὶ τὸ
μὲν ἐν μέσῳ κεῖται, καὶ πᾶσι κοινὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
τοῖς μόνον τολμᾷν δυναμένοις ὑπάρχει· τὸ δὲ καὶ
λίαν ἐστὶ σπάνιον, καὶ σπανίοις συνεξέδραμε κατὰ
8 τὸν βίον. Ταῦτα μὲν οὖν προήχθην εἰπεῖν, χάριν
τῆς ἀλαζονείας τῶν ὑπερηφανούντων ἑαυτοὺς καὶ
τὰς ἰδίας πραγματείας. Ἐπὶ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπάνει-
μι τῆς ἐμαυτοῦ προθέσεως.

Ὡς γὰρ θᾶττον Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φιλο- XXXIV. Ptolemaeus Philopator, rex Aegypti. Ol.139.2. A.V.532.
πάτωρ, μεταλλάξαντος τοῦ πατρὸς, ἐπανελόμενος
τὸν ἀδελφὸν Μάγαν, καὶ τοὺς τούτῳ συνεργοῦντας,
2 παρέλαβε τὴν τῆς Αἰγύπτου δυναστείαν· νομίσας,
τῶν μὲν οἰκείων φόβων ἀπολελῦσθαι δι' αὐτοῦ, καὶ

 διὰ

6. Τούτου. Τοῦτο δ' ἐστὶν *Vat. Flor. Urb.* 8. ἑαυτοὺς καὶ τάς. ἑαυτοὺς κατὰ τὰς *editio Hervag. & seqq. cum uno cod. Aug.* εἰς αὐτοὺς *malim cum Reiskio pro* ἑαυτούς.

Græcos, aut apud barbaros acciderint. Eſt autem hujus rei cauſſa, quod, maxima quæque operum verbis quidem aggredi, ſane quam facillimum eſt; at factis & re ipſa præclarum aliquod inceptum exſequi, difficile. Quamobrem, illud quidem, ut in medio poſitum, commune eſt omnibus, qui modo audere voluerint: hoc vero adprime arduum ac rarum eſt, & paucis ex omni numero mortalium contingit. Ad hæc igitur dicenda me impulit illorum jactantia, qui de ſe ſuisque operibus nimis magnifice prædicant. Nunc illa de quibus dicere inſtitui, pergam ordiri.

34. PTOLEMAEVS, cognomento *Philopator*, poſt obitum patris, occiſo fratre *Maga*, & qui ejus ſectam ſequebantur, Aegypti dominatum ſuſcepit. Qui quidem ita exiſtimabat; a domeſticorum quidem metu ipſum ſemet opera ſua, & eorum

Ol. 139. 2. διὰ τῆς προειρημένης πράξεως· τῶν δ' ἐκτὸς κινδύνων ἀπηλλάχθαι διὰ τὴν τύχην, Ἀντιγόνου μὲν καὶ Σελεύκου μετηλλαχότων, Ἀντιόχου δὲ καὶ Φιλίππου, τῶν διαδεδεγμένων τὰς ἀρχὰς, παντάπασι νέων καὶ μονονοὺ παίδων ὑπαρχόντων· καταπιστεύ- 3
σας διὰ ταῦτα τοῖς παροῦσι καιροῖς, πανηγυρικώτερον διῆγε τὰ κατὰ τὴν ἀρχήν. ἀνεπίστατον μὲν 4
καὶ δυσέντευκτον αὑτὸν παρασκευάζων τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον χειρίζουσιν· ὀλίγωρον δὲ καὶ ῥᾴθυμον ὑποδεικνύων τοῖς ἐπὶ τῶν ἔξω πραγμάτων διατεταγμένοις· ὑπὲρ ὧν οἱ πρότεροι οὐκ ἐλάττω, μείζω δ' 5
ἐποιοῦντο σπουδὴν, ἢ περὶ τῆς κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγυπτον δυναστείας. Τοιγαροῦν ἐπέκειντο μὲν τοῖς 6
τῆς Συρίας βασιλεῦσι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, Κοίλης Συρίας καὶ Κύπρου βασιλεύοντες· παρέ-

Res externas sedulo curaverant reges Aegypti.

XXXIV. 6. βασιλεύοντες. κυριεύοντες *Vat. Flor. Aug. Reg. A.* & *ora cod. Bav.*

eorum quos diximus cæde, liberasse; ab exteris vero ne periculum ullum haberet metuendum, a fortuna esse provisum: quippe *Antigono & Seleuco* exstinctis, regnare nunc in eorum locum *Antiochum & Philippum*, ambos juvenes admodum, & tantum non pueros. Igitur fortunæ suæ præsenti propter illas, quas diximus, caussas confisus, sic regnum suum administrabat, quasi continuos ludos agitaret. Et cum aulicis suis, tum ceteris qui rebus in Aegypto præerant, incuriosum se omnium, & difficilem aditu, præbebat: negligentem vero & socordem illis se ostendebat, qui extra Aegyptum præfecturas curabant; quum priores reges non minori curæ, quin imo majori, quam Aegyptum ipsam, suumque in ea imperium, res externas habuissent. Nam Cœle-Syriæ & Cypri regna quum tenerent, Syriæ regibus terra marique imminebant. Et, quum clarissimas urbes

7 παρέκειντο δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάσταις, A.V.532.
ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς νήσοις· δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανε-
στάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων κατὰ πᾶ-
σαν τὴν παραλίαν ἀπὸ Παμφυλίας ἕως Ἑλλησπόν-
8 του, καὶ τῶν κατὰ Λυσιμάχειαν τόπων. ἐφήδρευον
δὲ τοῖς ἐν τῇ Θρᾴκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγ-
μασι, τῶν κατ᾽ Αἶνον καὶ Μαρώνειαν καὶ πορρώτε-
9 ρον ἔτι πόλεων κυριεύοντες. καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ
μακρὰν ἐκτετακότες τὰς χεῖρας, καὶ προβεβλη-
μένοι πρὸ αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τὰς δυναστείας, οὐδέ-
ποτε περὶ τῆς κατ᾽ Αἴγυπτον ἠγωνίων ἀρχῆς. διὸ
καὶ τὴν σπουδὴν εἰκότως μεγάλην ἐποιοῦντο περὶ
10 τῶν ἔξω πραγμάτων. Ὁ δὲ προειρημένος βασιλεὺς Omnia negligit Ptolemæus Philopator.
ὀλιγώρως ἕκαστα τούτων χειρίζων διὰ τοὺς ἀπρε-
πεῖς ἔρωτας, καὶ τὰς ἀλόγους καὶ συνεχεῖς μέθας,
εἰκότως ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ καὶ τῆς ψυχῆς ἅμα
11 καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιβούλους εὗρε καὶ πλείους. ὧν ἐγέ-
νετο πρῶτος Κλεομένης ὁ Σπαρτιάτης.

Οὗτος

7. Λυσιμάχειαν. Λυσιμαχίαν *Vat. Flor. Aug. Reg. A.*

urbes opportunissimaque loca per omnem oram a Pamphylia ad Hellespontum in potestate sua haberent, Lysimachiæ item vicinum tractum obtinerent; Asiæ regulos, ipsasque insulas ex proximo observabant. Thraciæ denique ac Macedoniæ rebus velut ex insidiis inhiabant; Aeno, Maronea, & ulterioribus etiam urbibus potientes. Atque hoc pacto porrectis in longinqua manibus, quum externis hisce tot principatibus velut objecto scuto tegerentur, de imperio Aegypti nullam umquam sollicitudinem habuerant. Quare merito magnæ illis curæ erant res extra Aegyptum. Quas rex hic, de quo loquimur, quum susque deque haberet, dum fœdis amoribus & insanis continuisque potationibus indulget; mirari debet nemo, si multos brevi tempore, qua vitæ, qua regni, insidiatores invenit. Primus autem horum omnium Spartanus fuit *Cleomenes*.

35. Hic

XXXV. Cleomenes Alexandriæ. Olymp. 139. 2 sq. A. V. 532 sq.

Οὗτος γὰρ, ἕως μὲν ὁ προσαγορευόμενος Εὐερ-
γέτης ἔζη, πρὸς ὃν ἐποιήσατο τὴν κοινωνίαν τῶν
πραγμάτων καὶ τὰς πίστεις, ἦγε τὴν ἡσυχίαν·
πεπεισμένος ἀεὶ, δι᾽ ἐκείνου τεύξεσθαι τῆς καθηκού-
σης ἐπικουρίας, εἰς τὸ τὴν πατρῴαν ἀνακτήσασθαι
βασιλείαν. ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνος μὲν μετήλλαξε, προήει δ᾽ 2
ὁ χρόνος, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καιροὶ μονονοὺκ
ἐπ᾽ ὀνόματος ἐκάλουν τὸν Κλεομένην, μετηλλαχότος
μὲν Ἀντιγόνου, πολεμουμένων δὲ τῶν Ἀχαιῶν, κοι-
νωνούντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Αἰτωλοῖς τῆς πρὸς
Ἀχαιοὺς καὶ Μακεδόνας ἀπεχθείας κατὰ τὴν ἐξ
ἀρχῆς ἐπιβολὴν καὶ πρόθεσιν τὴν Κλεομένους· τό- 3
τε δὴ καὶ μᾶλλον ἠναγκάζετο σπεύδειν καὶ φιλοτι-
μεῖσθαι περὶ τῆς ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀπαλλαγῆς.

Cleomenem negligit Ptolemæus.

Διόπερ τὸ μὲν πρῶτον ἐντεύξεις ἐποιεῖτο, παρακα- 4
λῶν, μετὰ χορηγίας τῆς καθηκούσης καὶ δυνάμεως
αὐτὸν ἐκπέμψαι· μετὰ δὲ ταῦτα, παρακουόμενος, 5
ἠξίου

XXXV. 2. μονονοὺκ. μονονοῦ καὶ ἐπ᾽ ὀνόμ. *edd. cum aliis.* Ibid. πρόθεσιν τὴν Κλεομ. πρόθ. τοῦ Κλ. *edd. ex Bav.*

35. Hic vir, quamdiu Ptolemæus Evergeta vivebat, quocum societatem & fœdus icerat, nihil movit; quod semper speraret idonea se ab illo auxilia impetraturum ad regnum paternum recuperandum. Sed postquam ille quidem obierat, tempora autem currebant, & rerum in Græcia status tantum non ipso nomine *Cleomenem* vocabat: mortuus namque erat Antigonus, & Achæi bello distinebantur: quodque inde a principio propositum habuerat & perficere studuerat Cleomenes, Aetoli Lacedæmoniis juncti communi jam odio Achæos & Macedones persequebantur: tum vero magis etiam cogebatur *Cleomenes* omni studio atque animi contentione suum ab *Alexandria* discessum urgere. Regem igitur adire primo, hortarique, ut rebus necessariis ac milite instructum se dimittat: deinde, quum negligenter

ἠξίου μετὰ δεήσεως, μόνον αὐτὸν ἀπολῦσαι μετὰ A. V. 532 sq.
τῶν ἰδίων οἰκετῶν· τοὺς γὰρ καιροὺς ἱκανὰς ὑπο-
δεικνύειν ἀφορμὰς αὐτῷ πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς πα-
6 τρῴας ἀρχῆς. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὔτ᾽ ἐφιστά-
νων οὐδενὶ τῶν τοιούτων, οὔτε προνοούμενος τοῦ μέλ-
λοντος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, εὐήθως καὶ
7 ἀλόγως ἀεὶ παρήκουε τοῦ Κλεομένους. Οἱ δὲ περὶ Sosibius, princeps minister Ptolemaei.
τὸν Σωσίβιον, (οὗτος γὰρ μάλιστα τότε προεστά-
τει τῶν πραγμάτων) συνεδρεύσαντες, τοιαύτας τι-
8 νὰς ἐποιήσαντο περὶ αὐτοῦ διαλήψεις· μετὰ μὲν
γὰρ στόλου καὶ χορηγίας ἐκπέμπειν αὐτὸν οὐκ ἔκρι-
νον, καταφρονοῦντες τῶν ἔξω πραγμάτων, διὰ τὸ
μετηλλαχέναι τὸν Ἀντίγονον, καὶ νομίζειν μάταιον
9 αὑτοῖς ἔσεσθαι τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην. πρὸς δὲ τού- Suspectum habet Cleomenem.
τοις ἠγωνίων, μή ποτε, μετηλλαχότος μὲν Ἀντιγό-
νου, τῶν δὲ λοιπῶν μηδενὸς ὑπάρχοντος ἀντιπάλου,
ταχέως ἀκονιτὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ποιησάμενος
ὑπ᾽

6. *ἐφιστάνων οὐδενί. Veteres libri omnes ἐφιστάνων ἐν οὐδενί, quod placuit Reiskio.*

ter audiretur, precibus etiam atque etiam contendere, *quo abeundi sibi cum sua dumtaxat familia veniam daret: ipsa namque tempora satis luculentas sibi regni patrii recipiendi occasiones suppeditare.* Et rex quidem nulli serio negotio attendens, futurique parum providus ob jam expositas caussas, pro cetera fatuitate atque stultitia sua verborum Cleomenis rationem nullam habebat. *Sosibius* vero, cujus erat tum in eo regno summa auctoritas, coacto amicorum concilio, de *Cleomene* ita statuit: *cum classe & pecunia ac commeatu nequaquam esse illum emittendum.* Nam quia fato functus erat Antigonus, res externas negligebant: &, *omnem ejusmodi sumtum frustra factum iri*, autumabant. Praeterea sollicitudo haec eos angebat, *ne forte, quum sublato Antigono nemo jam superesset adversarius, Cleomenes ipse, universa Graecia celeriter ac nullo prope certamine in potesta-*

Olymp. 139. 2 sq.
Cleomenes suspectus Alexandriæ.

ὑπ᾽ αὐτὸν, βαρὺς καὶ φοβερὸς αὐτὸς ὁ Κλεομένης
ἀνταγωνιστὴς σφίσι γένηται· τεθεαμένος μὲν ὑπ᾽ 10
αὐγὰς αὐτῶν τὰ πράγματα, κατεγνωκὼς δὲ τοῦ
βασιλέως, θεωρῶν δὲ πολλὰ τὰ παρακρεμάμενα
μέρη καὶ μακρὰν ἀπεσπασμένα τῆς βασιλείας, καὶ
πολλὰς ἀφορμὰς ἔχοντα πρὸς πραγμάτων λόγον.
Καὶ γὰρ νῆες ἐν τοῖς κατὰ Σάμον ἦσαν τόποις οὐκ 11
ὀλίγαι· καὶ στρατιωτῶν πλῆθος ἐν τοῖς κατ᾽ Ἔφε-
σον. Δι᾽ ἃ ταύτην μὲν οὖν τὴν ἐπιβολὴν, ὥστ᾽ ἐκ- 12
πέμπειν αὐτὸν μετὰ χορηγίας, ἀπεδοκίμασαν, διὰ
τὰς προειρημένας αἰτίας· τό γε μὴν, ὀλιγωρήσαν-
τας ἄνδρα τοιοῦτον, ἐξαποστεῖλαι, πρόδηλον ἐχθρὸν
καὶ πολέμιον, οὐδαμῶς ἡγοῦντο σφίσι συμφέρειν.
λοιπὸν ἦν, ἄκοντα κατέχειν. τοῦτο δ᾽ αὐτόθεν καὶ 13
χωρὶς λόγου πάντες μὲν ἀπεδοκίμαζον, οὐκ ἀσφα-
λὲς νομίζοντες εἶναι λέοντι καὶ προβάτοις ὁμοῦ ποιεῖ-
σθαι

9. ὑπ᾽ αὐτὸν. *ὑφ᾽ αὐτὸν Vat. Flor.* Ibid. αὐτὸς ὁ Κλεομ. *ex Reiskii conject. posui.* αὐτοῖς *editio Hervag. & seqq. cum Aug. & aliis codd. Pronomen plane abest a Bav.* 11. νῆες. *ναῦς Vat. Flor. Aug. Reg. A.* 12. Δι᾽ ἃ *scripsi cum Reiskio, pro* διὰ *quod erat in libris.*

testatem redacta, gravis & metuendus ipsis inciperet esse adversarius: qui præsertim Aegyptiaci regni statum in clara luce, quod ajunt, spectasset, regemque contemneret ad hæc, qui sciret, multas esse ejus regni, ut ita dicam, lacinias, longe summotas, quæ rerum gerendarum occasiones præclaras dare possent. Nam & naves in Samo erant non paucæ: & militum ingens Ephesi numerus. Igitur, propter hasce modo expositas caussas, consilium dimittendi *Cleomenem* cum necessario apparatu, improbarunt: at rursus, virum tantum adeo contemtim habitum dimittere, inimicum certum atque hostem, nequaquam e re sua esse judicabant. Quamobrem illud supererat, ut invitum retinerent. Id vero statim ac sine longiore deliberatione cum ceteri omnes improbabant; qui *periculosum* rebantur *esse, leonem & pecudes* in

θαι τὴν ἔπαυλιν· μάλιστα δὲ τοῦτο τὸ μέρος ὁ Σωσίβιος ὑφεωρᾶτο, διά τινα τοιαύτην αἰτίαν. A. V. 532 sq.

Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἐγίγνοντο περὶ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Μάγα καὶ τῆς Βερενίκης, ἀγωνιῶντες μὴ διασφαλῶσι τῆς ἐπιβολῆς, καὶ μάλιστα διὰ τὴν Βερενίκης τόλμαν, ἠναγκάζοντο πάντας αἰκάλλειν τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν, καὶ πᾶσιν ὑπογράφειν ἐλπίδας, ἐὰν κατὰ λόγον αὐτοῖς χωρήσῃ τὰ πράγματα. XXXVI. Cleomenes suspectus Alexandriæ.
2 τότε δὴ κατανοῶν ὁ Σωσίβιος τὸν Κλεομένην, δεόμενον μὲν τῆς ἐκ τῶν βασιλέων ἐπικουρίας, ἔχοντα δὲ γνώμην καὶ πραγμάτων ἀληθινῶν ἔννοιαν· ὑπογράφων αὐτῷ μεγάλας ἐλπίδας, ἅμα συμμετέδωκε τῆς
3 ἐπιβολῆς. θεωρῶν δὲ αὐτὸν ὁ Κλεομένης ἐξεπτοημένον, καὶ μάλιστα δεδιότα τοὺς ξένους καὶ μισθοφόρους, θαῤῥεῖν παρεκάλει· τοὺς γὰρ μισθοφόρους βλάψειν μὲν αὐτὸν οὐδὲν, ὠφελήσειν δ' ὑπισχνεῖτο.

Μᾶλλον

XXXVI. 1. αἰκάλλειν. *Vulgo* ἐκκαλεῖν.

in eodem stabulo continere: tum vero Sosibius præ ceteris eam rem suspectam habebat; idque ob hujuscemodi caussam.

36. Quo tempore super cæde *Magæ* ac *Berenicæ* deliberabatur; anxii ac solliciti, ne forte, propter Berenicæ potissimum audaciam, id inceptum frustra esset, coacti sunt auctores ejus consilii, ministros aulicos blanditiis delinire, magnorum spem commodorum omnibus ostendentes, si ex voto res ipsis succederet. Eo igitur tempore animadvertens *Sosibius*, Cleomenem, qui regum auxilio indigebat, singulari prudentia & vero usu rerum pollere, magna pollicitans, participem consilii eum facit. *Cleomenes*, cernens hominem præ timore attonitum, & a peregrino potissimum conductitioque milite male metuentem, bono animo esse illum jubet: ac, *mercenarios nihil quidquam ipsi nocituros, imo potius auxilio futuros,* spondet,

Olymp. 139. 2 ſq. A. V. 532 ſq. Cleomenes ſuſpectus Alexandriæ.

Μᾶλλον δ' αὐτοῦ θαυμάσαντος τὴν ἐπαγγελίαν· 4
οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, διότι σχεδὸν εἰς τρισχιλίους εἰσὶν
ἀπὸ Πελοποννήσου ξένοι, καὶ Κρῆτες εἰς χιλίους;
οἷς ἐὰν νεύσωμεν ἡμεῖς μόνον, ἑτοίμως ὑπουργήσουσι
πάντες. τούτων δὲ συστραφέντων, τίνας ἀγωνιᾷς; 5
ἢ δῆλον, ἔφη, τοὺς ἀπὸ Συρίας καὶ Καρίας στρα-
τιώτας; Τότε μὲν οὖν ἡδέως ὁ Σωσίβιος ἀκούσας 6
ταῦτα, διπλασίως ἐπεῤῥώσθη πρὸς τὴν κατὰ τῆς
Βερενίκης πρᾶξιν. Μετὰ δὲ ταῦτα, θεωρῶν τὴν 7
τοῦ βασιλέως ῥαθυμίαν, ἀεὶ τὸν λόγον ἀνενεοῦτο,
καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τήν τε τοῦ Κλεομένους τόλμαν
ἐλάμβανε, καὶ τὴν τῶν ξένων πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν.
Διὸ καὶ τότε μάλιστα παρέστησε τῷ τε βασιλεῖ 8
καὶ τοῖς φίλοις ὁρμὴν οὗτος εἰς τὸ προκαταλαβέ-
σθαι καὶ συγκλεῖσαι τὸν Κλεομένην. πρὸς δὲ τὴν 9
ἐπίνοιαν ταύτην, ἐχρήσατο συνεργήματι τοιούτῳ
τινί.

Νικα-

ſpondet. Mirante adhuc impenſius dictum iſtud Soſibio; *non vides*, ſubjicit Cleomenes, *inter mercenarios tria propemodum millia merere Peloponneſiorum, Cretenſes ad mille? quibus ego ſi vel nutu ſignum dedero, ad omnia quæ voluero exſequenda præſto erunt. Hi ſi manu facta a te ſteterint, ecquos metuis? Syriaci, credo, aut e Caria te terrent milites.* Et tum quidem lubenter hæc audiverat *Soſibius:* eumque iſta verba duplo animoſiorem ad cædem Berenicæ reddiderunt. At poſtea, quoties regis ſocordiam conſiderabat, ſemper illi in memoriam ille ſermo redibat; jugiterque ob oculos ei verſabatur *Cleomenis* audacia, & ſtipendiariorum erga ipſum benevolentia. Hic igitur potiſſimum tempore illo & regi & amicis ejus ſtimulos admovebat, *ut Cleomenem, prius quam evaderet, comprehenderent, & includerent.* Atque hoc moliens *Soſibius,* occaſione uſus eſt hujusmodi.

37. *Nica-*

XXXVII.

Nicagoras, Messenius, hospes Archidami, regis Spart. Ol. 139. 4. A. V. 534.

Νικαγόρας τις ἦν Μεσσήνιος. οὗτος ὑπῆρχε πα-
τρικὸς ξένος Ἀρχιδάμου τοῦ Λακεδαιμονίων βασι-
2λέως. τὸν μὲν οὖν πρὸ τοῦ χρόνον βραχεῖά τις ἦν
τοῖς προειρημένοις ἐπιπλοκὴ πρὸς ἀλλήλους· καθ᾽
ὃν δὲ καιρὸν Ἀρχίδαμος ἐκ τῆς Σπάρτης ἔφυγε,
δείσας τὸν Κλεομένην, καὶ παρεγένετ᾽ εἰς Μεσση-
νίαν, οὐ μόνον οἰκίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀναγκαίοις ὁ Νι-
καγόρας αὐτὸν ὑπεδέξατο προθύμως· ἀλλὰ καὶ κα-
τὰ τὴν ἑξῆς συμπεριφορὰν ἐγένετό τις αὐτοῖς ὁλο-
3σχερὴς εὔνοια καὶ συνήθεια πρὸς ἀλλήλους. διὸ καὶ
μετὰ ταῦτα, τοῦ Κλεομένους ὑποδείξαντος ἐλπίδα
καθόδου καὶ διαλύσεως πρὸς τὸν Ἀρχίδαμον, ἔδω-
κεν αὑτὸν ὁ Νικαγόρας εἰς τὰς διαποστολὰς, καὶ
4τὰς ὑπὲρ τῶν πίστεων συνθήκας. ὧν κυρωθέντων,
ὁ μὲν Ἀρχίδαμος εἰς τὴν Σπάρτην κατῄει, πιστεύ-
σας ταῖς διὰ τοῦ Νικαγόρου γεγενημέναις συνθή-
5καις. ὁ δὲ Κλεομένης, ἀπαντήσας, τὸν μὲν Ἀρχί-
δαμον

Archidamum per fide occiderat Cleomenes.

XXXVII. 2. ὑπεδέξατο. ἐδέξατο Vat. Flor. Aug. Reg. A.

III. 1. εἰς τἀναντία. εἰς τἀναντίον Reg. E. Ibid. ὁλοσχερῶς. ὁλοσχεροῦς putem legendum.

benevolentiam vero & virtutis famam apud omnes sibi comparaverat: quibus rebus regnum etiam est adeptus. (*Excerpt. Valesian.*)

III.

De variis Rerumpublicarum Formis.

(*Excerpta Antiqua ex Lib.* VI. *Cap.* I - 8.)

3. Quod si de *Græcorum Rebuspublicis* quæstio habetur, ac de eis quidem, quibus sæpius accidit, ut modo incrementum caperent, modo rursus funditus eversæ contrariam fortunam experirentur; facile est, & præteritos casus commemorare, & de iis, quæ impendent, pronunciare. Nam & narrare, quæ nota sunt, pronum; & futura prædicere, conjectura ex iis, quæ jam acciderunt, ducta, haud sane difficile est. De *Romana* vero *Republica* dicenti, & præsentem statum explicare arduum, propter multiplicem ejus varietatem; & de futuro præsagire aliquid, propter

τος προειπεῖν, διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν προγεγονότων
περὶ αὐτοὺς ἰδιωμάτων καὶ κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν.
διόπερ οὐ τῆς τυχούσης ἐπιστάσεως προσδεῖται καὶ 4
θεωρίας, εἰ μέλλοι τις τὰ διαφέροντα καθαρίως ἐν
Consueta partitio trium formarum reip.
αὐτῇ συνόψεσθαι. Συμβαίνει δὲ, τοὺς πλείστους 5
τῶν βουλομένων διδασκαλικῶς ἡμῖν ὑποδεικνύειν περὶ
τῶν τοιούτων, τρία γένη λέγειν πολιτειῶν· ὧν τὰ
μὲν καλοῦσι Βασιλείαν, τὸ δ᾽ Ἀριστοκρατίαν, τὸ δὲ
τρίτον Δημοκρατίαν. δοκεῖ δέ μοι πάνυ τις εἰκότως 6
ἂν ἐπαπορῆσαι πρὸς αὐτοὺς, πότερον ὡς μόνας
ταύτας, ἢ καὶ νὴ Δί᾽ ὡς ἀρίστας ἡμῖν εἰσηγοῦνται
non satis accurata.
τῶν πολιτειῶν. κατ᾽ ἀμφότερα γὰρ ἀγνοεῖν μοι δο- 7
κοῦσι. δῆλον γὰρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πολιτείαν
τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συνε-
στῶσαν. τούτου γὰρ τοῦ μέρους οὐ λόγῳ μόνον, 8
ἀλλ᾽ ἔργῳ πεῖραν εἰλήφαμεν, Λυκούργου συστήσαν-

τος

III. 5. *Συμβαίνει δὲ. δὲ recepi ex Med. Ceteri vulgo δή.*

propter ignorationem priorum institutorum, quibus ad hoc tempus & publice & privatim usus est populus Romanus. Itaque non mediocri attentione & diligenti inquisitione opus, si quis velit, quæ sunt in ea eximia, quibus differt ab aliis, clare penitiusque perspicere. Quum autem, qui de hujusmodi rebus via & arte differere instituunt, *tres Rerumpublicarum formas* enumerent; quarum unam vocant *Regnum*, alteram *Optimatium principatum*, tertiam *Populi imperium*; videtur mihi merito quæri posse ab istis, utrum has reipublicæ formas in medium afferant ut solas, an ut omnium certe optimas. Nam equidem utrovis modo errare eos existimo: quum eam *Rempublicam* censeri debere *optimam* liquido constet, *quæ ex omnibus illis, quas diximus, formis sit composita.* Cujus rei probationem non ratione solum collectam, sed usu etiam & experientia firmatam habemus; postquam primus omnium

τος πρώτου κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ Λακεδαι-
9 μονίων πολίτευμα. Καί τοι οὐδ' ὡς μόνας ταύτας
προσδεκτέον· καὶ γὰρ μοναρχικὰς καὶ τυραννικὰς
ἤδη τινὰς τεθεάμεθα πολιτείας, αἳ, πλεῖστον δια-
φέρουσαι βασιλείας, παραπλήσιον ἔχειν τι ταύτῃ
10 δοκοῦσιν· ᾗ καὶ συμψεύδονται καὶ συγχρῶνται πάν-
τες οἱ μόναρχοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' εἰσὶ, τῷ τῆς βα-
11 σιλείας ὀνόματι. Καὶ μὴν ὀλιγαρχικὰ πολιτεύμα-
τα καὶ πλείω γέγονε, δοκοῦντα παρόμοιον ἔχειν τι
τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἃ πλεῖστον, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
12 διεστᾶσιν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ δημοκρα-
τίας.

IV. Differt inter Monarchiam & Regnum;

Ὅτι δ' ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον, ἐκ τούτων
2 συμφανές. οὔτε γὰρ πᾶσαν δήπου μοναρχίαν εὐ-
θέως βασιλείαν ζητέον· ἀλλὰ μόνην τὴν ἐξ ἑκόντων
συγχωρουμένην, καὶ τῇ γνώμῃ τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ
3 καὶ βίᾳ κυβερνωμένην. οὐδὲ μὴν πᾶσαν ὀλιγαρχίαν
ἀριστο-

9. Καί τοι. Alii ἀλλ' οὐδ' ὡς.

omnium *Lycurgus* ad hoc inſtar publicam rem Lacedæmoniorum inſtituit. Sed neque illud admittendum, ſolas eſſe has reip. formas. Vidimus enim etiam *monarchicas* nonnullas & *tyrannicas* dominationes; quæ, quum longiſſime a regno diſcrepent, aliquid tamen illi ſimile videntur habere: quam etiam ob cauſſam ſolent omnes *qui dominantur ſoli*, quantum fieri ejus poteſt, *regnum* ementiri eoque uti nomine. Multæ præterea civitates exſtiterunt *a paucis gubernatæ*, non abhorrentes in ſpeciem *ab Optimatium principatu:* a quo tamen, ut verbo abſolvam, plurimum diſtant. Atque eadem ratio eſt popularis etiam imperii.

4. Vere autem dici hæc a nobis, ex his clarum. Neque enim *Vnius dominatio* omnis continuo *Regnum* dicenda eſt: ſed ea demum, quæ a volentibus conceditur, & quæ conſilio potius, quam metu ac vi, regitur. Ita nec, ubicumque *Paucorum* eſt *potentia*, par eſt arbi-

Oligarchiam & Aristocratiam; Democratiam & Ochlocratiam.

ἀριστοκρατίαν νομιστέον· ἀλλὰ ταύτην, ἣ τις ἂν
κατ' ἐκλογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτά-
των ἀνδρῶν βραβεύηται. παραπλησίως οὐδὲ δημο- 4
κρατίαν, ἐν ᾗ πᾶν πλῆθος κύριόν ἐστι ποιεῖν ὅ τι
ποτ' ἂν αὐτὸ βουληθῇ καὶ πρόθηται. παρὰ δὲ ᾧ 5
πάτριόν ἐστι καὶ σύνηθες, θεοὺς σέβεσθαι, γονεῖς
θεραπεύειν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πείθε-
σθαι· παρὰ τοῖς τοιούτοις συστήμασιν ὅταν τὸ τοῖς
πλείοσι δόξαν νικᾷ, τοῦτο δεῖ καλεῖν δημοκρατίαν.

Sex genera Rerumpublicar.

Διὸ καὶ γένη μὲν ἓξ εἶναι ῥητέον πολιτειῶν· τρία 6
μὲν, ἃ πάντες θρυλλοῦσι, καὶ νῦν προείρηται· τρία
δὲ τούτοις συμφυῆ, λέγω δὲ μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν,

Mutua conversio unius generis in aliud.

ὀχλοκρατίαν. Πρώτη μὲν οὖν ἀκατασκεύως καὶ 7
φυσικῶς συνίσταται Μοναρχία· ταύτῃ δ' ἕπεται
καὶ ἐκ ταύτης γεννᾶται μετὰ κατασκευῆς καὶ διορ-
θώσεως

IV. 5. *παρὰ δὲ ᾧ. παρὰ δὲ δὴ ᾧ Aug. ſed partic. δὴ a recent. manu lineola ſubducta eſt. παρὸ πάτρ. Vrb. & παρ' ὃ πάτρ. Reg. E. absque conjunctione. παρ' ᾧ δὲ ſcribere juſſit Valeſius, quod in context. recepit Gronov.* Ibid. *σέβεσθαι. σέβειν Reg. D. & E. Oxon. & margo Med.* Ibid. *παρὰ τοῖς. Perperam vulgo edd. & Reg. E. dant ἀλλὰ παρὰ τοῖς τοιούτοις.*

arbitrari, eſſe *Optimatium principatum:* verum, ubi juſtiſſimi prudentiſſimique viri per electionem ſumma rerum potiuntur. Similiter nec *Populi imperium* jure dixeris, ubi penes *quamlibet turbam* poteſtas eſt faciendi quidquid voluerit aut propoſuerit. Sed ubi patrius mos viget deos colendi, parentes honorandi, ſeniores reverendi, legibus parendi; ii ſunt cœtus, apud quos, ſi vincit illud, quod pluribus viſum fuerit, populi imperium eſſe dici jure poteſt. Itaque *genera Rerumpublicarum* ſtatui *ſex* debent: tria, quæ omnium ore jactantur, quæque modo poſita ſunt a nobis: tria, cognatæ cum his naturæ, *dominatum* dico *unius*, *paucorum*, & *turbæ vulgaris.* Ac prima quidem, ſine ulla arte, & naturæ impetu, conſtituitur *Unius dominatio:* hanc ſequitur atque adeo ex ea originem habet, cum acceſſit

8 θώσεως Βασιλεία. μεταβαλλούσης δὲ ταύτης εἰς Mutua conversio unius generis in aliud.
τὰ συμφυῆ κακὰ, λέγω δ' εἰς Τυραννίδα· αὖθις
ἐκ τῆς τούτων καταλύσεως Ἀριστοκρατία φύεται.
9 καὶ μὴν ταύτης εἰς Ὀλιγαρχίαν ἐκτραπείσης κατὰ
φύσιν, τοῦ δὲ πλήθους ὀργῇ μετελθόντος τὰς τῶν
10 προεστώτων ἀδικίας, γεννᾶται Δῆμος. ἐκ δὲ τούτου
πάλιν ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀποπληροῦται σὺν
11 χρόνοις Ὀχλοκρατία. Γνοίη δ' ἄν τις σαφέστατα
περὶ τούτων, ὡς ἀληθῶς ἐστιν οἷα δὴ νῦν εἶπον,
ἐπὶ τὰς ἑκάστων κατὰ φύσιν ἀρχὰς καὶ γενέσεις
12 καὶ μεταβολὰς ἐπιστήσας. ὁ γὰρ συνιδὼν ἕκαστον
αὐτῶν ὡς φύεται, μόνος ἂν οὗτος δύναιτο συνιδεῖν
καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν ἀκμὴν, καὶ τὴν μεταβολὴν
ἑκάστων, καὶ τὸ τέλος, πότε, καὶ πῶς, καὶ
13 ποῦ καταντήσει πάλιν. Μάλιστα δ' ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων

8. *λέγω δ' εἰς. Sic Aug. Reg. D. E. Ceteri vulgo λέγω δὴ εἰς.* 10. *ἀποπληροῦται adſcivi ex marg. Hervag. & marg. Med. Vulgo omnes ἀποκληροῦται.* 12. *καὶ πῶς καὶ ποῦ. καὶ ποῦ καὶ πῶς Regii D. E. & Oxon.*

ceſſit ars & emendatio, *Regnum.* Quod ubi ad congenita mala degeneravit, nempe *Tyrannidem;* regibus ſublatis, naſcitur *Optimatium principatus.* Hoc quoque in *Paucorum dominationem,* ut natura eſt hominum, verſo; ubi multitudo, ira incenſa, principum injurias ulta eſt, exoritur *Populi imperium.* Rurſusque ex hujus inſolentia & legum contemtu emergit tandem *turbæ potentatus.* Vera autem eſſe, quæ de his rebus diximus, facile quis intelligat, ſi uniuſcujusque generis naturalia initia & exortus mutationesque ad animum revocaverit. Etenim qui, quo pacto unumquodque iſtorum generum oriatur, perſpexerit, is demum incrementum etiam, & florentiſſimum ſtatum, & rurſus mutationem cujusque, & finem poterit cognoſcere, quando quove modo ſit eventurus; & quo tandem quæque forma ſit reditura. Hanc autem explicationis rationem Romanæ

μείων πολιτείας τοῦτον ἁρμόσειν τὸν τρόπον ὑπείλη-
φα τῆς ἐξηγήσεως, διὰ τὸ κατὰ φύσιν αὐτὴν ἀπ'
ἀρχῆς εἰληφέναι τήν τε σύστασιν καὶ αὔξησιν.

V. Plato de republ. Ἀκριβέστερον μὲν οὖν ἴσως ὁ περὶ τῆς κατὰ
φύσιν μεταβολῆς τῶν πολιτειῶν εἰς ἀλλήλας διευ-
κρινεῖται λόγος παρὰ Πλάτωνι, καί τισιν ἑτέροις
τῶν φιλοσόφων. ποικίλος δὲ ὢν καὶ διὰ πλειόνων
λεγόμενος, ὀλίγοις ἐφικτός ἐστιν. διόπερ ὅσον ἀνή- 2
κειν ὑπολαμβάνομεν αὐτοῦ πρὸς τὴν πραγματικὴν
ἱστορίαν, καὶ τὴν κοινὴν ἐπίνοιαν, τοῦτο πειρασόμε-
θα κεφαλαιωδῶς διελθεῖν. καὶ γὰρ ἂν ἐλλείπειν τι 3
δόξῃ διὰ τῆς καθολικῆς ἐμφάσεως, ὁ κατὰ μέρος
λόγος τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων ἱκανὴν ἀνταπόδοσιν
ποιήσει τῶν νῦν ἐπαπορηθέντων. Ποίας οὖν ἀρχὰς 4
λέγω, καὶ πόθεν φημὶ φύεσθαι τὰς πολιτείας
πρῶτον;

V. 3. *ἐλλείπειν τὶ δόξῃ. Locum hunc sic constituendum putavit Reiskius: ἐλλείπειν δόξῃ τὸ τῆς καθολικῆς ἐμφάσεως, ὁ κατὰ μέρος λόγος διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομ* 4. *φύεσθαι abest a Regiis & Oxon. qui deinde dant πρῶτον συνίστασθαι. Vtrumque verbum est in Med. & in edit. Hervag.*

næ cum primis reipublicæ aptam fore existimavi; quoniam & a principio fundata & postea amplificata est convenienter naturæ.

5. Fortasse quidem igitur apud *Platonem* & alios nonnullos Philosophos subtiliori quadam ratione enucleatur *naturalis Rerumpubl. conversio in aliud atque aliud genus.* Verum istorum disputatio quum a paucis percipi possit, quod & multiplex est & prolixior; nos ex illa quæstione, quantum pertinere videbitur ad *pragmaticam Historiam*, & quantum capit communis hominum intelligentia, tantum summatim delibare conabimur. Nam si quid etiam deesse videbitur in generali hac expositione; explicatio rerum singularium, de quibus deinceps dicemus, abunde satisfaciet pro eis, de quibus fuerit nunc dubitatio aliqua relicta. *Quænam* igitur *initia* existere *societatum civilium* dicimus, & *unde primum*

5 πρῶτον; Ὅταν ἢ διὰ κατακλυσμοὺς, ἢ διὰ λοιμι-
κὰς περιστάσεις, ἢ δι' ἀφορίας καρπῶν, ἢ δι' ἄλλας
τοιαύτας αἰτίας φθορὰ γένηται τοῦ τῶν ἀνθρώπων
γένους, οἵας ἤδη γεγονέναι παρειλήφαμεν, καὶ πά-
6 λιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἱρεῖ· τότε δὴ, συμ-
φθειρομένων πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τεχνῶν,
ὅταν ἐκ τῶν περιλειφθέντων οἱονεὶ σπερμάτων αὖ-
7 θις αὐξηθῇ σὺν χρόνῳ πλῆθος ἀνθρώπων· τότε
δήπου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τού-
των συναθροιζομένων (ὅπερ εἰκὸς, κατὰ τούτων εἰς
τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι διὰ τὴν τῆς φύσεως
ἀσθένειαν·) ἀνάγκη, τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ
ψυχικῇ τόλμῃ διαφέροντα, τοῦτον ἡγεῖσθαι καὶ κρα-
8 τεῖν· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γενῶν τῶν ἀδο-
ξοποιήτων ζώων θεωρούμενον τοῦτο χρὴ φύσεως ἔρ-
γον

Primum initium Societatum civilium.

4. *πρῶτον cum* ὅταν *& seqq. conjunctum voluit Vrsin.* 7. κατὰ τούτων *dedit Reg. E. Vulgo* κατὰ τοῦτο. Ibid. *Præpositio* εἰς *abest ab edd. invitis msstis.* Ibid. τοῦτον ἡγεῖσθαι. *Sic Aug. Vrb. & Regii.* τούτου ἡγ. *Med. & ed. Herv.* τούτων *edidit Casaub. cum marg. Med. & marg. Herv.* 8. θεωρούμενον. θεωροῦμεν *edd. invitis msstis.*

primum eas nasci? Quoties aut propter diluvia, aut ob pestilentes tempestates, aut sterilitatem fructuum, aut similibus aliis de caussis, humani generis interitus contigit: (quales & jam antè fuisse accepimus, & rursus sæpe venturos ratio vincit:) tunc igitur, pereuntibus simul omnibus institutis hominum atque artibus, postquam ex superstitibus veluti seminibus progressu temporis rursus multitudo hominum est propagata; tunc igitur, sicut in ceteris fit animalibus, sic & in hominum genere necesse est, ut, ubi in societatem coierunt (consentaneum est enim, adversus illa hos propter naturæ imbecillitatem cum sui similibus congregari) quicumque corporis robore & animi audacia eminet, is ducatum atque imperium in ceteros obtineat. Hoc ipsum enim, quod in aliis pariter animantium generibus, quæ non reguntur opinionibus, fieri videmus, pro verissimo naturæ

Primum initium Societatum civilium.

γον ἀληθινώτατον νομίζειν· παρ' οἷς ὁμολογουμένως τοὺς ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν ἡγουμένους· λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεκτρυόνας, τὰ τούτοις παραπλήσια. Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς, εἰκὸς τοιούτους εἶναι, καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους, ζωηδὸν συναθροιζομένων, καὶ τοῖς ἀλκιμωτάτοις καὶ δυναμικωτάτοις ἑπομένων· οἷς ὅρος μὲν ἐστι τῆς ἀρχῆς ἰσχὺς, ὄνομα δ' ἂν εἴποι τις Μοναρχίαν. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς συστήμασι διὰ τὸν χρόνον ὑπογένηται συντροφία καὶ συνήθεια, τοῦτ' ἀρχὴ Βασιλείας φύεται· καὶ τότε πρώτως ἔννοια γίγνεται τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου τοῖς ἀνθρώποις, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις.

VI. Origo notionum Iusti & Honesti.

VI. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς γενέσεως τῶν εἰρημένων τοιόσδε. Πάντων γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας ὁρμώντων κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ τούτων παιδοποιίας

8. ἡγουμένους. εἰσηγουμένους *Aug. Vrb.* 10. τοῦτ' ἀρχὴ . . τότε ἀρχὴ *ed. Casaub. & sqq. invitis mstis.*

naturæ instituto habendum est: videmus autem in illis manifeste ducum officio fungi robustissimos quosque, tauros dico, apros, gallos gallinaceos, & id genus alia animalia. Itaque initio quidem hujusmodi esse etiam hominum vitam, consentaneum est; ut communi animantium more in unum gregem coëant, & fortissimos ac valentissimos sequantur. Atque hi quidem robore metiuntur imperium: quod rite appelles *Monarchiam*, sive *Vnius dominationem*. Postea vero quam procedente tempore inter hos cœtus sodalitium quoddam & vitæ consuetudo subnata est; tunc *Regni* feruntur initia: incipitque tum primum *Honesti Iustique*, & eorum quæ sunt his contraria, animis hominum oboriri *notitia*.

6. Ratio autem atque modus, quo existunt oriunturque hæc quæ diximus, hujusmodi est. Scilicet quum ad conjunctionem maris & fœminæ naturaliter omnes stimu-

ποίας ἀποτελουμένης, ὁπότε τις τῶν ἐκτραφέντων
εἰς ἡλικίαν ἱκόμενος, μὴ νέμοι χάριν, μηδ' ἀμύναι
τούτοις, οἷ ἐκτρέφοιεν, ἀλλά που τἀναντία κακῶς
3 λέγειν ἢ δρᾷν τούτους ἐγχειροίη· δῆλον, ὡς δυσαρε-
στεῖν καὶ προσκόπτειν εἰκὸς τοὺς συνόντας, καὶ συνι-
δόντας τὴν γεγενημένην ἐκ τῶν γεννησάντων ἐπιμέ-
λειαν καὶ κακοπάθειαν περὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν τού-
4 των θεραπείαν καὶ τροφήν. τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀν-
θρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μό-
νοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ· φανερὸν, ὡς
οὐκ εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρημένην δια-
5 φορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων· ἀλλ' ἐπιση-
μαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον, καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς
παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομέ-
νους, ὅτι τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκυ-
6 ρήσει. Καὶ μὴν, ὅταν που πάλιν ἕτερος, ὑπὸ θα-
τέρου

Notionum Iusti & Honesti origo.

VI. 2. οἱ ἐκτρέφοιεν. *Variant libri: οἷς ἐκτραφείη, ἐκτρέφοι, ἐκτράφῃ.* 3. συνόντας *correxi. Vulgo omnes* ἐνόντας. 6. ἕτερος. ἅτερος *Regii & Vrb. & margo A.*

ſtimulentur, ex eoque liberi naſcantur: quoties adultus aliquis eorum, qui educati fuerint, gratiam non refert, neque iis ſubvenit, a quibus fuerit alitus; ſed e contrario dictis factisve eos aggreditur lædere: perſpicuum eſt, iniquo animo rem ferre, graviterque offendi eos, qui forte interſunt, &, quanta cura atque ærumna parentes liberos curaverint atque aluerint, notum habent. Quoniam enim homo a ceteris animantibus hoc differt, quod ſolus mentis & rationis ſit particeps; non eſt profecto ſimile veri, ipſos hanc voluntatum diverſitatem inobſervatam prætermiſſuros, quod faciunt aliæ animantes: ſed admiſſum delictum revocaturos ad animum, & præſens factum damnaturos; ut qui, futura proſpicientes, facile cogitent, unicuique ex ſuo numero idem poſſe evenire. Rurſus autem, ſi quis, ab alio opem

Notionum Iusti & Honesti origo.

τέρου τυχὼν ἐπικουρίας ἢ βοηθείας ἐν τοῖς δεινοῖς,
μὴ νέμῃ τῷ σώσαντι χάριν, ἀλλά ποτε καὶ βλά-
πτειν ἐγχειρῇ τοῦτον· Φανερὸν, ὡς εἰκὸς τῷ τοιού-
τῳ δυσαρεστεῖσθαι καὶ προσκόπτειν τοὺς εἰδότας,
συναγανακτοῦντας μὲν τῷ πέλας, ἀναφέροντας δ'
ἐπ' αὐτοὺς τὸ παραπλήσιον. ἐξ ὧν ὑπογίγνεταί τις 7
ἔννοια παρ' ἑκάστῳ τῆς τοῦ καθήκοντος δυνάμεως
καὶ θεωρίας· ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τέλος δικαιοσύ-
νης. Ὁμοίως πάλιν, ὅταν ἀμύνῃ μέν τις πρὸ πάν- 8
των ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑφίστηται δὲ καὶ μένῃ τὰς ἐπι-
φορὰς τῶν ἀλκιμωτάτων ζώων· εἰκὸς μὲν, τὸν
τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν
εὐνοϊκῆς καὶ προστατικῆς· τὸν δὲ τἀναντία τούτῳ
πράττοντα καταγνώσεως καὶ προσκοπῆς. ἐξ οὗ πά- 9
λιν εὔλογον, ὑπογίγνεσθαί τινα θεωρίαν παρὰ τοῖς
πολλοῖς αἰσχροῦ καὶ καλοῦ, καὶ τῆς τούτων πρὸς
ἄλληλα

7. καὶ θεωρίας. Forſ. καὶ θεωρία.

opem ac præſidium in periculis nactus, auctori ſuæ ſalutis gratiam non rependat, aut etiam injuriam ei facere conetur; quis dubitat, talem hominem apud omnes, qui reſciverint, in offenſa gravi futurum? ſimul alterius vicem indignantibus cunctis, &, ne ſimilis injuriæ exemplum ad ſe perveniat, metuentibus. Ex quo ſuboritur in ſingulorum animis notio quædam *officii*, & quæ ſit hujus vis atque ratio: quod quidem & initium & finis eſt juſtitiæ. Similiter rurſus, quando aliquis in periculis acriter pro omnibus propugnat, idemque feras valentiſſimas ſubſiſtit, & earum ſuſtinet impetus; non eſt dubitandum, quin hunc acclamationibus proſequatur fauſtis multitudo, cum benevolentiæ & honoris ſignificatione; eum vero, qui contraria huic faciat, vituperationem hominum conſequi offenſionemque. Ex quo rurſus conſentaneum eſt ſubnaſci in animis vulgi *turpis atque honeſti* quamdam notitiam, & ejus diſcriminis quo

ἄλληλα διαφορᾶς, καὶ τὸ μὲν ζήλου καὶ μιμήσεως Regni origo.
10 τυγχάνειν, διὰ τὸ συμφέρον, τὸ δὲ φυγῆς. Ὅταν οὖν καὶ ὁ προεστὼς καὶ τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχων ἀεὶ συνεπισχύῃ τοῖς προειρημένοις κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλήψεις, καὶ δόξῃ τοῖς ὑποταττομένοις δια-
11 νεμητικὸς εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις· οὐκ ἔτι τὴν βίαν δεδιότες, τῇ δὲ γνώμῃ τὸ πλεῖον εὐδοκοῦντες, ὑποτάττονται καὶ συσσώζουσι τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, κἂν ὅλως ᾖ γηραιὸς, ὁμοθυμαδὸν ἐπαμύνοντες καὶ διαγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῦ τῇ
12 δυναστείᾳ. καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βασιλεὺς ἐκ μονάρχου λανθάνει γενόμενος, ὅταν παρὰ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἰσχύος μεταλάβῃ τὴν ἡγεμονίαν ὁ λογισμός.

10. ὅταν οὖν καὶ ex conject. correxi. Vulgo omnes ὅταν ἐν οἷς ὁ προεστὼς. Possis etiam cogitare ὅταν δ' αὖθις ὁ προεστὼς. Ibid. διαλήψεις cum Reisk. posui, pro vulgato διαλέξεις. 12. γενόμενος. γινόμενος Reg. E.

quo hæc invicem ſeparantur; atque ita honeſtum quidem æmulari homines imitarique, propter adjunctum commodum; fugere vero quod ſit turpe. Quando igitur is, qui ceteris præeſt & ſupremam poteſtatem habet, ſemper etiam illis, quos diximus, viris ſecundum multitudinis opinionem favet, ſuisque viribus eos juvat, atque a ſubditis ſuis exiſtimatur is eſſe, qui cuique tribuat quod meritis cujusque convenit; tum vero non amplius vim veriti, ſed animis potius ac voluntate conſentientes, ejus ſe poteſtati ſubjiciunt, & ad conſervandum ipſi imperium cuncti conſpirant: ac, licet ad ultimam ſenectutem pervenerit, paribus omnes animis illum defendunt, & adverſus eos, qui ejus dominationi inſidias ſtruunt, nullum non certamen ſubeunt. Atque hoc pacto, quum a ferocia & robore ad rationem principatus fuerit translatus, pro eo, quod erat *monarchus* invidioſo nomine, ſenſim nemine animadvertente *Rex* evadit.

VII. Αὕτη καλοῦ καὶ δικαίου πρώτη παρ' ἀνθρώποις
κατὰ φύσιν ἔννοια, καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις· αὕτη
βασιλείας ἀληθινῆς ἀρχὴ καὶ γένεσις. οὐ γὰρ μό- 2
νον αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἐπὶ πολὺ
διαφυλάττουσι τὰς ἀρχάς· πεπεισμένοι, τοὺς ἐκ
τοιούτων γεγονότας, καὶ τραφέντας ὑπὸ τοιούτοις,
παραπλησίως ἕξειν καὶ τὰς προαιρέσεις. Ἐὰν δέ 3
ποτε τοῖς ἐκγόνοις δυσαρεστήσωσι, ποιοῦνται μετὰ
ταῦτα τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων οὐκ
ἔτι κατὰ τὰς σωματικὰς καὶ θυμικὰς δυνάμεις,
ἀλλὰ κατὰ τὰς τῆς γνώμης καὶ τοῦ λογισμοῦ δια-
φορὰς, πεῖραν εἰληφότες ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων τῆς
ἐξ ἀμφοῖν παραλλαγῆς. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐνε- 4
γήρασκον ταῖς βασιλείαις οἱ κριθέντες ἅπαξ καὶ
τυχόντες τῆς ἐξουσίας ταύτης, τόπους τε διαφέ-
ροντας ὀχυρούμενοι καὶ τειχίζοντες, καὶ χώραν κα-
τακτώ-

Benevolentia subditorum in Regum familiam.

VII. 2. *ὑπὸ τοιούτοις. An ὑπὸ τοιούτων?* Ibid. *παραπλησίως. παραπλησίους malim.* 3. *ἐκγόνοις. ἐγγόνοις Aug. Regii* & *Oxon.* Ibid. *ἀλλὰ κατὰ τάς. Sic Reg. E. Ceteri vulgo ἀλλὰ καὶ κατὰ τάς.*

7. Hæc eſt *prima* apud homines *honeſti & juſti* a natura profecta *notio*, & eorum quæ his ſunt contraria: hæc *veri Regni origo*, hinc ortus. Non ſolum enim ipſis, ſed & ſoboli, per longum tempus imperium ſubditi conſervant: perſuaſi, talibus viris prognatos, & a talibus educatos, animis quoque & voluntatibus pares eis futuros. Quod ſi horum poſteri tandem diſplicuerint, magiſtratus deinde ac reges ſibi eligunt, non utique eos, qui corporis robore aut ſpiritus ferocia præſtent; ſed eos, qui ſapientia & prudentia excellant: ut qui rebus ipſis fuerint edocti, quantum inter hos atque illos ſit diſcriminis. Ac primis quidem temporibus, qui electione populorum regiam poteſtatem ſemel fuerant adepti, in regnis ſuis conſeneſcebant; loca opportuna munientes ac mœnibus cingentes, & ditio-

τακτώμενοι, τὸ μὲν τῆς ἀσφαλείας χάριν, τὸ δὲ τῆς δαψιλείας τῶν ἐπιτηδείων τοῖς ὑποτεταγμέ-
5 νοις· ἅμα δὲ, περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἐκτὸς ἦσαν πάσης διαβολῆς καὶ φθόνου· διὰ τὸ μήτε περὶ τὴν ἐσθῆτα μεγάλας ποιεῖσθαι τὰς παραλλαγὰς, μήτε περὶ τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν, ἀλλὰ παραπλήσιον ἔχειν τὴν βιοτείαν τοῖς ἄλλοις, ὁμόσε ποιούμε-
6 νοι τοῖς πολλοῖς ἀεὶ τὴν δίαιταν. Ἐπεὶ δ' ἐκ διαδο- Tyrannidis origo.
χῆς καὶ κατὰ γένος τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντες, ἕτοιμα μὲν εἶχον ἤδη τὰ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, ἕτοιμα δὲ καὶ πλείω τῶν ἱκανῶν τὰ πρὸς τὴν τροφήν·
7 τότε δὴ ταῖς ἐπιθυμίαις ἑπόμενοι διὰ τὴν περιουσίαν, ἐξάλλους μὲν ἐσθῆτας ὑπέλαβον δεῖν ἔχειν τοὺς ἡγουμένους τῶν ὑποταττομένων, ἐξάλλους δὲ καὶ ποικίλας τὰς περὶ τὴν τροφὴν ἀπολαύσεις καὶ παρασκευὰς, ἀναντιῤῥήτους δὲ καὶ παρὰ τῶν μὴ προσηκόντων τὰς τῶν ἀφροδισίων χρείας καὶ συνουσίας.

ditionem quisque ſuam amplificantes; partim ſecuritatis cauſſa, partim ut ſubditis rerum ad victum neceſſariarum uberem copiam exhiberent. Simul vero, dum his animum intendebant, extra offenſam atque invidiam hominum erant: quia neque cultu admodum diverſo a ceteris utebantur, neque victu; ſed, vitae genus reliquis ſimile uſurpantes, una cum multitudine aſſidue verſabantur. Vbi vero, qui ex ſucceſſione generis regna ſuſceperant, comparata habuerunt quae ad ſecuritatem deſiderabantur, & comparata etiam quae ſunt ad victum neceſſaria, ac multo quidem plura quam erat neceſſe; tum enimvero cupiditatibus obſecuti, ob ſuperfluentem rerum omnium copiam arbitrati ſunt, debere principes alio, quam ſubditos, uti cultu, aliis & variis ad luxum frui voluptatibus atque apparatibus, in uſu item Veneris quamvis illicitae contradicendi ſibi nemini jus eſſe.

σίας. ἐφ᾽ οἷς μὲν φθόνου γενομένου καὶ προσκοπῆς, ἐφ᾽ οἷς δὲ μίσους ἐκκαιομένου καὶ δυσμενικῆς ὀργῆς, 8
ἐγένετο μὲν ἐκ τῆς βασιλείας τυραννὶς, ἀρχὴ δὲ καταλύσεως ἐγεννᾶτο, καὶ σύστασις ἐπιβουλῆς τοῖς ἡγουμένοις· ἣν οὐκ ἐκ τῶν χειρίστων, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν 9
γενναιοτάτων καὶ μεγαλοψυχοτάτων, ἔτι δὲ θαῤῥαλεωτάτων ἀνδρῶν συνέβαινε γενέσθαι, διὰ τὸ τοὺς τοιούτους ἥκιστα δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν ἐφεστώτων ὕβρεις.

VIII. Aristocratiae ortus.

Τοῦ δὲ πλήθους, ὅταν λάβῃ προστάτας, συνεπισχύοντος κατὰ τῶν ἡγουμένων διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας· τὸ μὲν τῆς βασιλείας καὶ μοναρχίας εἶδος ἄρδην ἀνῃρεῖτο, τὸ δὲ τῆς Ἀριστοκρατίας αὖθις ἀρχὴν ἐλάμβανε καὶ γένεσιν. Τοῖς γὰρ κατα- 2
λύσασι τοὺς μονάρχους οἱονεὶ χάριν ἐκ χειρὸς ἀποδιδόντες οἱ πολλοὶ, τούτοις ἐχρῶντο προστάταις, καὶ τούτοις ἐπέτρεπον περὶ σφῶν. Οἱ δὲ τὸ μὲν 3
πρῶτον

VIII. 1. ὅταν λάβῃ. ὅτε λάβοι *Aug. Vrb.*

esse. Atque ita, dum ex aliis facinoribus invidiam atque offensionem sibi conflarunt, ex aliis odium hominum atque iram infestam in se accenderunt; de regno facta est *Tyrannis*, simulque ejus tollendae fundamenta jacta sunt, & in caput dominantium conspiratio iniri coepta est: cujus quidem auctores erant non deterrimi civium, sed generosissimi quique & maximi animi atque audacissimi; quoniam hi sunt, qui principum injurias minime omnium ferre possunt.

8. Populo autem, ubi duces nactus est, connitente cum illis ad regum perniciem propter dictas caussas, & regno & unius dominatione de republica sublatis, principium originemque habuit *Optimatium principatus*. Nam iis, qui monarchiam sustulerant, hanc e vestigio quasi mercedem populus rependebat, ut rectoribus illis uteretur, seque ipsis permitteret. Illi igitur primum, con-

πρῶτον ἀσμενίζοντες τὴν ἐπιτροπὴν, οὐδὲν προὐρ-
γιαίτερον ἐποιοῦντο τοῦ κοινῇ συμφέροντος, καὶ κη-
δεμονικῶς καὶ φυλακτικῶς ἕκαστα χειρίζοντες, καὶ
4 τὰ κατ' ἰδίαν, καὶ τὰ κοινὰ τοῦ πλήθους. Ὅτε Oligarchia.
δὲ διαδέξαιντο πάλιν παῖδες παρὰ πατέρων τὴν
τοιαύτην ἐξουσίαν, ἄπειροι μὲν ὄντες κακῶν, ἄπει-
ροι δὲ καθόλου πολιτικῆς ἰσότητος καὶ παῤῥησίας,
τεθραμμένοι δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξου-
5 σίαις, καὶ προαγωγαῖς· ὁρμήσαντες οἱ μὲν ἐπὶ πλεο-
νεξίαν καὶ φιλαργυρίαν ἄδικον, οἱ δ' ἐπὶ μέθας καὶ
τὰς ἅμα ταύταις ἀπλήστους εὐωχίας, οἱ δ' ἐπὶ
τὰς τῶν γυναικῶν ὕβρεις καὶ παίδων ἁρπαγὰς, με-
τέστησαν μὲν τὴν ἀριστοκρατίαν εἰς Ὀλιγαρχίαν.
6 ταχὺ δὲ κατεσκεύασαν ἐν τοῖς πλήθεσι πάλιν τὰ
παραπλήσια τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι· διὸ καὶ παραπλή-
σιον συνέβαινε τὸ τέλος αὐτῶν γίγνεσθαι τῆς κατα-
στροφῆς τοῖς περὶ τοὺς τυράννους ἀτυχήμασι.

4. τὴν τοιαύτην *Aug. Vrb. Regii* & *Oxon.* τὴν αὐτὴν *edd.*

contenti honore traditæ sibi reipublicæ, communem utilitatem omnibus rebus anteferre, & singulari cura ac studio & sollicitudine cuncta tum privatorum tum reipubl. administrare. Verum ubi rursus traditam sibi a patribus filii talem potestatem obtinuissent; homines, qui malorum periculum nullum umquam fecerant, nullum æquabilitatis nec libertatis civilis; sed a pueris innutriti fuerant paternis honoribus & dignitatibus: quum alii avaritiæ & injustæ opum cupiditati se dedidissent, alii ebrietati & helluationibus, quæ illam comitari solent; quidam ad stupra mulieribus inferenda, aut pueros rapiendos, animum adjecissent: mutarunt illi quidem optimatium principatum in *Paucorum dominationem.* Ceterum in animis populorum brevi tempore eosdem affectus excitarunt cum iis, de quibus paulo ante diximus. Itaque parem & ipsi exitum fecerunt illi quem tyranni habuerunt, cum eos oppressit calamitas.

IX. Democratiæ origo.

Ἐπειδὰν γάρ τις συνθεασάμενος τὸν φθόνον καὶ
τὸ μῖσος κατ' αὐτῶν, τὸ παρὰ τοῖς πολίταις ὑπάρ-
χον, κἄπειτα θαῤῥήσῃ λέγειν ἢ πράττειν τι κατὰ
τῶν προεστώτων, πᾶν ἕτοιμον καὶ συνεργὸν λαμβά-
νει τὸ πλῆθος. λοιπὸν, οὓς μὲν φονεύσαντες, οὓς δὲ 2
φυγαδεύσαντες, οὔτε βασιλέα προΐστασθαι τολμῶ-
σιν, ἔτι δεδιότες τὴν τῶν πρότερον ἀδικίαν, οὔτε
πλείοσιν ἐπιτρέπειν τὰ κοινὰ θαῤῥοῦσι· παρὰ πό-
δας αὐτοῖς οὔσης τῆς πρότερον ἀγνοίας. μόνης δὲ 3
σφίσι καταλειπομένης ἐλπίδος ἀκεραίου τῆς ἐν αὐ-
τοῖς, ἐπὶ ταύτην καταφέρονται· καὶ τὴν μὲν πολι-
τείαν ἐξ ὀλιγαρχικῆς δημοκρατίαν ἐποίησαν, τὴν
δὲ τῶν κοινῶν πρόνοιαν καὶ πίστιν εἰς σφᾶς αὐτοὺς
ἀνέλαβον. Καὶ μέχρι μὲν ἂν ἔτι σώζωνταί τινες 4
τῶν ὑπεροχῆς καὶ δυναστείας πεῖραν εἰληφότων,
ἀσμενίζοντες τῇ παρούσῃ καταστάσει, περὶ πλεί-
στου

IX. 2. *Verba* οὓς δὲ φυγαδεύσαντες, *quæ abſunt vulgo ab omnibus, inſerui ex mente Caſauboni.* Ibid. τῶν πρότερον. τῶν προτέρων *edd.* Ibid. ἀγνοίας. ἀνοίας *Reg. E.*

9. Poſtquam enim obſervavit aliquis, quanta invidia & odio flagrarent optimates apud populum; auſus deinde vel dicto vel facto aliquid adverſus eos moliri, ilicet multitudinem univerſam præſto habet, conatus ipſius adjuvantem. Quo facto, aliis optimatium occiſis, aliis in exilium pulſis, neque regem ſuis rebus audent præficere, metu illius injuſtitiæ qua ſuperiores erant uſi; neque vero pluribus rempublicam tradere ſuſtinent, ob oculos adhuc verſantibus ſceleribus nuper admiſſis. Quum igitur ſola illis integra ſpes reſtet, quam in ſeſe ponant; hanc ſecuti, rempublicam a paucorum dominatione ad *Populi imperium* transferunt: & publicarum rerum curam ac fidem ipſi in ſe ſuſcipiunt. Ac quoad quidem ſuperſunt adhuc eorum nonnulli, qui potentiam dominationemque paucorum ſunt experti; in præſenti ſtatu acquieſcentes, antiquius æqua-

στου ποιοῦνται τὴν ἰσηγορίαν καὶ τὴν παῤῥησίαν.
5 Ὅταν δ' ἐπιγένωνται νέοι, καὶ παισὶ παίδων πάλιν
ἡ δημοκρατία παραδοθῇ, τότε οὐκ ἔτι διὰ τὸ σύνη-
θες ἐν μεγάλῳ τιθέμενοι τὸ τῆς ἰσηγορίας καὶ παῤ-
ῥησίας, ζητοῦσι πλέον ἔχειν τῶν πολλῶν· μάλιστα
δ' εἰς τοῦτ' ἐμπίπτουσιν οἱ ταῖς οὐσίαις ὑπερέχον-
6 τες. λοιπὸν, ὅταν ὁρμήσωσιν ἐπὶ τὸ φιλαρχεῖν, καὶ
μὴ δύνωνται δι' αὑτῶν καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τυγ-
χάνειν τούτων, διαφθείρουσι τὰς οὐσίας, δελεάζον-
τες καὶ λυμαινόμενοι τὰ πλήθη κατὰ πάντα τρό-
πον. Ἐξ ὧν, ὅταν ἅπαξ δωροδόκους καὶ δωροφά-
γους κατασκευάσωσι τοὺς πολλοὺς διὰ τὴν ἄφρονα
δοξοφαγίαν, τότ' ἤδη πάλιν τὸ μὲν τῆς δημοκρα-
τίας καταλύεται, μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χει-
ροκρατίαν ἡ δημοκρατία. συνειθισμένον γὰρ τὸ πλῆ-
θος ἐσθίειν τὰ ἀλλότρια, καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν τοῦ
ζῆν ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας, ὅταν λάβῃ προστάτην με-
γαλό-

Ochlocratia & manuum violentia.

6. τυγχ. τούτων. Forſ. τυγχάνειν τούτου.

æqualitate juris & libertate civium nihil habent. Sed poſtquam nova ſoboles eſt exorta, & ad priorum nepotes populi imperium pervenit: tum enimvero æqualitatis & libertatis bonum parvi facientes, utpote cui aſſueverunt, plus poſſe quam ceteri cupiunt: eſtque hoc vitium iis potiſſimum familiare, qui divitiis alios antecedunt. Igitur ad ambiendos honores converſi, ubi hos per ſe & propria virtute conſequi non valent, inescando & omni genere largitionis corrumpendo populo rem familiarem ſuam dilapidant. Qui poſtquam ſemel, ſua ſtulta aviditate dignitatum, multitudinem largitiones captare devorareque docuerunt; tum vero rurſus incipit populi imperium labefactari, ſucceditque ejus loco *vis ac manuum violentia.* Aſſueta enim plebs de alieno vivere, & in aliorum fortunis ſpes vitæ reponere, magni animi audacemque nacta ducem, cui aditum

γαλόφρονα καὶ τολμηρὸν, ἐκκλειόμενον δὲ διὰ πενίαν
τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τιμίων· τότε δὴ χειροκρατίαν
ἀποτελεῖ. καὶ τότε συναθροιζόμενον ποιεῖ σφαγὰς, 9
φυγὰς, γῆς ἀναδασμούς· ἕως ἂν, ἀποτεθηριωμένον,
πάλιν εὕρῃ δεσπότην καὶ μόναρχον. Αὕτη πολι- 10
τειῶν ἀνακύκλωσις, αὕτη φύσεως οἰκονομία, καθ'
ἣν μεταβάλλει καὶ μεθίσταται, καὶ πάλιν εἰς αὐ-
τὰ καταντᾷ τὰ κατὰ τὰς πολιτείας. Ταῦτά τις 11
σαφῶς ἐπεγνωκὼς, χρόνοις μὲν ἴσως διαμαρτήσεται,
λέγων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος περὶ πολιτείας· τὸ δὲ
ποῦ τῆς αὐξήσεως ἕκαστόν ἐστιν ἢ τῆς φθορᾶς, ἢ
ποῦ μεταστήσεται, σπανίως ἂν διασφάλοιτο, χω-
ρὶς ὀργῆς ἢ φθόνου ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν. Καὶ 12
μὴν περί γε τῆς Ῥωμαίων πολιτείας κατὰ ταύτην
τὴν

Orbis revolutionum æquabilis in rebuspubl.

8. *τιμίων. τιμῶν Herv. Reg. D. Oxon.* 11. *ποῦ μεταστήσ. An ποῖ μεταστήσεται?* Ibid. *διασφάλοιτο. διασφάλλοιτο edd.* Ibid. *ὀργῆς ἢ φθόνου. Perperam edd. & scripti omnes ὀργῆς ἀφθόνου.* 12. Καὶ *μὴν. Ante hæc verba in Reg. D. signum est indicans,* novum hinc incipere fragmentum.

aditum ad honores in republica paupertas præcludit, populi imperium in manuum violentiam convertit. Ac tunc quidem coitione facta, cædibus, exiliis, divisionibus novis agrorum usque eo sævit, donec tandem, efferata, dominum rursus nanciscatur, qui rerum potiatur solus. Hic orbis est, quo in sese Respublicæ revolvuntur: hic naturæ ordo, per quem rerumpubl. status mutatur, transformatur, & rursus eodem redit. Quæ si quis accurate cognita habuerit, de iis, quæ remp. manent, dicere aggressus, in ratione temporum ille quidem fortasse falletur: at quo loco sit quæque illarum, incrementone propior an ruinæ, & in quam formam sit immutanda; vix est, ut in hoc fallatur: si modo ira atque invidia vacuus, sententiam super ea re suam pronunciaverit. Ad *Romanam* quidem certe quod attinet *Rempublicam*, hoc potissimum inquisitionis genere

τὴν ἐπίστασιν μάλιστ᾽ ἂν ἔλθοιμεν εἰς γνῶσιν καὶ τῆς συστάσεως, καὶ τῆς αὐξήσεως, καὶ τῆς ἀκμῆς· ὁμοίως δὲ καὶ τῆς εἰς τοὔμπαλιν ἐσομένης ἐκ τούτων
13 μεταβολῆς. εἰ γάρ τινα καὶ ἑτέραν πολιτείαν, ὡς ἀρτίως εἶπα, καὶ ταύτην συμβαίνει, κατὰ φύσιν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἔχουσαν τὴν σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν, κατὰ φύσιν ἕξειν καὶ τὴν εἰς τἀναντία μεταβολήν.
14 σκοπεῖν δ᾽ ἔσται διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων.

X. Lycurgi leges de republ.

Νῦν δ᾽ ἐπὶ βραχὺ ποιησόμεθα μνήμην ὑπὲρ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας· ἔστι γὰρ οὐκ ἀνοίκειος ὁ λό-
2 γος τῆς προθέσεως. Ἐκεῖνος γὰρ, ἕκαστα τῶν προειρημένων συννοήσας ἀναγκαίως καὶ φυσικῶς ἐπιτελούμενα, καὶ συλλογισάμενος, ὅτι πᾶν εἶδος πολιτείας ἁπλοῦν καὶ κατὰ μίαν συνεστηκὸς δύναμιν, ἐπισφαλὲς γίγνεται, διὰ τὸ ταχέως εἰς τὴν οἰκείαν
3 καὶ φύσει παρεπομένην ἐκτρέπεσθαι κακίαν· (καθάπερ

14. δ᾽ ἔσται. δ᾽ ἐξέσται *Aug. Urb.*

re intelligemus, quo pacto ab initio constituta, deinde aucta, & ad hunc statum florentissimum, quo nunc viget, perducta fuerit: & similiter, quaenam in contrarium illam maneat conversio. Haec enim respublica, quemadmodum, si qua alia, ut paulo ante dixi, secundum naturam constituta atque aucta est; sic & mutationem in contrarium secundum naturam habebit: quod quidem ex iis, quae deinceps dicentur, planius intelligetur.

10. Nunc vero de *latis a Lycurgo legibus* pauca dicemus: neque enim a proposito alienus est hic sermo. Animadverterat ille vir, necessaria naturae lege omnia ista evenire, statueratque apud se, quamlibet *reipubl. formam simplicem & uno genere constantem, periculosam* esse; quia facile ad proprium sibi vitium, quod ipsam natura comitatur, deflectit. Sicut

Lycurgi leges de republ.

περ γὰρ σιδήρῳ μὲν ἰὸς, ξύλοις δὲ θρίπες καὶ τερη-
δόνες συμφυεῖς εἰσι λῦμαι, δι᾽ ὧν, κἂν πάσας τὰς
ἔξωθεν διαφύγωσι βλάβας, ὑπ᾽ αὐτῶν φθείρονται
τῶν συγγενομένων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν πολι- 4
τειῶν συγγίγνεται κατὰ φύσιν ἑκάστῃ καὶ παρέπε-
ταί τις κακία· βασιλείᾳ μὲν ὁ μοναρχικὸς λεγόμε-
νος τρόπος, ἀριστοκρατίᾳ δὲ ὁ τῆς ὀλιγαρχίας, δη-
μοκρατίᾳ δὲ ὁ θηριώδης καὶ χειροκρατικός· εἰς οὓς 5
οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ πάντα τὰ προειρημένα σὺν χρό-
νῳ ποιεῖσθαι τὰς μεταστάσεις κατὰ τὸν ἄρτι λό-
γον.) ἃ προϊδόμενος Λυκοῦργος, οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ 6
μονοειδῆ συνεστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας
ὁμοῦ συνήθροιζε τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν
ἀρίστων πολιτευμάτων· ἵνα μηδὲν αὐξανόμενον 7
ὑπὲρ τὸ δέον εἰς τὰς συμφυεῖς ἐκτρέπηται κακίας·
ἀντισπωμένης δὲ τῆς ἑκάστου δυνάμεως ὑπ᾽ ἀλλή-
λων,

Sicut enim rubigo ferro, cossi & teredines ligno congenitæ pestes insunt; adeo ut, quamvis nihil extrinsecus illa læserit, per ea tamen, quæ intra ipsa nascuntur, intereant: sic etiam naturæ legibus simul cum singulis rerumpublicarum formis nascitur aliquod vitium, quod assidue illas comitatur: puta, regnum, monarchicus, qui dicitur, status; optimatium principatum, dominatio paucorum; imperium populi, ferinæ similis potentia, quando obtinet manuum violentia: in quæ vitia quominus singulæ rerumpubl. formæ, quas prius diximus, conversæ tandem mutentur, vitari non potest. Hæc igitur quum prævidisset *Lycurgus*, non simplicem neque uniformem remp. constituit: sed *optimarum quarumque rerumpubl. virtutes omnes ac proprietates in unum copulavit:* ne, si qua illarum supra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret: sed, dum cujusque vis mutuo omnium nisu in contrarium retrahitur, nulla pars illarum

λων, μηδαμοῦ νεύῃ, μηδ᾽ ἐπὶ πολὺ καταῤῥέπῃ μηδὲν Lycurgi leges de republ.
αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἰσοῤῥοποῦν καὶ ζυγοστατούμενον ἐπὶ
πολὺ διαμένῃ κατὰ τὸν τῆς ἀντιπλοίας λόγον ἀεὶ
8 τὸ πολίτευμα· τῆς μὲν βασιλείας κωλυομένης
ὑπερηφανεῖν, διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ δήμου φόβον, δεδο-
μένης καὶ τούτῳ μερίδος ἱκανῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ·
9 τοῦ δὲ δήμου πάλιν μὴ θαῤῥοῦντος καταφρονεῖν τῶν
βασιλέων, διὰ τὸν ἀπὸ τῶν γερόντων φόβον, οἳ
κατ᾽ ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον
10 ἀεὶ τῷ δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. ὥστε τὴν τῶν
ἐλαττουμένων μερίδα, διὰ τὸ τοῖς ἔθεσιν ἐμμένειν,
ταύτην ἀεὶ γίγνεσθαι μείζω καὶ βαρυτέραν, τῇ τῶν
11 γερόντων προσκλίσει καὶ ῥοπῇ. τοιγαροῦν οὕτω συ-
στησάμενος, πλεῖστον, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, χρόνον διε-
φύλαξε τοῖς Λακεδαιμονίοις τὴν ἐλευθερίαν.

illarum vergat usquam aut nimium propendeat; verum æquis ponderibus librata, & æqua lance ſuſpenſa, quam diutiſſime reſpublica duret; quemadmodum in navigando ſervatur navis, dum nimius ventorum impetus oppoſita vi remorum temperatur. Nam reges quidem ne ſuperbe atque impotenter agerent, metus populi, cui & ipſi ſuæ partes in civitate erant attributæ, impediebat: populus vero, ne reges contemneret, metu ſeniorum cohibebantur; qui quum eſſent omnes pro virtutis merito in ſenatorium ordinem lecti, juſtiori utique parti ſe ſemper erant adjuncturi. Itaque, ſenioribus veterem diſciplinam retinentibus, quoties pars aliqua erat facta infirmior, inclinatione ac nutu ſenatus ad illam, major ſemper erat evaſura ac prægravatura. *Lycurgus* igitur, hoc pacto conſtituta republica, *Lacedæmoniis* libertatem diutius conſervavit, quam ulli alii populo, nobis quidem cognito, contigit.

IV.

Περὶ συστάσεως τῆς τῶν Ῥωμαίων Πολιτείας.

XI. Forma reip. Rom. similis Laconicæ.

Ἐκεῖνος μὲν οὖν λόγῳ τινὶ προϊδόμενος, πόθεν ἕκαστα, καὶ πῶς πέφυκε συμβαίνειν, ἀβλαβῶς συνεστήσατο τὴν προειρημένην πολιτείαν. Ῥωμαῖοι δὲ 2
τὸ μὲν τέλος ταὐτὸ πεποίηνται τῆς ἐν τῇ πατρίδι καταστάσεως· οὐ μὴν διὰ λόγου, διὰ δὲ πολλῶν 3
ἀγώνων καὶ πραγμάτων, ἐξ αὐτῆς ἀεὶ τῆς ἐν ταῖς περιπετείαις ἐπιγνώσεως αἱρούμενοι τὸ βέλτιον, οὕτως ἦλθον ἐπὶ ταὐτὸ μὲν Λυκούργῳ τέλος, κάλλιστον δὲ σύστημα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς πολιτειῶν.



Δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν κριτὴν οὐκ ἐκ τῶν παραλει- 4
πομένων δοκιμάζειν τοὺς γράφοντας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν λεγομένων· κἂν μὲν ἔν τούτοις τι λαμβάνῃ ψεῦδος, 5
εἰδέναι, διότι κἀκεῖνα παραλείπεται δι᾽ ἄγνοιαν· ἐὰν

XI. 1. προϊδόμενος. προειδόμενος Regii & Oxon.

IV.

De Reipublicæ Romanæ constitutione.

11. Sic ille quidem, ratione quadam prævidens, unde & quomodo evenire quæque soleant, dictam rempublicam instituit. *Romani* vero in ordinando patriæ statu eumdem quidem adepti sunt finem: at non ratiocinatione ulla eo sunt ducti, sed per certamina multa & rerum discrimina jactati, id quod erat melius ex ipsis semper casibus edocti elegerunt; eaque demum via ad eumdem cum Lycurgo finem pervenerunt, & *reipublicæ corpus constituerunt* omnium, quæ nostra memoria fuerunt, *pulcerrimum.*



Est autem boni judicis officium, *scriptores non ex iis, quæ prætermiserint, æstimare, verum ex iis, quæ dixerint:* ac, si falsi aliquid in his deprehenderit, etiam, *illa ex ignoratione esse prætermissa,*

ἐὰν δὲ πᾶν τὸ λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ, συγχωρεῖν, διότι κἀκεῖνα παρασιωπᾶται κατὰ κρίσιν, οὐκ ἄγνοιαν.



6 Ἦν μὲν δὴ τρία μέρη τὰ κρατοῦντα τῆς πολιτείας, ἅπερ εἶπα πρότερον, ἅπαντα· οὕτω δὲ πάντα κατὰ μέρος ἴσως καὶ πρεπόντως συνετέτακτο, καὶ διῳκεῖτο διὰ τούτων, ὥστε μηδένα ποτ' ἂν εἰπεῖν δύνασθαι βεβαίως, μηδὲ τῶν ἐγχωρίων, πότερα ἀριστοκρατικὸν τὸ πολίτευμα σύμπαν, ἢ
7 δημοκρατικὸν, ἢ μοναρχικόν. Καὶ τοῦτ' εἰκὸς ἦν πάσχειν. ὅτε μὲν γὰρ εἰς τὴν τῶν ὑπάτων ἀτενίσαιμεν ἐξουσίαν, τελείως μοναρχικὸν ἐφαίνετ' εἶναι καὶ βασιλικόν· ὅτε δὲ εἰς τὴν τῆς συγκλήτου, πάλιν ἀριστοκρατικόν. καὶ μὴν εἰ τὴν τῶν πολλῶν ἐξουσίαν θεωροίη τις, ἐδόκει σαφῶς εἶναι δημοκρατι-
8 κόν. Ὧν δ' ἕκαστον εἶδος μερῶν τῆς πολιτείας ἐπεκράτει,

Respub. Rom. ex tribus formis mixta.

Iura cujusque partis.

7. εἰκὸς. *Sic Reg. E. Ceteri vulgo* εἰκότως.

termissa, statuere: sin omnia fuerint vera, quae dicuntur, concedere, *judicio, non ignorantia ista quoque sileri.*



Omnes igitur *tres partes*, quas supra nominavi, potestatem habebant in republica: atque cuncta, distributis cuique parti suis vicibus, ita aequabiliter ac convenienter ordinata erant & ab his administrabantur, ut ne indigenarum quidem quisquam satis certo pronunciare haberet de universa republica, *optimatium-ne, an populi, an unius esset imperium.* Ac merito id quidem. Nam cum ad *Consulum* potestatem oculos referimus, prorsus *monarchica & regia* videtur ea esse: cum ad auctoritatem *senatus*, regimen *optimatium:* cum ad *populi* imperium, liquido putet aliquis *statum* esse *popularem.* Propria autem *jura*, quae *pars unaquaeque* & tunc obtinuit,

κράτει, καὶ τότε, καὶ νῦν ἔτι, πλὴν ὀλίγων τινῶν,
ταῦτ᾽ ἐστιν.
XII. Poteſtas Conſulum; in urbe: Οἱ μὲν γὰρ Ὕπατοι, πρὸ τοῦ μὲν ἐξάγειν τὰ
στρατόπεδα, παρόντες ἐν Ῥώμῃ, πασῶν εἰσὶ κύριοι
τῶν δημοσίων πράξεων. οἵ τε γὰρ ἄρχοντες οἱ λοι- 2
ποὶ πάντες ὑποτάττονται καὶ πειθαρχοῦσι τούτοις,
πλὴν τῶν δημάρχων· εἴς τε τὴν σύγκλητον οὗτοι
τὰς πρεσβείας ἄγουσι. πρὸς δὲ τοῖς προειρημένοις, 3
οὗτοι τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν,
αὐτοὶ τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι.
καὶ μὴν ὅσα δεῖ διὰ τοῦ δήμου συντελεῖσθαι τῶν 4
πρὸς τὰς κοινὰς πράξεις ἀνηκόντων, τούτοις καθή-
κει φροντίζειν, καὶ συνάγειν ἀεὶ τὰς ἐκκλησίας,
τούτοις εἰσφέρειν τὰ δόγματα, τούτοις βραβεύειν
in bello. τὰ δοκοῦντα τοῖς πλείοσι. Καὶ μὴν περὶ πολέμου 5
κατασκευῆς, καὶ καθόλου τῆς ἐν ὑπαίθροις οἰκονο-
μίας, σχεδὸν αὐτοκράτορα τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι.
καὶ

XII. 3. αὐτοὶ. οὗτοι τὸν ὅλον *Caſaub. invitis mstis.* 4. συνάγειν ἀεί. *Abeſt* ἀεὶ *ab Aug. Vrb. Regiis & Oxon.*

tinuit, atque etiam nunc, paucis exceptis, obtinet in republica, hæc ſunt.

12. *Conſules*, quamdiu *in urbe* ſunt, priusquam legiones educant, omnia, quæ publice fiunt, in poteſtate habent. Omnes enim reliqui magiſtratus, præter Tribunos, Conſulibus obnoxii ſunt, eisque parent. Hi legationes in ſenatum inducunt. Iidem, quoties deliberari aliqua de re uſus poſtulat, referunt ad ſenatum: ac, quæ a ſenatu decreta ſunt, ipſi conficiunt & exſequuntur. Præterea publicæ omnes actiones, quæ per populum fieri debent, ad curam horum pertinent: horum eſt, advocare conciones, rogationes ferre, adminiſtrare ea quæ plurium ſuffragiis fuerint ſcita. Iam vero *belli* adornandi, gerendi, & omnia, quæ ad expeditionem pertinent, adminiſtrandi poteſtatem propemodum abſolutam *Conſules* habent.

6 καὶ γὰρ ἐπιτάττειν τοῖς συμμαχικοῖς τὸ δοκοῦν, καὶ
τοὺς χιλιάρχους καθιστάναι, καὶ διαγράφειν τοὺς
στρατιώτας, καὶ διαλέγειν τοὺς ἐπιτηδείους, τούτοις
7 ἔξεστι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, ζημιῶσαι τῶν ὑπο-
ταττομένων ἐν τοῖς ὑπαίθροις, ὃν ἂν βουληθῶσι, κύ-
8 ριοι καθεστᾶσιν. ἐξουσίαν δ' ἔχουσι καὶ δαπανᾷν
τῶν δημοσίων ὅσα προθεῖντο, παρεπομένου ταμίου,
9 καὶ πᾶν τὸ προσταχθὲν ἑτοίμως ποιοῦντος. Ὥστ' Consulum veluti regia potestas.
εἰκότως εἰπεῖν ἂν, ὅτε τις εἰς ταύτην ἀποβλέψειε
τὴν μερίδα, διότι μοναρχικὸν ἁπλῶς καὶ βασιλι-
10 κόν ἐστι τὸ πολίτευμα. εἰ δέ τινα τούτων ἢ τῶν λέ-
γεσθαι μελλόντων λήψεται μετάθεσιν, ἢ κατὰ τὸ
παρὸν, ἢ μετά τινα χρόνον, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὴν
νῦν ὑφ' ἡμῶν λεγομένην ἀπόφασιν.

Καὶ μὴν ἡ Σύγκλητος πρῶτον μὲν ἔχει τὴν τοῦ XIII. Potestas Senatus.
ταμιείου κυρίαν. καὶ γὰρ τῆς εἰσόδου πάσης αὕτη
2 κρατεῖ, καὶ τῆς ἐξόδου παραπλησίως. οὔτε γὰρ εἰς
τὰς

bent. Nam & sociis auxilia, quantum satis videtur, imperare, & tribunos militum constituere, & conscribere exercitum, & dilectus agere eis licet. Huc accedit, quod jus animadvertendi habent, in quem voluerint cumque ex omnibus, qui in bello sub ipsorum imperio sunt constituti. Possunt etiam iidem de publicis pecuniis quantum libuerit insumere, comitante quæstore, qui promte, quidquid Consul jusserit, exsequitur. Vt merito dicat aliquis, hanc partem intuens, *remp. Rom. plane ab unius imperio pendere, & regiam esse.* Quod si quid vero horum, vel eorum quæ deinceps dicturi sumus, aut hoc ipso tempore, aut posthac fuerit mutatum, nihil ad præsens judicium hoc nostrum ea res facere poterit.

13. Ad *Senatum* quod attinet, ante omnia in potestate illius est *ærarium*: nam & redituum omnium, & item eorum quæ expenduntur, penes hunc est arbitrium. Etenim

Poteſtas Senatus.

τὰς κατὰ μέρος χρείας οὐδεμίαν ποιεῖν ἔξοδον οἱ
ταμίαι δύνανται, χωρὶς τῶν τῆς συγκλήτου δογμά-
των, πλὴν τὴν εἰς τοὺς ὑπάτους. τῆς δὲ παρὰ πο- 3
λὺ τῶν ἄλλων ὁλοσχερεστάτης καὶ μεγίστης δαπά-
νης, ἣν οἱ τιμηταὶ ποιοῦσιν εἰς τὰς ἐπισκευὰς καὶ κα-
τασκευὰς τῶν δημοσίων κατὰ πενταετηρίδα, ταύ-
της ἡ σύγκλητός ἐστι κυρία, καὶ διὰ ταύτης γίγνε-
ται τὸ συγχώρημα τοῖς τιμηταῖς. Ὁμοίως καὶ ὅσα 4
τῶν ἀδικημάτων, τῶν κατ' Ἰταλίαν, προσδεῖται δη-
μοσίας ἐπισκέψεως, λέγω δὲ, οἷον προδοσίας, συνω-
μοσίας, φαρμακείας, δολοφονίας, τῇ συγκλήτῳ μέ-
λει περὶ τούτων. πρὸς δὲ τούτοις, εἴ τις ἰδιώτης ἢ 5
πόλις, τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, διαλύσεως, ἢ ἐπιτι-
μήσεως, ἢ βοηθείας, ἢ φυλακῆς προσδεῖται, τού-
των πάντων ἐπιμελές ἐστι τῇ συγκλήτῳ. καὶ μὴν 6
εἰ τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας πρός τινας ἐξαποστέλλειν δέοι
πρεσβείαν τινα, ἢ διαλύσουσάν τινας, ἢ παρακα-
λέσου-

XIII. 3. *πενταετηρίδα. πενταετηρίαν edd.*

Etenim nec quæſtores in quoscumque reipublicæ uſus ſumtum ullum poſſunt facere absque ſenatusconſulto patrum, eo ſumtu excepto, qui Conſulum fit nomine. Et illa quoque omnium ſumma & maxima impenſa, quam ſingulis luſtris cenſores faciunt in reficienda exſtruendaque ædificia publica, auctoritate fit Senatus, a quo ejus rei poteſtatem cenſores accipiunt. Similiter & *delicta* in Italia admiſſa, quæ animadverſione publica opus habent, puta, proditio, conjuratio, veneficium, aut cædes dolo malo patrata, ad cognitionem Senatus ſpectant. Porro, ſi quis aut privatus aut civitas ex *ſociis Italicis* aliquid controverſiæ dirimendum habuerit, aut objurgatione dignum facinus commiſerit, aut ope vel præſidio indiguerit, omnia hæc Senatui ſunt curæ. Sed & extra Italiam ſi mittenda aliquo fuerit *legatio*, vel conciliandæ pacis inter diſſidentes gratia, vel rogandi aut

λέσουσαν, ἢ καὶ νὴ Δία ἐπιτάξουσαν, ἢ παραληψομένην, ἢ πολεμεῖν ἐπαγγέλλουσαν, αὕτη ποιεῖται τὴν πρόνοιαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν παραγενομένων εἰς Ῥώμην πρεσβειῶν ὡς δέον ἐστὶν ἑκάστοις χρῆσθαι, καὶ ὡς δέον ἀποκριθῆναι, πάντα ταῦτα χειρίζεται διὰ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ τὸν δῆμον καθάπαξ οὐδέν ἐστι τῶν προειρημένων. Ἐξ ὧν πάλιν, ὁπότε τις ἐπιδημήσαι μὴ παρόντος ὑπάτου, τελείως ἀριστοκρατικὴ φαίνεται ἡ πολιτεία. ὃ δὴ καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν βασιλέων, πεπεισμένοι τυγχάνουσι, διὰ τὸ τὰ σφῶν πράγματα σχεδὸν πάντα τὴν σύγκλητον κυροῦν.

Potestas Senatus.

Aristocraticum videtur esse regimen.

Ἐκ δὲ τούτων τίς οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιζητήσειε, ποία καὶ τίς ποτέ ἐστιν ἡ τῷ δήμῳ καταλειπομένη μερὶς ἐν τῷ πολιτεύματι· τῆς μὲν συγκλήτου τῶν κατὰ μέρος, ὧν εἰρήκαμεν, κυρίας ὑπαρχούσης, τὸ δὲ

XIV. Populi potestas in repub.

6. πολεμεῖν. *Forf.* πόλεμον ἐπαγγ. 7. παραγενομ. παραγινομένων *Reg. E.* 9. τὴν σύγκλητον. πάντα πρὸς τὴν σύγκλ. *edd. cum msstis, excepto Reg. E. qui ignorat verba* πρὸς τὴν. *Quod si tenenda præpos.* πρὸς, *fuerit* κυρεῖν *pro* κυροῦν *reponendum.*

aut sane etiam imperandi caussa, vel ad populum aliquem in deditionem accipiendum, aut ad bellum indicendum, Senatus hæc cura est. Postremo ubi Romam legationes exteræ advenerunt, quomodo cum unaquaque illarum sit agendum, quomodo respondendum, omnia hæc per Patres administrantur. Populi vero in his, quæ diximus hactenus, nullæ omnino sunt partes. Itaque si quis Romam veniat, quando neuter in urbe est consul, plane *optimatium principatus* is esse videtur: quæ sane multorum & Græcorum & regum constans persuasio est; quoniam a Senatu confirmantur, quæcumque fere illi cum Romanis agunt.

14. Hæc quum ita sint, quis non quærat hic merito, *quæ & qualis pars reipublicæ curanda Populo sit relicta?* senatu quidem de singulis eorum, quæ diximus, auctoritate sua decernente, &,

Populi potestas.

δὲ μέγιστον, ὑπ᾽ αὐτῆς καὶ τῆς εἰσόδου καὶ τῆς
ἐξόδου χειριζομένης ἁπάσης· τῶν δὲ στρατηγῶν
ὑπάτων πάλιν αὐτοκράτορα μὲν ἐχόντων δύναμιν
περὶ τὰς τοῦ πολέμου παρασκευὰς, αὐτοκράτορα
δὲ τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν; Οὐ μὴν, ἀλλὰ 3
καταλείπεται μερὶς καὶ τῷ δήμῳ, καὶ καταλείπε-
ταί γε βαρυτάτη. Τιμῆς γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας 4
ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος, οἷς συνέχονται
μόνοις καὶ δυναστεῖαι καὶ πολιτεῖαι καὶ συλλήβδην
πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος. παρ᾽ οἷς γὰρ ἢ μὴ γι- 5
νώσκεσθαι συμβαίνει τὴν τοιαύτην διαφορὰν, ἢ γι-
νωσκομένην χειρίζεσθαι κακῶς, παρὰ τούτοις οὐδὲν
οἷόν τε κατὰ λόγον διοικεῖσθαι τῶν ὑφεστώτων. πῶς
γὰρ εἰκὸς, ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων τῶν ἀγαθῶν τοῖς κα-
κοῖς; Κρίνει μὲν οὖν ὁ δῆμος καὶ διαφόρου πολλάκις, 6
ὅταν ἀξιόχρεων ᾖ τὸ τίμημα τῆς ἀδικίας, καὶ μά-
λιστα τοὺς τὰς ἐπιφανεῖς ἐσχηκότας ἀρχάς. θα-
νάτου

XIV. 5. *πῶς γὰρ εἰκὸς. Abeſt εἰκὸς a Reg. D. Oxon. & cod. J. Fr. Gron.*

&, quod maximum eſt, de reditibus etiam atque impenſis omnibus ſtatuente; conſulibus vero & in urbe cum ſummo imperio bella apparantibus, & militiæ item cum ſummo imperio omnia gerentibus. Verumtamen etiam ſic pars aliqua populo eſt relicta, & ea quidem longe graviſſima. Solus enim in civitate Populus *præmiorum & pœnarum* eſt arbiter: quibus ſolis & principatus & respublicæ & univerſa hominum vita continetur.

Nam apud quos nullum tale diſcrimen agnoſcitur; aut agnoſcitur quidem, verum ea pars male adminiſtratur; apud hos nulla res ſuſcepta poteſt ratione recta gubernari. Vbi enim boni malique eodem loco ſunt, quid recti eſſe queat? *Iudicia* igitur exercet populus, cum pecuniæ perſæpe, quoties *mulcta gravior* malefico eſt irroganda; præſertim vero, ubi res eorum agitur, qui majores magiſtratus geſſerunt: *capitis* vero judicia exer-

γνάτου δὲ κρίνει μόνος. Καὶ γίγνεταί τι περὶ ταύ-
την τὴν χρείαν παρ᾽ αὐτοῖς ἄξιον ἐπαίνου καὶ μνή-
μης. τοῖς γὰρ θανάτου κρινομένοις, ἐπὰν καταδι-
κάζωνται, δίδωσι τὴν ἐξουσίαν τὸ παρ᾽ αὐτοῖς ἔθος
ἀπαλλάττεσθαι φανερῶς, κἂν ἔτι μία λείπηται φυλὴ
τῶν ἐπικυρουσῶν τὴν κρίσιν ἀψηφοφόρητος, ἑκού-
8 σιον ἑαυτοῦ καταγνόντα φυγαδείαν. ἔστι δ᾽ ἀσφά-
λεια τοῖς φεύγουσιν ἔν τε τῇ Νεαπολιτῶν καὶ Πραι-
νεστινῶν, ἔτι δὲ Τιβουρίνων πόλει, καὶ ταῖς ἄλλαις,
9 πρὸς ἃς ἔχουσιν ὅρκια. Καὶ μὴν τὰς ἀρχὰς ὁ δῆ-
μος δίδωσι τοῖς ἀξίοις· ὅπερ ἐστὶ κάλλιστον ἆθλον
10 ἐν πολιτείᾳ καλοκαγαθίας. Ἔχει δὲ τὴν κυρίαν
καὶ περὶ τῆς τῶν νόμων δοκιμασίας· καὶ, τὸ μέγι-
στον, ὑπὲρ εἰρήνης οὗτος βουλεύεται καὶ πολέμου.
11 καὶ μὴν περὶ συμμαχίας, καὶ διαλύσεως, καὶ συν-
θηκῶν, οὗτός ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἕκαστα τούτων καὶ
12 κύρια ποιῶν, ἢ τοὐναντίον. ὥστε πάλιν ἐκ τούτων

Capitis reis in spontaneum exilium licet abire.

 εἰκό-

8. Τιβουρίνων *scripsi, cum vulgo* Τιβουρηνῶν *darent omnes.*

exercet solus. Quo in genere mos apud eos viget laude & commemoratione cumprimis dignus: qui mos capitis accusatis, dum in eo sunt ut condemnentur, potestatem facit abeundi palam & in *spontaneum* secedendi *exilium*, licet e tribubus, quæ ad peragendum judicium convenerunt, non nisi una superfit, quæ suffragia necdum tulerit. Exulibus autem impune degere licet Neapoli, Præneste, Tibure, item aliis in urbibus, quibus hoc jure fœdus intercedit cum Romanis. *Honores* præterea Populus largitur, ut quisque illis fuerit dignus; quod pulcerrimum est in republ. virtutis probitatisque præmium. *Legum* quoque sanciendarum abdicandarumve jus penes Populum est; &, quod longe maximum, *de pace & bello* hic deliberat: ac sive de societate agatur, sive de terminando bello, sive de fœdere; *Populus* est, qui singula hæc firmat, & vel rata facit, vel irrita. Vt, hæc rursus intuens aliquis, haud temere

εἰκότως ἄν τινα εἰπεῖν, ὅτι μεγίστην ὁ δῆμος ἔχει μερίδα, καὶ δημοκρατικόν ἐστι τὸ πολίτευμα.

XV. Vnus ordo indiget alterius.

Consul indiget opis populi & senatus.

Τίνα μὲν οὖν τρόπον διῄρηται τὰ τῆς πολιτείας εἰς ἕκαστον εἶδος, εἴρηται· τίνα δὲ τρόπον ἀντιπράττειν βουληθέντα, καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις πάλιν ἕκαστα τῶν μερῶν δύναται, νῦν ῥηθήσεται. Ὁ μὲν 2
γὰρ ὕπατος, ἐπειδὰν τυχὼν τῆς προειρημένης ἐξουσίας ὁρμήσῃ μετὰ τῆς δυνάμεως, δοκεῖ μὲν αὐτοκράτωρ εἶναι πρὸς τὴν τῶν προκειμένων συντέλειαν. προσδεῖται δὲ τοῦ δήμου, καὶ τῆς συγκλήτου· καὶ 3
χωρὶς τούτων ἐπὶ τέλος ἄγειν τὰς πράξεις οὐχ ἱκανός ἐστι. δῆλον γάρ, ὡς δεῖ μὲν ἐπιπέμπεσθαι 4
τοῖς στρατοπέδοις ἀεὶ τὰς χορηγίας· ἄνευ δὲ τοῦ τῆς συγκλήτου βουλήματος οὔτε σῖτος, οὔτε ἱματισμός, οὔτε ὀψώνια δύναται χορηγεῖσθαι τοῖς στρατοπέδοις. ὥστ' ἀπράκτους γίγνεσθαι τὰς ἐπιβολὰς 5
τῶν ἡγουμένων, ἐθελοκακεῖν καὶ κωλυσιεργεῖν προθεμένης

temere ſit dicturus, maximam reipub. partem a Populo obtineri, eſſeque adeo in ea Populi imperium.

15. Quonam igitur modo ſit diviſa Romana civitas in illas tres formas, oſtenſum eſt. *Quî autem ſingulæ harum partium in rebus agendis vel impedimento vel auxilio ſibi invicem, quoties voluerint, eſſe queant,* jam declarabimus. Scilicet *Conſul,* poſtquam imperium nactus, de quo diximus, in expeditionem fuerit profectus, videtur ille quidem abſolutam poteſtatem rerum gerendarum habere: ceterum & Populi & Senatus ope illi eſt opus, futuro alioquin perficiendis inceptis impari. Nam quum legionibus ſubmittendi ſemper ſint commeatus; ſine ſententia autem ſenatus ſuppeditari neque frumentum, neque veſtis, neque ſtipendia queant; ſi propoſitum patribus fuerit, de induſtria ceſſare & conatibus obſtare, omnino cadent in irritum imperatorum

6 θεμένης τῆς συγκλήτου. Καὶ μὴν τό γ' ἐπιτελεῖς
ἢ μὴ γίγνεσθαι τὰς ἐπινοίας καὶ προθέσεις τῶν
στρατηγῶν, ἐν τῇ συγκλήτῳ κεῖται. τοῦ γὰρ ἐπα-
ποστεῖλαι στρατηγὸν ἕτερον, ἐπειδὰν ἐνιαύσιος διέλ-
θῃ χρόνος, ἢ τὸν ὑπάρχοντα ποιεῖν ἐπίμονον, ἔχει
7 τὴν κυρίαν αὕτη. Καὶ μὴν τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγου-
μένων ἐκτραγῳδῆσαι καὶ συναυξῆσαι, καὶ πάλιν
ἀμαυρῶσαι καὶ ταπεινῶσαι, τὸ συνέδριον ἔχει τὴν
8 δύναμιν. τοὺς γὰρ προσαγορευομένους παρ' αὐτοῖς
θριάμβους, δι' ὧν ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγεται τοῖς πολί-
ταις ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἡ τῶν κατειργασμένων
πραγμάτων ἐνάργεια, τούτους οὐ δύνανται χειρί-
ζειν, ὡς πρέπει, ποτὲ δὲ τὸ παράπαν οὐδὲ συντε-
λεῖν, ἐὰν μὴ τὸ συνέδριον συγκατάθηται, καὶ δῷ
9 τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην. Τοῦ γε μὴν δήμου εἰς τὸ
διαλύεσθαι καὶ λίαν αὐτοῖς ἀναγκαῖόν ἐστι, κἂν ὅλως
ἀπὸ

Consul indiget opis populi & senatus.

XV. 8. *δύνανται cum Reisk. correxi. Vulgo omnes δύναται.* 9. *εἰς τὸ διαλύεσθαι. Ignorant vulgo omnes præpos. εἰς, quam supplevi; quamquam fors. plura quædam verba interciderunt.*

rum consilia. Ad hæc, ut incepta sua & destinata consilia perducere ad exitum duces exercituum possint, aut non possint, in voluntate positum est Senatus. Nam ubi circumegerit se annus, demandandi provinciam alteri, aut prorogandi imperii potestatem patres habent. Quin & partas bello victorias aut cum pompa celebrare atque amplificare, aut contra obscurare atque elevare, idem ordo potest. Triumphos enim, quos ipsi vocant, quibus rerum ab imperatoribus gestarum imago quædam evidenter expressa civium oculis subjicitur, pro dignitate agere aut omnino ne agere quidem potest imperator, nisi consenserit senatus, & in eam rem pecuniam decreverit. Iam vero quoniam finiendi belli potestatem Populus obtinet, hujus quoque consensu, licet domo

Conſul indiget opis populi & ſenatus.

ἀπὸ τῆς οἰκείας τύχωσι πολὺν τόπον ἀφεστῶτες.
ὁ γὰρ τὰς διαλύσεις καὶ συνθήκας ἀκύρους καὶ κυ-
ρίας ποιῶν, ὡς ἐπάνω προεῖπον, οὗτός ἐστιν. Τὸ 10
δὲ μέγιστον, ἀποτιθεμένους τὴν ἀρχὴν, ἐν τούτῳ
δεῖ τὰς εὐθύνας ὑπέχειν τῶν πεπραγμένων. ὥστε 11
κατὰ μηδένα τρόπον ἀσφαλὲς εἶναι τοῖς στρατη-
γοῖς, ὀλιγωρεῖν μήτε τῆς συγκλήτου μήτε τῆς τοῦ
πλήθους εὐνοίας.

XVI. Senatus obnoxius populo.

Ἡ γε μὴν σύγκλητος πάλιν, ἡ τηλικαύτην ἔχου-
σα δύναμιν, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν
ἀναγκάζεται προσέχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ στοχάζε-
σθαι τοῦ δήμου. τὰς δ' ὁλοσχερεστάτας καὶ μεγί- 2
στας ζητήσεις καὶ διορθώσεις τῶν ἁμαρτανομένων
κατὰ τῆς πολιτείας, οἷς θάνατος ἀκολουθεῖ τὸ
πρόστιμον, οὐ δύναται συντελεῖν, ἂν μὴ συνεπικυ-
ρώσῃ τὸ προβεβουλευμένον ὁ δῆμος. ὁμοίως δὲ καὶ 3
περὶ τῶν εἰς ταύτην ἀνηκόντων. ἐὰν γάρ τις εἰσφέ-

ρῃ

9. οἰκείας. Vulgo οἰκίας.

XVI. 3. εἰς ταύτην. Forſ. εἰς αὐτήν.

domo abſint quam longiſſime, cum primis tamen eſt illis opus. Populus enim, ut antea dicebam, pacta & fœdera aut infirmat aut firmat. Quod vero longe eſt maximum: ubi depoſuerint imperium, eorum, quæ in provincia geſſerint, apud Populum ratio eſt eis reddenda. Idcirco nec Senatus benevolentiam nec Populi contemnere ſine ſuo periculo *Conſulibus* ullo modo licet.

16. Rurſus vero *Senatus*, qui tantum poteſt, ante omnia in adminiſtratione publicæ rei multitudinem reſpicere, & Populi rationem habere cogitur. Graviſſima vero quæque judicia & maxima peragere non poteſt, neque publica delicta, quæ capite luuntur, punire, niſi ipſius auctoritatem populus comprobarit. Similis Populi poteſtas etiam in iis, quæ ad ipſum *Senatum* pertinent. Nam ſi quis legem ſuadeat, qua

ρῇ νόμον, ἢ τῆς ἐξουσίας ἀφαιρούμενός τι τῆς ὑπαρ- Senatus obnoxius populo.
χούσης τῇ συγκλήτῳ κατὰ τοὺς ἐθισμοὺς, ἢ τὰς
προεδρίας καὶ τιμὰς καταλύων αὐτῶν, ἢ καὶ νὴ Δία
ποιῶν ἐλαττώματα περὶ τοὺς βίους· πάντων ὁ δῆ-
μος γίγνεται τῶν τοιούτων καὶ θεῖναι, καὶ μὴ, κύ-
4 ριος. Τὸ δὲ συνέχον, ἐὰν εἷς ἐνίστηται τῶν δημάρ-
χων, οὐχ οἷον ἐπὶ τέλος ἄγειν τι δύναται τῶν δια-
βουλίων ἡ σύγκλητος, ἀλλ' οὐδὲ συνεδρεύειν ἢ συμ-
5 πορεύεσθαι τὸ παράπαν. ὀφείλουσι δὲ ἀεὶ ποιεῖν οἱ
δήμαρχοι τὸ δοκοῦν τῷ δήμῳ, καὶ μάλιστα στοχά-
ζεσθαι τῆς τούτου βουλήσεως. Διὸ, πάντων τῶν
προειρημένων χάριν, δέδιε τοὺς πολλοὺς, καὶ προσέ-
χει τὸν νοῦν τῷ δήμῳ ἡ σύγκλητος.

Ὁμοίως γε μὴν πάλιν ὁ δῆμος ὑπόχρεώς ἐστι XVII. Populus obnoxius senatui.
τῇ συγκλήτῳ, καὶ στοχάζεσθαι ταύτης ὀφείλει,
2 καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. Πολλῶν γὰρ ἔργων ὄντων,

 τῶν

qua vel potestas Senatus, quam more majorum obtinet, minuatur, vel aliqua dignitatis honorisve prærogativa patribus adimatur, aut etiam (nam & hoc interdum vsu venit) res familiaris ipsorum accidatur; omnes hujusmodi rogationes vel ratas habendi, vel minus, jus est penes Populum. Illud vero omnium maximum, quod, si vel unus *Tribunorum plebis* intercesserit, non dicam perficere *Senatus* quidquam eorum, quæ decreverit, nequit; sed ne in curiam quidem venire, aut ullo modo convenire senatores possunt. Tribunorum autem partes sunt, id semper exsequi, quod populo placuerit, & voluntatis ejus præcipuam rationem ducere. Itaque, propter hæc omnia quæ dixi, metuit Senatus multitudinem, & ad Populum habet respectum.

17. Similiter vero rursus etiam *Populus* senatui est obnoxius; & tam publice quam privatim illius rationem habeat oportet. Quum enim multa sint, quæ a censoribus

Populus ſenatui obnoxius.

τῶν ἐκδιδομένων ὑπὸ τῶν τιμητῶν διὰ πάσης Ἰταλίας, εἰς τὰς ἐπισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημοσίων, ἅ τις οὐκ ἂν ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως, πολλῶν δὲ ποταμῶν, λιμένων, κηπίων, μετάλλων, χώρας· συλλήβδην ὅσα πέπτωκεν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν· πάντα χειρίζεσθαι συμβαίνει τὰ προειρη- 3
μένα διὰ τοῦ πλήθους, καὶ σχεδὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἐνδεδέσθαι ταῖς ὠναῖς καὶ ταῖς ἐργασίαις
ταῖς ἐκ τούτων. οἱ μὲν γὰρ ἀγοράζουσι παρὰ τῶν 4
τιμητῶν αὐτοὶ τὰς ἐκδόσεις, οἱ δὲ κοινωνοῦσι τούτοις, οἱ δ' ἐγγυῶνται τοὺς ἠγορακότας, οἱ δὲ τὰς
οὐσίας διδόασιν περὶ τούτων εἰς τὸ δημόσιον. ἔχει 5
δὲ περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ συνέδριον· καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι, καὶ συμπτώματος γενομένου κουφίσαι, καὶ τὸ παράπαν, ἀδυνάτου τινὸς συμβάντος, ἀπολῦσαι τῆς ἐργωνίας. καὶ πολλὰ 6
δή τινά ἐστιν, ἐν οἷς καὶ βλάπτει μεγάλα, καὶ πάλιν

XVII. 2. *κηπίων. κηπειῶν forſan cum Reisk. legendum.* 5. *καὶ γὰρ χρόνον. καὶ τοῦ χρόνον δοῦναι ſuſpicatus eſt Reisk.*

ſoribus locantur, partim ſarta tecta operum publicorum per Italiam, quæ difficile ſit enumerare; partim vectigalia fluminum, portuum, hortorum, metallorum, agrorum, denique omnia, quæ ditione Romana continentur: cuncta hæc a populo exercentur; adeo ut pene ad unum omnes redemtionibus, quæ earum rerum fiunt, & curationibus operum ſint impliciti. Alii enim a cenſoribus locationes per ſe emunt, alii cum his ſocietatem habent, alii pro redemtoribus fidem ſuam interponunt, alii horum nomine bona ſua in publicum addicunt. Sunt autem omnia iſta in poteſtate & arbitrio ſenatus. Nam & diem proferre poteſt, &, ſi quæ intervenerit calamitas, mercedum parte publicanos relevare, aut ſi quis caſus impedierit, quominus exitum res habere poſſet, locationem reſcindere. Et ſunt ejusmodi ſane multa, in quibus aut lædi aut adjuvari a ſenatu poſſunt, qui vectigalia

πάλιν ὠφελεῖ τοὺς τὰ δημόσια χειρίζοντας ἡ σύγ-
κλητος. ἡ γὰρ ἀναφορὰ τῶν προειρημένων γίγνεται
7 πρὸς ταύτην. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐκ ταύτης ἀποδί-
δονται κριταὶ τῶν πλείστων καὶ τῶν δημοσίων καὶ
τῶν ἰδιωτικῶν συναλλαγμάτων, ὅσα μέγεθος ἔχει
8 τῶν ἐγκλημάτων. διὸ πάντες εἰς τὴν ταύτης πίστιν
ἐνδεδεμένοι, καὶ δεδιότες τὸ τῆς χρείας ἄδηλον, εὐ-
λαβῶς ἔχουσι πρὸς τὰς ἐνστάσεις καὶ τὰς ἀντι-
9 πράξεις τῶν τῆς συγκλήτου βουλημάτων. Ὁμοίως
δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν ὑπάτων ἐπιβολὰς δυσχερῶς
ἀντιπράττουσιν, διὰ τὸ κατ' ἰδίαν καὶ κοινῇ πάν-
τας ἐν τοῖς ὑπαίθροις ὑπὸ τὴν ἐκείνων πίπτειν
ἐξουσίαν.

Populus senatui obnoxius.

Τοιαύτης δ' οὔσης τῆς ἑκάστου τῶν μερῶν δυνά-
μεως, εἰς τὸ καὶ βλάπτειν καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις·
πρὸς πάσας συμβαίνει τὰς περιστάσεις δεόντως
ἔχειν τὴν ἁρμογὴν αὐτῶν, ὥστε μὴ οἷόν τ' εἶναι,
2 ταύτης εὑρεῖν ἀμείνω πολιτείας σύστασιν. Ὅταν
μὲν

XVIII. Forma reip. Rom. omnium commodissima.

ctigalia vel ultrotributa tractant: de istis enim omnibus ad Patres refertur. Quod autem maximum est: ex senatorio ordine judices dantur ad plurimas, qua publicas, qua privatas caussas, quoties paullo gravior est accusatio. Itaque in fidem Senatus quum sint omnes adstricti; metuentes, ne olim forte ejus auxilio sibi futurum sit opus, voluntati illius obsistere & reluctari non audent. Similique de caussa & Consulum inceptis haud temere se opponunt; quoniam & privatim singuli, & omnes in universum, expeditionis tempore, in potestate sunt Consulum.

18. Quum igitur singulæ civitatis partes & incommodare & commodare sibi invicem hoc modo queant; evenit, ut adversus omnes casus apte convenienterque sint concinnatæ: ex quo fit, ut meliorem hac rempublicam nemo possit instituere. Quamobrem quoties alicujus ab

μὲν γάρ τις ἔξωθεν κοινὸς φόβος ἐπιστὰς ἀναγκά-
σῃ σφᾶς συμφρονεῖν καὶ συνεργεῖν ἀλλήλοις· τηλι-
καύτην καὶ τοιαύτην συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν δύνα-
μιν τοῦ πολιτεύματος, ὥστε μήτε παραλείπεσθαι 3
τῶν δεόντων μηδὲν, ἅτε περὶ τὸ προσπεσὸν ἀεὶ
πάντων ὁμοῦ ταῖς ἐπινοίαις ἁμιλλωμένων, μήτε τὸ
κριθὲν ὑστερεῖν τοῦ καιροῦ, κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν ἑκά-
στου συνεργοῦντος πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου συντέ-
λειαν. διόπερ ἀνυπόστατον συμβαίνει γίγνεσθαι, καὶ 4
παντὸς ἐφικνεῖσθαι τοῦ κριθέντος, τὴν ἰδιότητα τοῦ
πολιτεύματος. Ὅταν γε μὴν πάλιν ἀπολυθέντες 5
τῶν ἐκτὸς φόβων ἐνδιατρίβωσι ταῖς εὐτυχίαις καὶ
περιουσίαις, ταῖς ἐκ τῶν κατορθωμάτων, ἀπολαύον-
τες τῆς εὐδαιμονίας, καὶ ὑποκολακευόμενοι καὶ ῥα-
θυμοῦντες τρέπωνται πρὸς ὕβριν, καὶ πρὸς ὑπερη-
φανίαν, ὃ δὴ φιλεῖ γίγνεσθαι· τότε καὶ μάλιστα 6
συνι-

Resp. Rom. malis suis ipsa ex se medetur.

XVIII. 3. *ὥστε μήτε. Libri omnes mendose ὥστε μηδὲν, quod Casaub. in ὥστε μηδὲ mutavit.*

ab exteris periculi metus ingruens concordare cives ac sibi invicem ferre opem coëgerit, ea est ac tanta hujus reip. vis, ut neque in deliberationibus quidquam eorum prætermittatur, quæ facto sunt opus; quum ut quidque accidit, eo certatim cuncti suas cogitationes referant; & eorum, quæ sunt decreta, nihil fiat tardius quam oporteat, publice privatimque omnibus ad consulta perficienda connitentibus. Quas ob caussas invicta atque inexsuperabilis hæc respublica est, per ipsam qua constat formam; ac quidquid semel decrevit, ad exitum perducit. Rursus autem, quoties omni ab exteris metu liberati, læto rerum successu diutius perfruuntur, atque illis opibus, quas vincendis hostibus sibi pepererunt; ubi præsenti felicitate gaudentes, otio atque adulationibus corrupti, ad injurias atque superbiam, ut fieri amat, sese convertերunt; tum sane ut cum maxime

συνιδεῖν ἐστι αὐτὸ παρ' αὐτοῦ πορίζόμενον τὸ πολίτευμα τὴν βοήθειαν. ἐπειδὰν γὰρ ἐξοιδοῦν τι τῶν μερῶν φιλονεικῇ, καὶ πλέον τοῦ δέοντος ἐπικρατῆται· δῆλον, ὡς, οὐδενὸς αὐτοτελοῦς ὄντος κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἀντισπᾶσθαι δὲ καὶ παραποδίζεσθαι δυναμένης τῆς ἑκάστου προθέσεως ὑπ' ἀλλήλων, οὐδὲν ἐξοιδεῖ τῶν μερῶν, οὐδ' ὑπερφρονεῖ. πάντα γὰρ ἐμμένει τοῖς ὑποκειμένοις, τὰ μὲν κωλυόμενα τῆς ὁρμῆς, τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς δεδιότα τὴν ἐκ τοῦ πέλας ἐπίστασιν.

V.

Πολεμικὰ Ῥωμαίων ἐπιτηδεύματα.

✱ ✱ ✱

XIX. Ἐπειδὰν ἀποδείξωσι τοὺς ὑπάτους, μετὰ ταῦτα χιλιάρχους καθιστᾶσι, τεσσαρεσκαίδεκα μὲν, ἐκ τῶν πέντε ἐνιαυσίους ἐχόντων ἤδη στρατείας, δέκα

Ante dilectum militum creantur Tribuni.

7. αὐτοτελοῦς *correxi auctoribus Casaub. & Reisk.* ἀρτιτελοῦς *edd. & mssti.*

XIX. *In scriptis libris præfigitur* Titulus: Περὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν καταστάσεως. 1. τεσσαρεσκαίδεκα. τέσσαρας καὶ δέκα *ed. Opor. & Herv.*

xime cernere est, *rempublicam ipsam ex sese malis suis remedium parare.* Vbi enim pars aliqua se efferens jurgium movere, & majorem, quam conveniat, potentiam sibi cœperit vindicare: quia nullius potentia omnibus suis numeris in se est perfecta, sed consilia omnium, ut jam ostendimus, ab obsistentibus mutuo impediri queunt; nulla efferre se pars supra ceteras valet, neque impotenter superbire. Omnia quippe in suo statu manent; quum aliorum reprimatur impetus, alii autem jam inde ab initio metuant animadversionem aliorum.

V.

Militia Romana.

✱ ✱ ✱

19. Postquam consules designarunt, *Tribunos militum* deinceps creant: quatuordecim quidem ex iis, qui annua jam quina stipendia habent:

Numerus stipendiorum militarium.

καὶ δ' ἄλλους σὺν τούτοις, ἐκ τῶν δέκα. τῶν λοιπῶν 2
τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς ἐξ ου * δεῖ
στρατείας τελεῖν κατ' ἀνάγκην, ἐν τοῖς τετταράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ἀπὸ γενεᾶς, πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς
τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. τούτους δὲ πα- 3
ριᾶσι πάντας εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν· ἐὰν δέ ποτε
κατεπείγῃ τὰ τῆς περιστάσεως, ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν εἴκοσι στρατείας ἐνιαυσίους. Πολι- 4
τικὴν δὲ λαβεῖν ἀρχὴν οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ πρότερον, ἐὰν μὴ δέκα στρατείας ἐνιαυσίους ᾖ τετελεκώς.

Conscriptio militum.

Ἐὰν δὲ μέλλωσι ποιεῖσθαι τὴν καταγραφὴν τῶν 5
στρατιωτῶν οἱ τὰς ὑπάτους ἔχοντες ἀρχάς· προλέγουσιν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ δεήσει παραγενέσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις Ῥωμαίους ἅπαντας.

ποιοῦσι

2. τῶν λοιπῶν. *Duo hæc verba perperam codd. omnes cum praecedd. jungunt. Commodum esset* τὸ λοιπὸν, *quod & Lipsio placuit.* τῶν γὰρ πολιτῶν *ex conject. edidit Casaubonus.* Ibid. ἐξ ου*. πεζοὺς ἓξ. οὐ δεῖ στρατείας *ed. Opor. cum Aug. a pr. manu, Vrb. Oxon. & Reg. D. (In Reg. E. autem abest totum hoc fragm. V.)* πεζοὺς ἓξ. οὓς δεῖ στρατ. *ed. Herv. cum cod. Med. & Aug. a recent. manu. Sua auctoritate Casaubonus edidit* πεζοὺς δεκαὲξ ἐνιαυσίους δεῖ στρατείας. *Præferam equidem cum Lipsio* πεζοὺς εἴκοσι δεῖ στρατείας. *Sed fuit fortasse* πεζοὺς, ἐξ οὗ εἰς τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν *(aut* εἰς τὸ ἑπτακαιδέκατον τῆς ἡλικίας ἔτος*)* ἥκον, εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν. 3. ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν. *Sic ex conject. scripsi. Vulgo omnes* ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν.

habent: decem vero alios præter superiores ex iis, qui dena. Ceterum necessario tenentur *stipendia* facere intra annum ætatis quadragesimum sextum, *equites* quidem, dena; *pedites* vero, [viginti]: iis dumtaxat exceptis, qui infra quaterna millia æris censi fuerint. Hos omnes omittunt, & in usus *nauticos* reservant: quod si quis tamen casus gravior urgeat, hi quoque pedibus merere & vicena stipendia annua facere tenentur. Vrbanum vero magistratum capiendi jus nemini est, antequam dena stipendia emerita habeat. Quando autem *consules* sunt *conscripturi milites;* diem populo edicunt, qua die Romanos omnes militaris ætatis sistere se oporteat.

6 ποιοῦσι δὲ τοῦτο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. τῆς δὲ ἡμέρας ἐπελθούσης, καὶ τῶν στρατευσίμων παραγενομένων εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ μετὰ ταῦτα συναθροι-
7 θέντων εἰς τὸ Καπιτώλιον· διεῖλον σφᾶς αὐτοὺς οἱ νεώτεροι τῶν χιλιάρχων, καθάπερ ἂν ὑπὸ τοῦ δήμου κατασταθῶσιν, ἢ τῶν στρατηγῶν, εἰς τέτταρα μέρη· διὰ τὸ τέτταρα παρ' αὐτοῖς στρατόπεδα τὴν ὁλοσχερῆ καὶ πρώτην διαίρεσιν τῶν δυνάμεων ποιεῖ-
8 σθαι. καὶ τοὺς μὲν πρώτους κατασταθέντας τέτταρας εἰς τὸ πρῶτον καλούμενον στρατόπεδον ἔνειμαν· τοὺς δ' ἑξῆς τρεῖς, εἰς τὸ δεύτερον· τοὺς δ' ἑπομένους τούτοις τέτταρας, εἰς τὸ τρίτον· τρεῖς δὲ τοὺς
9 τελευταίους, εἰς τὸ τέταρτον. τῶν δὲ πρεσβυτέρων δύο μὲν τοὺς πρώτους, εἰς τὸ πρῶτον· τρεῖς δὲ τοὺς δευτέρους, εἰς τὸ δεύτερον τιθέασι στρατόπεδον· δύο δὲ τοὺς ἑξῆς, εἰς τὸ τρίτον· τρεῖς δὲ τοὺς τελευταίους, εἰς τὸ τέταρτον.

Distributio tribunorum.

Γενο-

6. συναθροισθ. ἀθροισθέντων *Opor. Aug. Vrb.* Ibid. Καπετώλιον *Herv. Med.*

teat. Atque id faciunt quotannis. Vbi dies advenit, & Romam apti militiæ convenerunt, iidemque mox in Capitolio congregati sunt; ibi tunc juniores e *tribunis militum*, eo ordine, quo quisque eorum vel a populo vel ab imperatoribus fuerit constitutus, in quatuor dividere se partes solent; quia apud eos summa & prima divisio copiarum est in quatuor legiones. Et quatuor quidem illos, qui primi creati fuerint, primæ, quam vocant legioni, attribuunt; tres proximos, secundæ; quatuor qui hos excipiunt, tertiæ; tres novissimos, quartæ. Seniorum autem, duos quidem primo creatos in prima locant legione; tres secundo loco designatos, in secunda; duos proximos, in tertia; tres postremos, in ultima.

20. Per-

XX. Dilectum peragunt tribuni.

Γενομένης δὲ τῆς διαιρέσεως καὶ καταστάσεως
τῶν χιλιάρχων τοιαύτης, ὥστε πάντα τὰ στρατό-
πεδα τοὺς ἴσους ἔχειν ἄρχοντας· μετὰ ταῦτα 2
καθίσαντες χωρὶς ἀλλήλων κατὰ στρατόπεδον,
κληροῦσι τὰς φυλὰς κατὰ μίαν, καὶ προσκαλοῦν-
ται τὴν ἀεὶ λαχοῦσαν. ἐκ δὲ ταύτης ἐκλέγουσι τῶν 3
νεανίσκων τέτταρας ἐπιεικῶς τοὺς παραπλησίους
ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἕξεσιν. προσαχθέντων δὲ 4
τούτων, λαμβάνουσι πρῶτοι τὴν ἐκλογὴν οἱ τοῦ
πρώτου στρατοπέδου, δεύτεροι δ' οἱ τοῦ δευτέρου,
τρίτοι δ' οἱ τοῦ τρίτου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ τετάρ-
του. πάλιν δ' ἄλλων τεττάρων προσαχθέντων, λαμ- 5
βάνουσι πρῶτοι τὴν αἵρεσιν οἱ τοῦ δευτέρου στρατο-
πέδου, καὶ ἑξῆς οὕτως, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ πρώτου.
μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄλλων τεττάρων προσαχθέν- 6
των, πρῶτοι λαμβάνουσιν οἱ τοῦ τρίτου στρατοπέ-
δου, τελευταῖοι δ' οἱ τοῦ δευτέρου. καὶ, ἀεὶ κατὰ τ 7
λόγον οὕτως ἐκ περιόδου τῆς ἐκλογῆς γιγνομένης,
παρα-

XX. 4. 5. & 6. προσαχθέντων. προαχθέντων *Herv. Med.*

20. Peracta vero electione & divisione tribunorum, sic ut singulae legiones totidem duces habeant: separatim postea sedentes cujusque legionis tribuni sigillatim *tribus sortiuntur*, &, ut cuique sors contigit, eam ad se vocant. Tum ex ea *quatuor juvenes* eligunt, *pares*, quoad ejus fieri potest, aetate & habitu corporis. His propius admotis, primi electionem faciunt primae legionis tribuni: secundi, secundae: tertii, tertiae: novissimi, quartae. Rursus vero aliis quatuor admotis, primi eligunt secundae legionis tribuni; & sic deinceps: ultimi vero primae. Posthaec aliis denuo quatuor adductis, primi dilectum habent tertiae legionis tribuni: ultimi, legionis secundae. Et ita, dum hac ratione semper idem electionis orbis volvitur, evenit illud, ut

παραπλησίους συμβαίνει λαμβάνεσθαι τοὺς ἄνδρας
8 εἰς ἕκαστον τῶν στρατοπέδων. Ὅταν δ' ἐκλέξωσι
τὸ προκείμενον πλῆθος· (τοῦτο δ' ἐστὶν ὁτὲ μὲν εἰς
ἕκαστον στρατόπεδον πεζοὶ τετρακισχίλιοι καὶ δια-
κόσιοι, ποτὲ δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν μείζων τις
9 αὐτοῖς προφαίνηται κίνδυνος·) μετὰ ταῦτα τοὺς
ἱππεῖς τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμά-
ζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίοις, νῦν δὲ προ-
τέρους, πλουτίνδην αὐτῶν γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τι-
μητοῦ τῆς ἐκλογῆς· καὶ ποιοῦσι τριακοσίους εἰς ἕκα-
στον στρατόπεδον.

Peditum numerus in legione.

Equites.

Ἐπιτελεσθείσης δὲ τῆς καταγραφῆς τὸν προει-
ρημένον τρόπον, ἀθροίσαντες τοὺς ἐπιλελεγμένους
οἱ προσήκοντες τῶν χιλιάρχων καθ' ἕκαστον στρα-
τόπεδον, καὶ λαβόντες ἐκ πάντων ἕνα τὸν ἐπιτη-
2 δειότατον, ἐξορκίζουσιν· Ἦ μὴν πειθαρχήσειν,
καὶ

XXI. Sacramentum militare.

9. *διακοσίοις. Sic diserte Herv. Aug. Urb. Med. Puto & Opor. Regius nota numerali utitur. Casaubonus ex conject.* διακοσίους *edidit*, quaternis peditum millibus adjungere (equites) ducentos.

ut pares ac similes capiantur in quamque legionem milites. Postquam vero legerunt quem proposuerant numerum; (is est quandoque in singulas legiones *peditum quaternûm millium & ducentorum:* aliquando *quinûm millium*, quoties majus aliquod ipsis imminet periculum:) mox *equites*, olim quidem posteriore loco moris erat deligere, post quatuor mille & ducentos pedites; nunc priore loco eos centuriant, e censu per censorem electos, atque illorum *trecentos* unicuique legioni assignant.

21. Peracto delectu eo quem diximus modo, Tribuni militum suæ quisque legionis eos, qui fuerunt lecti, congregant, atque unum ex omnibus eligentes, maxime idoneum, sacramento adigunt; *Fore omnino, ut pareat im-*

καὶ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν
ἀρχόντων κατὰ δύναμιν. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες 3
ὀμνύουσι καθ' ἕνα προπορευόμενοι, τοῦτ' αὐτὸ δη-
λοῦντες, ὅτι ποιήσουσι πάντα, καθάπερ ὁ πρῶτος.

Sociorum conscriptio.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς οἱ τὰς ὑπάτους ἀρ- 4
χὰς ἔχοντες παραγγέλλουσι τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἀπὸ
τῶν συμμαχίδων πόλεων, τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἐξ
ὧν ἂν βούλωνται συστρατεύειν τοὺς συμμάχους,
διασαφοῦντες τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὸν
τόπον, εἰς ὃν δεήσει παρεῖναι τοὺς κεκριμένους. αἱ δὲ 5
πόλεις παραπλησίαν ποιησάμεναι τῇ προειρημένῃ
τὴν ἐκλογὴν καὶ τὸν ὅρκον, ἐκπέμπουσιν, ἄρχοντα
συστήσασαι καὶ μισθοδότην. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ χι- 6
λίαρχοι μετὰ τὸν ἐξορκισμὸν παραγγείλαντες ἡμέ-
ραν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ, καὶ τόπον, εἰς ὃν δεήσει
παρεῖναι χωρὶς τῶν ὅπλων, τότε μὲν ἀφῆκαν.

Quatuor genera peditum in legione.

Παραγενομένων δ' εἰς τὴν ταχθεῖσαν ἡμέραν, διαλέ- 7
γουσι τῶν ἀνδρῶν τοὺς μὲν νεωτάτους καὶ πενιχρο-
τάτους

XXI. 5. ἄρχοντα συστήσ. ἄρχοντας *suspicari licet cum Gron.*

perio ducum, & quidquid ab iis fuerit jussus, pro viribus præstet. Reliqui autem omnes, procedentes alter post alterum, in eadem verba jurant; omnia se facturos, sicut ille primus. Circa idem vero tempus Consules magistratibus sociarum in Italia civitatum, ex quibus auxilia eo bello secum militare volunt, nuncium mittunt; numerum & diem locumque ad conveniendum edicentes iis, qui lecti fuerint. Civitates lectos a se simili ratione ei, quam exposuimus, milites, eodem sacramento adactos, adjecto duce & quæstore mittunt. At Romæ tribuni militum, postquam sacramento milites adegerunt, denunciato legioni cuique die ac loco ad conveniendum sine armis, tunc quidem eos dimittunt. Ceterum ubi ad dictam diem illi convenerunt; natu minimos & pauperrimos Tribuni seligunt

τάτους εἰς τοὺς Γροσφομάχους· τοὺς δ' ἑξῆς τούτοις, εἰς τοὺς Ἀστάτους καλουμένους· τοὺς δ' ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις, εἰς τοὺς Πρίγκιπας· τοὺς
8 δὲ πρεσβυτάτους εἰς τοὺς Τριαρίους. αὗται γάρ εἰσι καὶ τοσαῦται διαφοραὶ παρὰ Ῥωμαίοις καὶ τῶν ὀνομασιῶν, καὶ τῶν ἡλικιῶν, ἔτι δὲ τῶν καθοπλισμῶν
9 ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ. Διαιροῦσι δ' αὐτοὺς τὸν τρόπον τοῦτον, ὥστ' εἶναι τοὺς μὲν πρεσβυτάτους, καὶ Τριαρίους προσαγορευομένους, ἑξακοσίους· τοὺς δὲ Πρίγκιπας, χιλίους καὶ διακοσίους· ἴσους δὲ τούτοις τοὺς Ἀστάτους· τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ νεωτά-
10 τους Γροσφοφόρους. ἐὰν δὲ πλείους τῶν τετρακισχιλίων ὦσιν, κατὰ λόγον ποιοῦνται τὴν διαίρεσιν, πλὴν τῶν Τριαρίων· τούτους ἀεὶ τοὺς ἴσους.

Καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν XXII. Arma Velitum.
2 φορεῖν, καὶ γρόσφους, καὶ πάρμην. ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν· περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι,

Ii 2 τρίπε-

XXII. 2. ἀρκοῦν πρὸς. ἀρκοῦν καὶ πρὸς ἀσφ. *Herv.* & *Med.*

ligunt in *Velites:* proximos his in *Haſtatos*, quos vocant: ætatem florentiſſimam in *Principes:* maximos natu in *Triarios.* Hæ ſunt enim, & tot numero, differentiæ apud Romanos appellationum & ætatum atque etiam armaturæ in unaquaque legione. Ita autem hos dividunt, ut ætate maxime provecti, qui *Triarii* dicuntur, ſint numero *ſexcenti; Principes mille ducenti; totidem Haſtati: ceteri* ac natu minimi *Velites.* Sin pluribus, quam quatuor millibus, conſtet legio; eadem proportione & ceterorum partitionem inſtituunt, niſi quod Triariorum numerus variat numquam.

22. Ac minimis quidem natu præcipiunt, ut gladium geſtent, & haſtas, atque parmam. *Parma* & firmitatem habet a ſtructura, & magnitudinem, quæ ad defenſionem ſufficiat; quippe cui figura rotunda, diameter

Arma Velitum. τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. προσεπικοσμεῖται δὲ 3
καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ· ποτὲ δὲ λυκείαν ἤ τι τῶν
τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χά-
ριν, ἵνα τοῖς κατὰ μέρος ἡγεμόσι προκινδυνεύοντες
ἐῤῥωμένως, καὶ μὴ, διάδηλοι γίγνωνται. τὸ δὲ τῶν 4
γροσφῶν βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον ὡς ἐπί-
παν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον, τὸ δὲ κέν-
τρον, σπιθαμιαῖον, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξε-
ληλαμένον καὶ συνωξυσμένον, ὥστε κατ᾽ ἀνάγκην
εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι, καὶ
μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν· εἰ δὲ μὴ,
κοινὸν γίγνεται τὸ βέλος.

XXIII. Gravis armatura. Τοῖς γε μὴν δευτέροις μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν,
Ἀστάτοις δὲ προσαγορευομένοις, παρήγγειλαν φέρειν
Scutum. πανοπλίαν. Ἔστι δ᾽ ἡ Ῥωμαϊκὴ πανοπλία πρῶτον 2
μὲν θυρεὸς, οὗ τὸ μὲν πλάτος ἐστὶ τῆς κυρτῆς ἐπι-
φανείας

2: *Pro* τρίπεδον *Caſaubonus* τριημίπεδον *vel* τριῶν ἡμιποδίων *voluit, & vertit* pedis unius & ſemis. 3. λιτῷ περικεφαλαίῳ. *Forſ.* λιτῇ περικεφαλαίᾳ. 4. ἐξεληλαμένον *correxi cum Ern. Vulgo* ἐξεληλασμένον. *Et* ἐξεληλαγμένον *Oxon. & Reg. D. a pr. manu, qui a ſec. manu* ἐξεληλεγμένον *præfert.*

ter tripedalis. Inſuper adornantur velites nuda *galea;* cui tamen lupina interdum aut aliquid ejusmodi imponitur; ſimul tutelæ cauſſa, & indicii, ut in obeundis fortiter ſecusve præliis dignoſci ab ordinum queant ductoribus. *Haſta velitaris* telum eſt, habens haſtile duos ut plurimum cubitos longum, craſſum vero digitum unum: ſpiculum illi ſpithamæ longitudine, eo tenuitatis atque acuminis perductum, ut neceſſario ſtatim a primo jactu reflectatur, neque remitti poſſit ab hoſtibus: quod niſi ita eſt, commune ſit hoc telum.

23. Aetate proximis, quos vocant *Haſtatos,* præcipiunt, ut *juſta arma* ferant. Ea ſunt apud Romanos, primum quidem *ſcutum;* latum in ſuperficie gibba duos pedes

φανείας πένθ' ἡμιποδίων· τὸ δὲ μῆκος, ποδῶν τετ-
3 τάρων· ὁ δὲ μείζων, ἔτι καὶ παλαιστιαῖος. ἐκ δι-
πλοῦ σανιδώματος ταυροκόλλῃ πεπηγὼς, ὀθονίῳ,
μετὰ δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται τὴν
4 ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. ἔχει δὲ περὶ τὴν ἴτυν, ἐκ τῶν
ἄνωθεν καὶ κάτωθεν μερῶν, σιδηροῦν σιάλωμα, δι'
οὗ τάς τε καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται,
5 καὶ τὰς πρὸς τὴν γῆν ἐξερείσεις. προσήρμοσται δ'
αὐτῷ καὶ σιδηρᾶ κόγχος, ἣ τὰς ὁλοσχερεῖς ἀπο-
στέγει πληγὰς λίθων, καὶ σαρισσῶν, καὶ καθόλου
6 βιαίων βελῶν. Ἅμα δὲ τῷ θυρεῷ μάχαιρα· ταύ- Gladius.
την δὲ περὶ τὸν δεξιὸν φέρει μηρὸν, καλοῦσι δ' αὐτὴν
7 Ἰβηρικήν. ἔχει δ' αὕτη κέντημα διάφορον, καὶ κατα-
φορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὸν ὀβε-
8 λίσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι. Πρὸς δὲ Pila.
τούτοις ὑσσοὶ δύο, καὶ περικεφαλαία χαλκῆ, καὶ
9 προκνημίς. τῶν δ' ὑσσῶν εἰσὶν οἱ μὲν παχεῖς, οἱ δὲ

des cum dimidio; longum vero pedes quatuor: aut, si sit majus, ad hanc longitudinis mensuram palmus accedit. E duplici tabulato glutine taurino est compactum; extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. In ambitu circa superam inferamque partem ferrea prætexitur lamina; qua adversus cæsim illatos ictus munitur, & ne humo incumbens corrumpatur. Adaptatur etiam illi concha ferrea, (is est umbo;) quæ ictus vehementiores defendit, lapidum, sarissarum, & violentorum omnium telorum. Simul cum scuto est *gladius*, quem ad dextrum femur gestant: *Hispaniensem* ipsi vocant. Est autem hic gladius & ad punctim lædendum excellens, & ad cæsim ex utraque parte feriendum vehemens: constat enim lamina valida & firma. Accedunt *pila* duo. & galea ærea, & ocrea. Sunt autem e pilis alia crassiora, tenuiora alia.

Pila. λεπτοί. τῶν δὲ στερεωτέρων οἱ μὲν στρογγύλοι πα-
λαιστιαίαν ἔχουσι τὴν διάμετρον· οἱ δὲ τετράγωνοι,
τὴν πλευράν. οἵ γε μὴν λεπτοὶ σιβυνίοις ἐοίκασι
συμμέτροις, οὓς φοροῦσι μετὰ τῶν προειρημένων.
ἁπάντων δὲ τούτων τοῦ ξύλου τὸ μῆκός ἐστιν ὡς 10
τρεῖς πήχεις. προσήρμοσται δ' ἑκάστοις βέλος σι-
δηροῦν ἀγκιστρωτὸν, ἴσον ἔχον τὸ μῆκος τοῖς ξύλοις·
οὗ τὴν ἔνδεσιν κατὰ τὴν χρείαν οὕτως ἀσφαλίζον- 11
ται βεβαίως, ἕως μέσου τῶν ξύλων ἐνδέοντες, καὶ
πυκναῖς ταῖς λαβίσι καταπερονῶντες, ὥστε μὴ πρό-
τερον τὸν δεσμὸν ἐν ταῖς χρείαις ἀναχαλασθῆναι,
ἢ τὸν σίδηρον θραύεσθαι, καίπερ ὄντα τὸ πάχος ἐν
τῷ πυθμένι καὶ τῇ πρὸς τὸ ξύλον συναφῇ τριῶν
ἡμιδακτυλίων. ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τοσαύτην πρόνοιαν
Galea cristata. ποιοῦνται τῆς ἐνδέσεως. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις προσ- 12
επικοσμοῦνται πτερίνῳ στεφάνῳ, καὶ πτεροῖς φοινι-
κίοις ἢ μέλασιν ὀρθοῖς τρισὶν, ὡς πηχυαίοις τὸ μέ-
γεθος.

XXIII. 11. *κατὰ τὴν χρείαν ex conject. correxi. Vulgo omnes καὶ τὴν χρείαν.* Ibid. *ἕως μέσου dedit Reg. D. Vulgo ἕως μέσον.* Ibid. *καὶ τοσαύτην. καὶ τοιαύτην malim cum Reisk.* 12. *πτερίνῳ. πτερινῷ Aug.* Ibid. *καὶ πτεροῖς. καὶ omittit Suidas.*

E solidioribus rursus alia rotunda sunt, quæ palmarem habent dimetientem: alia quadrata, latus habentia palmare. Tenuia mediocribus venabulis sunt similia: atque hæc gestant cum prædictis. Istorum autem omnium hastile tria fere cubita longum est: aptaturque singulis telum ferreum, hamatum, paris longitudinis cum ipsis lignis; cujus nexum, ubi usus requirit, adeo firmant valide, ad media usque ligna religantes, & crebris fibulis configentes, ut non ante nexus inter utendum laxetur, quam ferrum frangatur, quod quidem in fundo, & qua parte ligno committitur, crassitiem habet digiti unius cum dimidio: usque adeo magna cautione prospiciunt huic adnexioni. Adhæc *galea* insuper crista ornata est, & pennis tribus puniceis aut nigris, iisque rectis, longitudine

13γεθος. ὧν προστεθέντων κατὰ κορυφὴν ἅμα τοῖς
ἄλλοις ὅπλοις, ὁ μὲν ἀνὴρ φαίνεται διπλάσιος ἑαυ-
τοῦ κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ δ' ὄψις καλὴ καὶ κατα-
14πληκτικὴ τοῖς ἐναντίοις. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ προσ- Pectorale.
λαβόντες χάλκωμα σπιθαμιαῖον πάντῃ πάντως,
ὃ προστίθενται μὲν πρὸ τῶν στέρνων, καλοῦσι δὲ
καρδιοφύλακα, τελείαν ἔχουσι τὴν καθόπλισιν.
15οἱ δὲ ὑπὲρ τὰς μυρίας τιμώμενοι δραχμὰς, ἀντὶ τοῦ Lorica.
καρδιοφύλακος σὺν τοῖς ἄλλοις ἁλυσιδωτοὺς περιτί-
16θενται θώρακας. Ὁ δ' αὐτὸς τρόπος τῆς καθο-
πλίσεώς ἐστι καὶ περὶ τοὺς Πρίγκιπας καὶ Τρια- Hastæ
ρίους, πλὴν ἀντὶ τῶν ὑσσῶν οἱ Τριάριοι δόρατα φο- triariorum.
ροῦσιν.

Ἐξ ἑκάστου δὲ τῶν προειρημένων γενῶν, πλὴν XXIV.
τῶν νεωτάτων, ἐξέλεξαν ταξιάρχους ἀριστίνδην δέ- Centuriones.
κα. μετὰ δὲ τούτους ἑτέραν ἐκλογὴν ἄλλων δέκα
2ποιοῦνται. καὶ τούτους μὲν ἅπαντας προσηγόρευ-
Ii 4 σαν

14. πρὸ τῶν στέρνων. πρὸς τὸ στέρνον *Reg. D. Oxon.* & *margo Herv.*
15. ἁλυσιδωτοὺς. ἁλυσιδέτους *Reg. D.*

tudine fere cubitalibus: quæ ubi ceteris armis ad summum verticem accesserunt; vir quidem duplo, quam sit, major apparet; species autem existit pulchra, & hosti formidabilis. Iam plerique, assumta præterea lamina ærea duodecim undique digitorum, quam pectori apponunt, & *pectorale* dicunt, plenam ita absolvunt armaturam. Sed qui ultra centum millium æris in censu habent, loco pectoralis super cetera arma *loricas* hamis consertas induunt. Eodem vero modo armantur & *Principes* & *Triarii;* nisi quod Triarii pro pilis *hastas* gestant.

24. Ex unoquoque autem prædictorum generum, exceptis natu minimis, ordinum ductores decem, pro virtutis merito, eligunt. Et post hos, altera electione, iterum alios decem. Atque hos quidem omnes appellant ordi-

σαν ταξιάρχους, ὧν ὁ πρῶτος αἱρεθεὶς καὶ συνε-
Vragi. f. Optiones. δρίου κοινωνεῖ. προσεκλέγονται δ' οὗτοι πάλιν αὐτοὶ
Manipuli. τοὺς ἴσους οὐραγούς. Ἑξῆς δὲ τούτοις, μετὰ τῶν 3
ταξιαρχῶν, διεῖλον τὰς ἡλικίας, ἑκάστην εἰς δέκα
μέρη, πλὴν τῶν γροσφομάχων· καὶ προσένειμαν
ἑκάστῳ μέρει τῶν ἐκλεχθέντων ἀνδρῶν δύο ἡγεμό-
νας, καὶ δύο οὐραγούς. τῶν δὲ γροσφομάχων τοὺς 4
ἐπιβάλλοντας κατὰ τὸ πλῆθος, ἴσους ἐπὶ πάντα
τὰ μέρη διένειμαν. Καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκά- 5
λεσαν καὶ τάγμα, καὶ σπεῖραν, καὶ σημαίαν· τοὺς
Vexillarii. δὲ ἡγεμόνας Κεντυρίωνας καὶ ταξιάρχους. οὗτοι δὲ 6
καθ' ἑκάστην σπεῖραν ἐκ τῶν καταλειπομένων ἐξέ-
λεξαν αὐτοὶ δύο, τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ γενναιο-
Centurionum officium. τάτους ἄνδρας, σημαιοφόρους. Δύο δὲ καθ' ἕκα- 7
στον τάγμα ποιοῦσιν ἡγεμόνας, εἰκότως· ἀδήλου
γὰρ ὄντος καὶ τοῦ ποιῆσαι καὶ τοῦ παθεῖν τι τὸν
ἡγεμόνα, τῆς πολεμικῆς χρείας οὐκ ἐπιδεχομένης
πρόφα-

XXIV. 6. *σημαιοφόρους.* *σημαιαφόροις Reg. D. Oxon.*

ordinum ductores: quorum is, qui primo loco est electus, concilium etiam participat. Rursus autem hi ipsi totidem *coactores agminis* eligunt. Secundum hæc, una cum ordinum ductoribus, ætates deinde singulas, velitibus exceptis, in partes decem tribuunt; & binos cuique parti duces, binosque agminis coactores e lectis viris assignant. Velites vero, prout ipsorum numerus est, æquabiliter in omnes partes dividunt. Ac singulas quidem has partes appellant *Ordinem*, *Manipulum*, *Vexillum:* duces vero *Centuriones & ordinum ductores.* Hi vero in suis quisque manipulis *Vexillarios* duos ex omni numero eligunt, vigore corporis & animi præstantissimos. Quod autem *duos cuique manipulo ductores* attribuunt, ratione id faciunt: quum enim sit incertum, quid dux vel facturus sit, vel passurus, neque excusationem ullam bellica res admittat; committere

πρόφασιν· οὐδέποτε βούλονται τὴν σπεῖραν χωρὶς
8 ἡγεμόνος εἶναι καὶ προστάτου. παρόντων μὲν οὖν ἀμφοτέρων, ὁ μὲν πρῶτος αἱρεθεὶς ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας· ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. μὴ παρόντων δ', ὁ καταλειπόμενος ἡγεῖται πάντων.
9 Βούλονται δ' εἶναι τοὺς ταξιάρχους οὐχ οὕτω θρασεῖς καὶ φιλοκινδύνους, ὡς ἡγεμονικοὺς, καὶ στασίμους, καὶ βαθεῖς μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, οὐκ ἐξ ἀκεραίου προσπίπτειν ἢ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, ἐπικρατουμένους δὲ καὶ πιεζομένους ὑπομένειν, καὶ ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς χώρας.

XXV. Equitum Turmæ.

Παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἱππεῖς εἰς ἴλας δέκα διεῖλον· ἐξ ἑκάστης δὲ τρεῖς προκρίνουσιν ἰλάρχας,
2 οὗτοι δ' αὐτοὶ τρεῖς προσέλαβον οὐραγούς. ὁ μὲν οὖν πρῶτος αἱρεθεὶς ἰλάρχης ἡγεῖται τῆς ἴλης· οἱ

9. *οὐκ ἐξ ἀκεραίου. Prætuli hoc cum Aug. in textu. Ceteri vulgo, & Aug. etiam in ora libri, οὐδ' ἐξ ἀκεραίου.*

tere nolunt, ut duce ac præfecto umquam ordo careat. Igitur præſentibus quidem ambobus, uter fuerit prior electus, is dextræ manipuli præeſt parti; alter ſiniſtræ. Si non adſunt ambo, qui ſolus reſtat, is omnium ducatum obtinet. Probant autem Romani *centuriones*, non tam eos, qui ſunt audaces & ad pericula ſubeunda prompti, quam eos, *qui arte imperatoria valent*, ſuntque firmi ac ſtabiles, & altis magis animis, non tam ad invadendum hoſtem rebus integris, atque ad initium pugnæ faciendum, quam ad durandum ubi ſuperior jam hoſtis eſt, & ad mortem prius oppetendam rebus afflictis, quam ut ſtationem deſerant.

25. Simili modo etiam *Equites* in *Turmas* decem dividere ſolent; e quarum ſingulis tres turmarum præfectos creant; qui ipſi totidem coactores agminis aſſumunt. Qui primus turmæ ductor eſt electus, turmæ præeſt;

Decuriones.

δὲ δύο, δεκαδάρχων ἔχουσι τάξιν, καλοῦνται δὲ πάντες Δεκουρίωνες. μὴ παρόντος δὲ τοῦ πρώτου, πάλιν ὁ δεύτερος ἰλάρχου λαμβάνει τάξιν.
3 Ὁ δὲ καθοπλισμὸς τῶν ἱππέων νῦν ἐστι παραπλήσιος τῷ τῶν Ἑλλήνων· τὸ δὲ παλαιὸν, πρῶτον μὲν θώρακας οὐκ εἶχον, ἀλλ' ἐν περιζώμασιν ἐκινδύνευον.
4 ἐξ οὗ πρὸς μὲν τὸ καταβαίνειν καὶ ταχέως ἀναπηδᾷν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἑτοίμως διέκειντο καὶ πρακτικῶς· πρὸς δὲ τὰς συμπλοκὰς ἐπισφαλῶς εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν.
5 Τὰ δὲ δόρατα κατὰ δύο τρόπους ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς· καθ' ἕνα μὲν, ᾗ λεπτὰ καὶ κλαδαρὰ ποιοῦντες, οὔτε τοῦ προτεθέντος ἠδύναντο σκοποῦ στοχάζεσθαι, καὶ πρὸ τοῦ γε τὴν ἐπιδορατίδα πρός τι προσερεῖσαι, κραδαινόμενα δι' αὐτῆς τῆς τῶν ἵππων κινήσεως, τὰ πλεῖστα συνετρίβετο·
6 πρὸς δὲ τούτοις, ἄνευ σαυρωτήρων κατασκευάζοντες, μιᾷ τῇ πρώτῃ διὰ τῆς ἐπιδορατίδος ἐχρῶντο

Arma equitum, olim parum commoda:

XXV. 5. κλαδαρά. *In Reg. D. ſuperſcriptum* πλαδαρά.

præeſt; reliqui Decurionum locum obtinent: ſed omnes eodem nomine *Decuriones* vocantur. Quoties vero primus abeſt, ſecundus pro turmæ præfecto ſe gerit. *Armatura* porro *equitum* nunc quidem Græcanicæ eſt ſimilis: at non ita olim. Primum enim *loricas* non habebant; ſed ſola veſte ſuccincti pugnabant: ex quo fiebat, ut ad deſcendendum quidem & celeriter inſiliendum in equos promti eſſent atque expediti; inter pugnandum vero periculis objicerentur, ut qui nudi dimicabant. *Haſtæ* deinde duabus de cauſſis erant illis inutiles. Prior ratio eſt, quod, quum graciles eas & tremulas facerent, neque ad propoſitum ſcopum poterant collimare, &, priusquam etiam cuſpis aliquo defigeretur, concuſſæ pleræque ipſa equorum agitatione frangebantur. Ad hæc, quum ſine cuſpide in ima parte eas facerent, ad unicum & primum illum ictum iis utebantur,

ἐχρῶντο πληγῇ, μετὰ δὲ ταῦτα κλασθέντων, λοι-
πὸν ἦν ἄπρακτα αὐτοῖς καὶ μάταια. Τόν γε μὴν
θυρεὸν εἶχον ἐκ βοείου δέρματος, τοῖς ὀμφαλωτοῖς
ποπάνοις παραπλήσιον, τοῖς ἐπὶ τὰς θυσίας ἐπι-
τιθεμένοις· οἷς οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς ἦν χρῆσθαι,
διὰ τὸ μὴ στάσιν ἔχειν· ὑπό τε τῶν ὄμβρων ἀπο-
δερματούμενοι καὶ μυδῶντες, δύσχρηστοι καὶ πρό-
8 τερον ἦσαν, καὶ νῦν ἔτι γίγνονται παντελῶς. Διό-
περ ἀδοκίμου τῆς χρείας οὔσης, ταχέως μετέλαβον
9 τὴν Ἑλληνικὴν κατασκευὴν τῶν ὅπλων. ἐν ᾗ τῶν μὲν
δοράτων τὴν πρώτην εὐθέως τῆς ἐπιδορατίδος πλη-
γὴν εὔστοχον ἅμα καὶ πρακτικὴν γίγνεσθαι συμβαί-
νει, διὰ τὴν κατασκευὴν ἀτρεμοῦς καὶ στασίμου τοῦ
δόρατος ὑπάρχοντος· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐκ μεταλή-
ψεως τοῦ σαυρωτῆρος χρείαν, μόνιμον καὶ βίαιον.
10 Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν θυρεῶν· καὶ γὰρ
πρὸς τὰς ἐπιβολὰς καὶ πρὸς τὰς ἐπιθέσεις ἑστη-
κυῖαν

deinde, ad morem Græcorum, in melius mutata.

7. *Post verba* οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς *excidisse* οὔτε πρὸς τὰς ἐπιθέσεις *suspicatus est Reisk.*

tur, quando mucrone feriebant; deinde fractæ, nulli amplius usui erant. *Scutum* vero illis erat e bovillo corio, ad instar eorum umbilicatorum liborum, quæ sacrificiis moris est imponere: quæ scuta nec adversus impetum hostium valebant, quum firmitatem non haberent; &, ubi imbribus corrupta atque madore resoluta sunt, cum jam ante non magno usui fuerint, tunc plane inutilia evadunt. Quare quum istorum armorum usum experientia reprobaret; mox *Græcanicam armorum structuram* suæ loco adoptarunt: qua fit, ut, hastam quod attinet, primus statim mucronis ictus dirigi recte possit, atque efficax sit; eo quod ita conficitur hasta, ut stabilis sit, non tremula; & similiter, ut, versa hasta, cuspidis usus firmus sit ac violentus. Eadem ratio & in scutis: nam & adversus eminus & adversus comi-

κυῖαν καὶ τεταγμένην ἔχουσι τὴν χρείαν. Ἃ συνι- 11
δόντες, ἐμιμήσαντο ταχέως. Ἀγαθοὶ γὰρ, εἴ καί
τινες ἕτεροι, μεταλαβεῖν ἔθη, καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλ-
τιον καὶ Ῥωμαῖοι.

XXVI. Conveniunt in armis, loco a Cos. edicto.

Τοιαύτην δὲ ποιησάμενοι τὴν διαίρεσιν οἱ χιλίαρ-
χοι, καὶ ταῦτα παραγγείλαντες περὶ τῶν ὅπλων,
τότε μὲν ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκείαν.
παραγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, εἰς ἣν ὤμοσαν ἀθροι- 2
σθῆναι πάντες ὁμοίως εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον
ὑπὸ τῶν ὑπάτων· (τάττει δ' ὡς ἐπίπαν ἑκάτερος 3
χωρὶς τὸν τόπον τοῖς αὐτοῦ στρατοπέδοις· ἑκατέρῳ
γὰρ δίδοται τὸ μέρος τῶν συμμάχων, καὶ δύο τῶν
Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων·) παραγίγνονται δὴ πάν- 4
τες ἀδιαπτώτως οἱ καταγραφέντες, ὡς ἂν μηδε-
μιᾶς ἄλλης συγχωρουμένης προφάσεως τοῖς ἐξορκι-
σθεῖσι, πλὴν ὀρνιθείας καὶ τῶν ἀδυνάτων. Ἀθροι- 5
σθέντων

10. τεταγμένην. *τεταμένην voluit Reik. Et sic exposuerunt Lipsius & Casaub.* 11. μεταλαβεῖν. *μεταβαλεῖν Ang.* Ibid. καὶ Ῥωμαῖοι. *Abest vulgo* καὶ.

XXVI. 4. δὴ πάντες *ex conj. scripsi. Vulgo* δὲ πάντες.

cominus ingruentia firmum atque certum usum præstant. Quod ut animadverterunt, cito sunt imitati. *Romani enim, si qui alii, facile aliorum mores adsciscunt, &, quod est melius, æmulantur.*

26. Tribuni militum postquam hujusmodi partitionem instituerunt, & hæc super armis dederunt mandata, unumquemque domum remittunt. Vbi vero dies adest, ad quam se eo, quem consul designavit, loco conventuros pariter omnes jurarunt; (fere autem separatim uterque consul locum suis legionibus ad conveniendum edicit: utrique enim eorum sua pars auxiliorum attribuitur, & Romanæ legiones duæ:) ibi tum omnes qui sunt conscripti, adveniunt indubitanter & necessario; quippe alia nulla prorsus eorum, qui sacramenta dixerint, excusatio admittitur, præter auspicium, & ea quæ sunt impossibilia. Vbi

θέντων δὲ καὶ τῶν συμμάχων ὁμοῦ τοῖς Ῥωμαίοις, τὴν μὲν οἰκονομίαν καὶ τὸν χειρισμὸν ποιοῦνται τούτων αὐτῶν οἱ καθεσταμένοι μὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ Πραίφεκτοι, δώδεκα

6τὸν ἀριθμὸν ὄντες. οἱ πρῶτον μὲν τοῖς ὑπάτοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάντων τῶν παραγεγονότων συμμάχων, ἱππεῖς καὶ πεζοὺς, ἐκλέγουσι, τοὺς καλουμένους Ἐκτραορδινα-

7ρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ. Τὸ δὲ πλῆθος γίγνεται τὸ πᾶν τῶν συμμάχων, τὸ μὲν τῶν πεζῶν, πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις,

8ὡς τὸ πολύ· τὸ δὲ τῶν ἱππέων, τριπλάσιον. ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν, τῶν μὲν ἱππέων, εἰς τοὺς ἐπιλέκτους, ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέρος· τῶν δὲ πεζῶν,

9τὸ πέμπτον. τοὺς δὲ λοιποὺς διεῖλον εἰς δύο μέρη, καὶ

Socii.

Præfecti sociorum.

Extraordinarii.

5. *καθεσταμένοι. καθεστηκότες Reg. D. Oxon. & ora Herv. cum ora codd. Med. & Aug. Sed Suidas προβεβλημένοι legit. Mox vero pro ὑπάτων, in Oxon. est συμμάχων, quod & Lascaris expressit,* constituti a sociis principes. *Vnde suspicor, scripsisse Polybium οἱ προβεβλημένοι μὲν ὑπὸ τῶν συμμάχων, καθεσταμένοι (vel καθεστηκότες) δὲ ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντες,* commendati quidem a sociis, constituti vero a Consulibus duces. 6. *τοὺς καλουμένους correxit Casaub. Libri omnes τούτους καλουμ. Sed Suidas τοὺς ἐπικαλουμ. Idem Suidas pro ἐκλέγουσι dat ἐξέλεγον.* 7. *τριπλάσιον. διπλάσιον Herv. Oporin. & cod. Med. quod & Casaub. in vers. expressit,* equitum vero d u p l a.

Vbi vero cum Romanis etiam *socii* sunt congregati, omnia inter hos seorsim administrant atque gubernant viri a consulibus constituti, quos vocant *Præfectos*, numero duodecim. Hi ante omnia Consulibus ex universo cœtu sociorum, qui adsunt, aptissimos ad verum belli usum, equites peditesque, seligunt, quos vocant *Extraordinarios*: id nomen, si græce interpreteris, *Electos* valet. Sociorum autem multitudo omnis est, peditum quidem, par ut plurimum legionibus Romanis; equitum vero tripla. Ex his sumunt ad Extraordinarios ex equitibus quidem tertiam fere partem; e peditibus quintam. Reliquos in partes duas tribuunt, earumque alteram

Alæ ſociorum.

καὶ καλοῦσι τὸ μὲν δεξιὸν, τὸ δ' εὐώνυμον κέρας.
Τούτων δ' εὐτρεπῶν γενομένων, παραλαβόντες οἱ 10
χιλίαρχοι τοὺς Ῥωμαίους ὁμοῦ καὶ τοὺς συμμάχους,
κατεστρατοπέδευσαν· ἑνὸς ὑπάρχοντος παρ' αὐτοῖς
θεωρήματος ἁπλοῦ περὶ τὰς παρεμβολὰς, ᾧ χρῶν-
ται πρὸς πάντα καιρὸν καὶ τόπον. Διὸ καὶ δο- 11
κεῖ μοι πρέπειν τῷ καιρῷ, τὸ πειραθῆναι, καθόσον
οἷόν τε τῷ λόγῳ, τοὺς ἀκούοντας εἰς ἔννοιαν ἀγα-
γεῖν τοῦ κατὰ τὰς πορείας καὶ στρατοπεδείας καὶ
παρατάξεις χειρισμοῦ τῶν δυνάμεων. τίς γὰρ οὕτως 12
ἐστὶν ἀπεοικὼς πρὸς τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα τῶν
ἔργων, ὃς οὐκ ἂν βουληθείη μικρὸν ἐπιμελέστερον
ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν ἅπαξ ἀκού-
σας, ἐπιστήμων ἔσται πράγματος ἑνὸς τῶν ἀξίων
λόγου καὶ γνώσεως;

Diſpoſitio exercitus.

XXVII. CASTRAMETATIO.

Ἔστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπεδείας τοῖόν δε. Τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόπου πρὸς στρατοπεδείαν,

10. εὐτρεπῶν. εὐπρεπῶν *Herv. Med. Aug.*
XXVII. 1. *Codex Vrb. hoc loco Titulum habet:* περὶ Ἀπλήκτου, *id eſt*, de CASTRIS.

alteram *dextrum cornu* vel *alam;* alteram *lævam* alam nominant. His rite paratis, tribuni militum Romanas legiones una cum ſociis accipiunt, & metari caſtra incipiunt. Eſt autem apud illos *una & ſimplex diſponendarum copiarum ratio;* qua omni tempore ac loco utuntur. Propterea viſum mihi opportunum jam eſſe, ut, quantum ejus fieri verbis poterit, efficiam, quo audientes modum rationemque illorum cognoſcant diſponendi copias *in agmine ducendo, in metandis caſtris, & in acie inſtruenda.* Nam quis adeo alienus ſit ab iis, quæ pulchra & præclara ſunt, ut paullo accuratius animum iſtis nolit intendere? quæ ſi ſemel perceperit, rei inter alias memorabilis ac ſcitu dignæ evadet peritus?

27. Eſt autem *Caſtrametatio Romanorum* hujusmodi. Quoties locus caſtris eſt

δείαν, τούτου τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα
καὶ παραγγελίαν ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ καταλαμ- Prætorium.
2βάνει. τεθείσης δὲ τῆς σημαίας, οὗ μέλλουσι πηγνύ-
ναι ταύτην, ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τε-
τράγωνος τόπος, ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκα-
τὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, τὸ δ᾽ ἐμβαδὸν γί-
3γνεσθαι τετράπλεθρον. τούτου δὲ τοῦ σχήματος ἀεὶ
παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν, ἥ τις ἂν ἐπι-
τηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς ὑδρείας καὶ προνο-
μὰς, παραβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα τὸν
4τρόπον τοῦτον. Ἓξ ὑπαρχόντων χιλιάρχων ἐν Tribunorum tentoria.
ἑκάστῳ στρατοπέδῳ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, δυοῖν δὲ
στρατοπέδων ὄντων τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀεὶ μεθ᾽ ἑκατέ-
ρου τῶν ὑπάτων· φανερὸν, ὅτι δώδεκα χιλιάρχους
5ἀνάγκη συστρατεύειν ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων. τιθέα-
σι δὲ τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἁπάσας,
ἥ τις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθεί-
σῃ πλευρᾷ, πεντήκοντα δ᾽ ἀπέχει πόδας ἀπ᾽ αὐτῆς·
ἵπποις,

5. τιθέασι δὲ. *Sic Reg. D. & Oxon. Ceteri vulgo* τιθέασι δὴ.

est captus, partem illius, quæ ad prospiciendum & ad mandata danda fuerit commodissima, *prætorium* occupat. Vexillo autem eo loci posito, ubi prætorium sunt fixuri; spatium quadratum circa ipsum vexillum sic metiuntur, ut ab hoc latera omnia centum distent pedes, & area fiat ducentorum quoquoversum pedum. Ad unum semper figuræ hujus latus, quod aquationibus pabulationibusque opportunissimum visum fuerit, Romanæ legiones tali modo collocantur. Quum sint in quaque legione tribuni sex, ut modo dicebamus, & quum binas uterque consul legiones secum habeat; palam est, *duodecim* in utriusque exercitu *tribunos* necessario versari. Statuunt igitur horum omnia tentoria ad lineam unam rectam, quæ parallela sit quadrati illius lateri ei, quod præ ceteris electum fuerit: abest autem ab

ἵπποις, ἅμα δ' ὑποζυγίοις, καὶ τῇ λοιπῇ τῶν χι-
λιάρχων ἀποσκευῇ, τόπος. αἱ δὲ σκηναὶ, τοῦ προει- 6
ρημένου σχήματος εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμέναι,
πήγνυνται πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν· ἣ νοείσθω,
καὶ καλείσθω δὲ καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ, τοῦ παντὸς
σχήματος κατὰ πρόσωπον. ἀφεστᾶσι δ' ἀλλήλων 7
μὲν ἴσον αἱ τῶν χιλιάρχων σκηναί· τοσοῦτον δὲ τό-
πον, ὥστε παρ' ὅλον τὸ πλάτος ἀεὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν
στρατοπέδων παρήκειν.

XXVIII. Tentoria legionum.

Ἀπομετρηθέντων δὲ πάλιν ἑκατὸν ποδῶν εἰς τὸ
πρόσθεν κατὰ πάσας τὰς σκηνὰς, λοιπὸν ἀπὸ τῆς
τοῦτο τὸ πλάτος ὁριζούσης εὐθείας, ἥ τις γίγνεται
παράλληλος ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἀπὸ ταύ-
της ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρ-
εμβολὰς, χειρίζοντες τὸν τρόπον τοῦτον. Διχο- 2
τομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθεῖαν, ἀπὸ τούτου
τοῦ

6. *ἣ νοείσθω correxit Casaub. cum mendose libri partim ἣ σοι ἔθω, partim ἣν οἰέσθω darent.*

ab eo pedes quinquaginta, ut equis, jumentis, & reliquis tribunorum impedimentis sit locus. Locantur autem tentoria ita, ut aversa a figura jam descripta in exteriorem partem spectent: quam partem cogitet lector velut *anteriorem*, ac *frontem* totius figuræ; atque ita plane semper a nobis illa vocabitur. Distant vero inter se tribunorum tentoria pari intervallo; eoque tanto, ut per totam latitudinem Romanarum legionum porrigantur.

28. Deinde rursus inita mensura pedum centum, ab omnibus tribunorum tentoriis antrorsum progrediendo; jam a linea, quæ spatium hoc secundum totam latitudinem terminat & parallela est tentoriis tribunorum, ab illa, inquam, linea *legiones* locare incipiunt. Atque id quidem hoc modo administrant. Prædicta linea in duas partes secta, lineæ

τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, τοὺς ἱππεῖς ἀντίους ἑαυτοῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντήκοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, Equitum.
3 μέσην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ διαστήματος. ἔστι δ᾽ ἥ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν σκηνοποιΐα παραπλήσιος· γίγνεται γὰρ τὸ ὅλον σχῆμα καὶ τῆς
4 σημαίας καὶ τῶν οὐλαμῶν τετράγωνον. τοῦτο δὲ βλέπει μὲν εἰς τὰς διόδους, ἔχει δὲ τὸ μὲν μῆκος ὡρισμένον, τὸ παρὰ τὴν δίοδον· ἔστι γὰρ ἑκατὸν ποδῶν· ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὸ βάθος ἴσον πει-
5 ρῶνται ποιεῖν, πλὴν τῶν συμμάχων. Ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατοπέδοις χρῶνται, τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ βάθει προστιθέασι.

XXIX. Viæ caſtrorum.

Γενομένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, οἱονεὶ ῥύμης τινὸς ἐπικαρσίου πρὸς τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν εὐθεῖαν καὶ

XXVIII. 2. ἀντίους ἑαυτοῖς. ἀντίους αὐτοῖς Aug. Reg. D. Oxon. 3. τῆς σημαίας καὶ τῶν οὐλαμῶν. Forſ. τῇ σημαίᾳ καὶ τῷ οὐλαμῷ, quod maluerat Reiskius.

10 πρωτοπορείας ἐναλλὰξ τάξιν. Χρῶνται δὲ καὶ ἑτέ-
ρῳ

XL. 6. ἀπὸ τῆς οὐραγίας. ἐπὶ τῆς οὐρ. *malim cum Reisk.* 7. ἕκαστοι *correxi cum Reisk. Vulgo omnes* ἕκαστος. 9. κοινωνῶσι. κοινωνοὶ *Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. quod ex* κοινωνοῖεν *decurtatum videtur.*

ſequentibus propriis jumentis, & eorum ſociorum impedimentis, qui univerſum agmen cogunt: nam in noviſſimo agmine læva ſociorum locatur ala. Equites modo ſuam quisque partem a tergo conſequuntur, modo ad latera jumentis adequitant, continentes ea & ſecuritatem præſtantes. Vbi vero a tergo hoſtis exſpectatur, de cetero ordine nihil mutantes, ſolos extraordinarios ſociorum a primo agmine ad ultimum traducunt. Alternis autem diebus & legionum & alarum altera præcedit, eædemque rurſus ſubſequuntur; ut ex æquo omnes aquatione ac pabulatione integra fruantur, primum in agmine locum ſuam quisque vicem perpetuo occupantes. Eſt & alius itineris faciendi modus,

Agmen. ρω. γένει πορείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι τῶν καιρῶν,
ἐὰν ἀναπεπταμένους ἔχωσι τόπους. ἄγουσι γὰρ τρι- 11
φαλαγγίαν παράλληλον τῶν Ἁστάτων καὶ Πριγκί-
πων καὶ Τριαρίων, τάττοντες τὰ τῶν ἡγουμένων ση-
μαιῶν ὑποζύγια πρὸ πάντων, ἐπὶ δὲ ταῖς πρώταις
σημαίαις τὰ τῶν δευτέρων, ἐπὶ δὲ ταῖς δευτέραις
τὰ τῶν τρίτων, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ἐναλλὰξ ἀεὶ
τιθέντες τὰ ὑποζύγια ταῖς σημαίαις. οὕτω δὲ συν- 12
τάξαντες τὴν πορείαν, ἐπειδὰν προσπίπτῃ τι τῶν
δεινῶν, ποτὲ μὲν παρ᾽ ἀσπίδα κλίναντες, ποτὲ δ᾽
ἐπὶ δόρυ, προάγουσι τὰς σημαίας ἐκ τῶν ὑποζυγίων
πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. λοιπὸν, ἐν βρα- 13
χεῖ χρόνῳ καὶ μιᾷ κινήσει, τὸ μὲν τῶν ὁπλιτῶν σύ-
στημα λαμβάνει παρατάξεως διάθεσιν, ἐὰν μή πο-
τε προσεξελίξαι δέῃ τοὺς Ἁστάτους· τὸ δὲ τῶν 14
ὑποζυγίων καὶ τῶν παρεπομένων τούτοις πλῆθος,
ὑπὸ τοὺς παρατεταγμένους ὑπεσταλκὸς, ἔχει τὴν
καθήκουσαν χώραν πρὸς τὸν κίνδυνον.

Ὅταν

dus, quo utuntur, quando periculum ab hoste imminet, ac patentia nacti sunt loca. Hastatos enim, Principes ac Triarios, tribus seriebus juxta se invicem incedentes ducunt: jumenta autem manipulorum, qui ceteris praeeunt, ante omnes locant; tum primis manipulis jumenta secundorum subjiciunt; secundis, tertiorum: atque sic continue impedimenta ordinesque alternatim locant. Hac ratione autem composito agmine, si quid ingruat periculi, modo ad lævam, modo ad dextram agmen convertentes, manipulos extra jumenta in eam partem educunt, unde hostis apparuerit. Atque ita brevi tempore & motu unico, cum armatorum manus in acie reperitur instructa, (nisi forte insuper oporteat Hastatos subduci;) tum jumenta & omnis multitudo, quæ castra sequitur, seducta pone terga stantium in acie, commodam adversus pericula stationem obtinent.

41. Post-

XLI. Castrametatio in itinere.

῞Οταν δὲ κατὰ τὰς πορείας ἐγγίζωσι τοῦ στρα-
τοπεδεύειν, προπορεύονται χιλίαρχος, καὶ τῶν τα-
ξιαρχῶν οἱ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀεὶ προχειρισθέν-
τες. οἵτινες, ἐπειδὰν συνθεάσωνται τὸν ὅλον τόπον,
οὗ δεῖ στρατοπεδεύειν, ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον μὲν
διέλαβον τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν οὗ δεήσει θεῖναι
κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, καὶ παρὰ ποίαν ἐπιφάνειαν
καὶ πλευρὰν τῆς περὶ τὴν σκηνὴν περιστάσεως
3 παρεμβαλεῖν τὰ στρατόπεδα. τούτων δὲ προκρι-
θέντων, διαμετροῦνται τὴν περίστασιν τῆς σκηνῆς·
μετὰ δὲ ταῦτα τὴν εὐθεῖαν, ἐφ' ἧς αἱ σκηναὶ τί-
θενται τῶν χιλιάρχων· ἑξῆς δὲ τὴν ταύτης παράλ-
ληλον, ἀφ' ἧς ἄρχεται τὰ στρατόπεδα παρεμ-
4 βάλλειν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς
σκηνῆς κατεμετρήσαντο γραμμαῖς, περὶ ὧν ὑπεδεί-
5 ξαμεν ἄρτι διὰ πλειόνων κατὰ μέρος. Γενομένων
δὲ τούτων ἐν βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ ῥᾳδίαν εἶναι
τὴν

XLI. 1. *ἐγγίζωσι* τοῦ *στρατοπ. Articulum ex conject. inserui: abest vulgo, & alia fortasse verba quædam interciderunt.* 3. *ταύτης παράλλ. ταύτῃ παράλληλον malim cum Gron.*

41. Postquam prope illum locum *agmen* pervenit, ubi *castra* sunt facienda; præcedunt tribunus & illi ex centurionibus, qui pro tempore ad eam rem designati sunt. Hi locum universum, ubi metari oportet, contemplati, ante omnia convenientem prætorio sedem, prout ante diximus, capiunt: &, ad quem aspectum latusve spatii prætorium ambientis locandæ sint legiones, dispiciunt. Quæ ubi delecta sunt loca, prætorii ambitum dimetiuntur: deinde rectam illam, ad quam tribunorum tentoria defiguntur: denique aliam lineam rectam, huic parallelam, unde incipit metatura legionum. Similiter etiam spatium illud, quod ab altera parte est prætorii, lineis dimetiuntur, de quibus jam paulo ante pluribus exposuimus. His brevi tempore expeditis, utpo-

te

Castrametatio in itinere.

τὴν καταμέτρησιν, ὡς ἁπάντων ὡρισμένων καὶ συνήθων ὄντων διαστημάτων· μετὰ δὲ ταῦτα σημαίαν 6
ἔπηξαν μίαν μὲν καὶ πρώτην, ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ τίθεσθαι τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν, δευτέραν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς προκριθείσης πλευρᾶς, τρίτην ἐπὶ μέσης τῆς γραμμῆς ἐφ᾽ ἧς οἱ χιλίαρχοι σκηνοῦσι, τετάρτην, παρ᾽ ἣν τίθενται τὰ στρατόπεδα. καὶ ταύτας μὲν 7
ποιοῦσι Φοινικᾶς, τὴν δὲ τοῦ στρατηγοῦ λευκήν. τὰ δ᾽ ἐπὶ θάτερα ποτὲ μὲν ψιλὰ δόρατα πηγνύουσι, ποτὲ δὲ σημαίας ἐκ τῶν ἄλλων χρωμάτων. γενομέ- 8
νων δὲ τούτων, ἑξῆς τὰς ῥύμας διεμέτρησαν, καὶ δόρατα κατέπηξαν ἐφ᾽ ἑκάστης ῥύμης. Ἐξ ὧν 9
εἰκότως, ὅταν ἐγγίσῃ τὰ στρατόπεδα κατὰ τὰς πορείας, καὶ γίγνηται εὐσύνοπτος ὁ τόπος τῆς παρεμβολῆς, εὐθέως ἅπαντα γίγνεται πᾶσι γνώριμα, τεκμαιρομένοις καὶ συλλογιζομένοις ἀπὸ τῆς τοῦ

5. διαστημάτων. *Forf.* τῶν διαστημ. *ut placuit Reiskio.* 6. μετὰ δὲ ταῦτα. *Particulam* δὲ *aut deletam aut in* δὴ *mutatam voluit Reisk.* 7. Φοινικᾶς. Φοινικέας *Aug. Vrb.* 9. γίγνηται εὐσύνοπτος. γένητ᾽ εὐσύνοπτος *Reg. D. Oxon. Med. quod ex* γένηται σύνοπτος *ortum videtur.*

te facili dimensione, quum omnia intervalla sint definita, & ex familiari usu nota; mox vexillum defigere solent, unum quidem & primum eo loco, ubi prætorium est ponendum, alterum in electo latere, tertium in medio ejus lineæ, ad quam tribuni tendunt, quartum in ea, ad quam legiones metantur. Et cetera quidem punicea statuunt: at imperatorium vexillum est album. Ab altera parte prætorii modo nudas hastas defigunt, modo vexilla ex aliis coloribus. His factis, vias deinde dimetiuntur, & in singulis earum hastas figunt. Ita fit, ut, simul ac appropinquarunt legiones, & locus castrorum potest conspici, omnia confestim omnibus sint nota, vexillo imperatoris pro indicio utentibus ex

10 τοῦ στρατηγοῦ σημαίας. λοιπὸν, ἑκάστου σαφῶς γινώσκοντες, ἐν ποίᾳ ῥύμῃ καὶ ποίῳ τόπῳ τῆς ῥύμης σκηνοῖ, διὰ τὸ πάντας ἀεὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐπέχειν τῆς στρατοπεδείας, γίγνεταί τι παραπλήσιον, οἷον, ὅταν εἰς πόλιν εἰσίῃ στρατόπεδον ἐγχώ-
11 ριον. καὶ γὰρ ἐκεῖ διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν, εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι, καὶ παραγίγνονται πρὸς τὰς ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπτώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν
12 αὐτοῖς ἡ κατάλυσις. τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ περὶ τὰς Ῥωμαϊκὰς συμβαίνει στρατοπεδείας.

Castrametatio in itinere.

Ἧ, καὶ δοκοῦσι Ῥωμαῖοι, καταδιώκοντες τὴν ἐν τούτοις εὐχέρειαν, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς
2 Ἕλλησι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἐν τῷ στρατοπεδεύειν ἡγοῦνται κυριώτατον, τὸ κατακολουθεῖν ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ὀχυρότησιν· ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν περὶ τὰς ταφρείας ταλαιπωρίαν, ἅμα δὲ νομίζοντες, οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειρο-

XLII. Melior Romanorum ratio, quam Græcorum.

ex quo cetera intelligunt. Denique quum nemo ſit, quin ſciat, in qua ſtriga & qua ſtrigæ parte tendat, quia ſemper eumdem ſinguli locum in caſtris occupant; ſimile quid evenit, ut cum urbem ſuæ regionis ingreditur exercitus aliquis. Tunc enim recta a portis divertentes alius alio progrediuntur, & ad ſuas habitationes ſine errore perveniunt, quia & in univerſum, & per partes norunt, in qua regione proprium cujusque ſit diverſorium. Simile, inquam, his eſt, quod in Romanorum caſtrametatione uſu venit.

42. Quod autem hanc facilitatem in ponendis caſtris ſpectant *Romani*, in eo quidem maxime *contrariam Græcis viam* mihi videntur inſiſtere. Græci enim quoties metantur caſtra, maximum momentum in eo ponunt, ut loca ſequantur a natura munita; ſimul laborem ducendæ foſſæ fugientes, ſimul quia non æqualiter fidunt arte factis munitioni-

Melior Romanorum ratio, quam Græcorum.

χειροποιήτους ἀσφαλείας ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως
ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρχούσαις ὀχυρότησιν. διὸ καὶ 3
κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγ-
κάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τό-
ποις, τά τε μέρη μεταλλάττειν ἄλλοτε πρὸς ἄλλους
καὶ ἀκαταλλήλους τόπους. ἐξ ὧν ἄστατον ὑπάρ- 4
χειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν καὶ τὸν κατὰ μέ-
ρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Ῥωμαῖοι δὲ 5
τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν καὶ τἄλλα τὰ
παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται χάριν τῆς
εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν καὶ τὴν
αὐτὴν αἰεὶ παρεμβολήν. Τὰ μὲν οὖν ὁλοσχερέ- 6
στερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας,
καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολὰς, ταῦτ'
ἐστίν.

VI.

XLII. 3. *πρὸς ἄλλους καὶ ἀκαταλλήλους* ex Reisk. conject. dedi. Vulgo *πρὸς ἀλλήλους καὶ καταλλήλους.* Sed Reg. D. *πρὸς ἄλλους καὶ καταλλήλους.* 4. *ἄστατον* correxit Casaub. cum libri darent *ἀνάστατον.*

tionibus, & iis, quas ipsa locorum natura exhibet. Ea propter cum in universorum castrorum positione coguntur figuram quamlibet assumere, dum locis obsequuntur, tum partes quoque ipsas variare aliter atque aliter pro ingenio loci. Vnde evenit, ut in metandis castris nemo certus sit de loco aut suo privatim, aut ordinis sui. At Romani & ducendæ fossæ laborem & vexationes id genus alias eo consilio sustinent, ut faciliori ratione constent omnia, utque nota & unica eademque semper castrametatione utantur. Atque hæc quidem, *militiæ Romanæ rationem* quod attinet, & *castrorum* maxime *positionem*, per summa rerum capita dicta sunto.

VI.

VI.

Σύγκρισις τοῦ Λακώνων καὶ Καρχηδονίων Ῥωμαίων τε πολιτεύματος.



Σχεδὸν δὴ πάντες οἱ συγγραφεῖς περὶ τούτων ἡμῖν τῶν πολιτευμάτων παραδεδώκασι τὴν ἐπ' ἀρετῇ φήμην, περί τε τοῦ Λακεδαιμονίων, καὶ Κρητῶν, καὶ Μαντινέων, ἔτι δὲ Καρχηδονίων· ἔνιοι δὲ καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων πολιτείας πεποίηνται 2 μνήμην. Ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ· τὴν δ' Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων οὐ πάνυ τι πολλοῦ προσδεῖσθαι πέπεισμαι λόγου, διὰ τὸ μήτε τὰς αὐξήσεις ἐσχηκέναι κατὰ λόγον, μήτε τὰς ἀκμὰς ἐπιμόνους, μήτε τὰς 3 μεταβολὰς ἐνηλλαχέναι μετρίως· ἀλλ', ὥσπερ ἐκ προσπαίου τινὸς τύχης σὺν καιρῷ λάμψαντας, τὸ

XLIII. Respublicæ veteribus celebratæ.

XLIII. *Caput hoc cum seqq. in ed. Herv. & plerisque Codd. hunc Titulum habet:* Περὶ δυναστειῶν καὶ οἷα καλλίστη. 2. πάνυ τι *dedit Vrb. Ceteri vulgo* πάνυ τοι. *In eis, quæ præcedunt, quamvis turbata paulisper videantur, consentiunt libri.* Ibid. ἐνηλλαχέναι. ἐνηλλάχθαι *Aug.*

VI.

Reipublicæ Romanæ cum aliis, præcipue cum Laconica & Carthaginiensi, collatio.



43. Omnes fere scriptores *Respublicas virtute præstantes* memoriæ prodiderunt hasce, *Lacedæmoniorum*, *Cretensium*, *Mantinensium*, itemque *Carthaginiensium*: fuere & qui *Atheniensium* reip. ac *Thebanorum* facerent mentionem. At ego quidem illas missas facio: *Atheniensem* vero atque *Thebanam* longa disquisitione opus non habere censeo: ut quæ neque incrementa rationi congrua sunt nactæ, neque, cum floruerunt, in eo statu manserunt diu, neque mutationibus moderate factis sunt usæ. Hi enim populi, ubi repentina quadam fortuna per occasionem fulsissent, quod di-

Thebanorum resp. per se nihil præstantiæ habuit.

δὴ λεγόμενον, ἔτι δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας
εὐτυχεῖν, τῆς ἐναντίας πεῖραν εἰληφέναι μεταβολῆς.
Θηβαῖοι μὲν γὰρ, τῇ Λακεδαιμονίων ἀγνοίᾳ, καὶ τῷ 4
τῶν συμμάχων πρὸς αὐτοὺς μίσει συνεπιθέμενοι,
διὰ τὴν ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν, ἢ καὶ δευτέρου, τῶν τὰ
προειρημένα συνιδόντων, περιεποιήσαντο παρὰ τοῖς
Ἕλλησι τὴν ἐπ' ἀρετῇ φήμην. Ὅτι γὰρ οὐχ ἡ τῆς 5
πολιτείας σύστασις αἰτία τότε ἐγένετο Θηβαίοις
τῶν εὐτυχημάτων, ἀλλ' ἡ τῶν προεστώτων ἀνδρῶν
ἀρετὴ, παρὰ πόδας ἡ τύχη τοῦτο πᾶσιν ἐποίησε
δῆλον. καὶ γὰρ συνηυξήθη, καὶ συνήκμασε, καὶ συγ- 6
κατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδου
καὶ τοῦ Πελοπίδου βίῳ προφανῶς. ἐξ ὧν οὐ τὴν 7
πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας, ἡγητέον τῆς
τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπιφανείας.

Τὸ

ci ſolet, dum adhuc crederentur ſplendorem ſuum cum maxime obtinere, & in poſterum obtenturi, mutationem in contrarium ſunt experti. Nam *Thebani* quidem, ad aggrediendum Lacedæmonios occaſione uſi, quam horum ſtultitia & ſociorum in eos odium ipſis dabat, virtute unius aut alterius viri, qui ea, quæ modo dixi, intellexerant, virtutis opinionem ac famam apud Græcos ſibi pepererunt. Quod enim rebus feliciter tunc geſtis non ipſa *Reipublicæ Thebanæ* forma cauſſam præbuerit, ſed eorum virtus qui rebus præerant; e veſtigio fortuna manifeſtum omnibus fecit. Palam enim eſt, & incrementum, & florem ſuum, & finem res Thebanorum habuiſſe intra illud ſpatium temporis, quo *Epaminondas* & *Pelopidas* vixerunt. Quare ſplendorem illum ac decus, quo enituere tunc Thebani, non civitati ipſorum, ſed illis viris, par eſt adſcribere.

44. Idem

XLIV. Atheniensium resp. similis navi sine præfecto.

Τὸ δὲ παραπλήσιον καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας διαληπτέον. καὶ γὰρ αὕτη, πλεονάκις μὲν ἴσως, ἐκφανέστατα δὲ τῇ Θεμιστοκλέους ἀρετῇ συνανθήσασα, ταχέως τῆς ἐναντίας μεταβολῆς
3 ἔλαβε πεῖραν διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς φύσεως. ἀεὶ γάρ ποτε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον παραπλήσιον
4 εἶναι συμβαίνει τοῖς ἀδεσπότοις σκάφεσι. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, ὅταν μὲν ἢ διὰ πολεμίων φόβον, ἢ διὰ περίστασιν χειμῶνος, ὁρμὴ παραστῇ τοῖς ἐπιβάταις συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ κυβερ-
5 νήτῃ, γίγνεται τὸ δέον ἐξ αὐτῶν διαφερόντως. ὅταν δὲ θαῤῥήσαντες ἄρξωνται καταφρονεῖν τῶν προεστώτων, καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ μη-
6 κέτι δοκεῖν πᾶσι ταὐτά· τότε δὴ, τῶν μὲν ἔτι πλεῖν προαιρουμένων, τῶν δὲ κατεπειγόντων ὁρμίζειν τὸν κυβερνήτην, καὶ τῶν μὲν ἐκσειόντων τοὺς κάλους, τῶν δ' ἐπιλαμβανομένων, καὶ στέλλεσθαι παρακε-

XLIV. 6. *ἐκσειόντων. ἐκσυρόντων Casaub. invitis mstis.*

44. Idem & de *Republica Atheniensium* est existimandum: quæ sæpius quidem fortasse, verum excellenter tum floruit, quamdiu *Themistoclis* virtute sustentabatur; sed brevi semper, propter naturæ suæ inconstantiam, contrariam fortunam experta est. Semper enim *populus Atheniensium navibus præfecto carentibus* est *similis:* in quibus, quoties aut propter metum hostium, aut ob sævientis tempestatis periculum, vectoribus voluntas incessit in unum consentiendi & gubernatori parendi, suo quisque officio eximie funguntur omnes: postquam vero resumtis animis aspernari rectores cœperunt, &, aliis alia autumantibus, sententiis inter se diffidere; tum enimvero, ubi pars navigationem cupit persequi, pars instat acriter gubernatori ut navem aliquo ejiciat, aliis rudentes explicantibus, aliis manu in-

jecta

λευομένων, αἰσχρὰ μὲν πρόσοψις γίγνεται τοῖς ἔξω-
θεν θεωμένοις, διὰ τὴν ἐν ἀλλήλοις διαφορὰν καὶ
στάσιν· ἐπισφαλὴς δὲ ἡ διάθεσις τοῖς μετασχοῦσι
καὶ κοινωνήσασι τοῦ πλοῦ. διὸ καὶ πολλάκις, διαφυ- 7
γόντες τὰ μέγιστα πελάγη καὶ τοὺς ἐπιφανεστά-
τους χειμῶνας, ἐν τοῖς λιμέσι καὶ πρὸς τῇ γῇ ναυα-
γοῦσιν. ὃ δὴ καὶ τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ πλεο- 8
νάκις ἤδη συμβέβηκε. διωσαμένη γὰρ ἐνίοτε τὰς
μεγίστας καὶ δεινοτάτας περιστάσεις διά τε τὴν
τοῦ δήμου καὶ τὴν τῶν προεστώτων ἀρετήν, ἐν ταῖς
ἀπεριστάτοις ῥαστώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίο-
τε σφάλλεται. Διὸ καὶ περὶ μὲν ταύτης τε καὶ τῆς 9
τῶν Θηβαίων οὐδὲν δεῖ πλείω λέγειν, ἐν αἷς ὄχλος
χειρίζει τὰ ὅλα κατὰ τὴν ἰδίαν ὁρμήν, ὁ μὲν ὀξύ-
τητι καὶ πικρίᾳ διαφέρων, ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμ-
πεπαιδευμένος.

Athenis & Thebis turba hominum dominatur.

Ἐπὶ

8. σφάλλεται. *Forſ.* ἔσφαλται *legendum cum Reisk.*

jecta inhibentibus, & contrahere jubentibus; tum vero rixæ iſtæ atque turbæ & extrinſecus ſpectantibus fœdum exhibent ſpectaculum, & in periculum adducunt hos qui intus navigationem participant. Fitque adeo perſæpe, ut, qui vaſtiſſima eluctati fuerint maria & tempeſtates maxime inſignes, in ipſo portu & ad terram naufragium faciant. Quod ſane *Athenienſium* reip. ſæpius jam evenit: hæc enim, propulſatis interdum populi & principum civitatis virtute maximis graviſſimisque periculis, neſcio qua temeritate & præter omnem rationem, in facillimo rerum curſu, ubi nullum erat periculum, ſubinde impegit. Itaque de *republ. Athenienſium ac Thebanorum*, ubi proprium ſecuta impetum regit omnia atque adminiſtrat *turba hominum*, apud illos quidem præcipiti & amarulento præ ceteris ingenio præditorum, apud hos violentiæ & iræ innutritorum, nihil attinet plura proferre.

45. Nunc

Ἐπὶ δὲ τὴν Κρητῶν μεταβάντες, ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων· δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρ-
2 χουσαν ἀποφαίνουσιν. ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναί μοι
3 δοκεῖ· σκοπεῖν δ' ἐκ τούτων πάρεστι. Καὶ πρῶτον ὑπὲρ τῆς ἀνομοιότητος διέξιμεν. Τῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων πολιτείας ἴδιον εἶναί φασι, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις, ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλεῖον, ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πο-
4 λιτικῆς χώρας. δεύτερον δὲ, τὰ περὶ τὴν τοῦ διαφόρου τίμησιν· ἧς εἰς τέλος ἀδοκίμου παρ' αὐτοῖς ὑπαρχούσης, ἄρδην ἐκ τῆς πολιτείας ἀνῃρῆσθαι συμβαίνει τὴν περὶ τὸ πλεῖον καὶ τοὔλαττον φιλοτιμίαν.

XLV. Cretensium respublica perperam confertur cum Laconica.

Instituta Laconica.

XLV. 3. *διέξιμεν. διέξειμεν Aug. διεξίωμεν Reg. E.* 4. *τίμησιν. κτῆσιν Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon.*

45. Nunc ad *Cretensium remp.* conversa oratione, duo circa illam considerare nos operæ pretium fuerit, quæ sunt ab eruditissimis scriptoribus antiquis prodita, *Ephoro, Xenophonte, Callisthene, Platone:* qui illud primo dixerunt, *similem hanc esse atque adeo eamdem cum Spartana;* deinde *laude dignam* pronuntiarunt. Quorum neutrum mihi quidem videtur esse verum: ceterum ex iis, quæ dicemus, erit uniuscujusque æstimatio. Ac primum quidem *de dissimilitudine* agemus. Nempe *Lacedæmoniorum* reipub. proprium esse ajunt, primum illud circa *fundorum possessiones*, quod in ea parte nemo alium superat, sed omnes cives æqualem publici agri modum necesse est obtinere. Alterum est circa *pecuniæ* & divitiarum æstimationem: nam quum apud illos omnis pecuniæ auctoritas esset ademta; evenit, ut contentio illa funditus e civitate deleretur, quæ ex eo solet manare, quod plus minusve aliquis possideat. Tertio, apud Lace-

τρίτον, παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ μὲν βασιλεῖς ἀΐδιους ἔχουσι τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ προσαγορευόμενοι Γέροντες διὰ βίου, δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν.

XLVI. Contraria instituta Cretensium.

XLVI. Παρὰ δὲ Κρηταιεῦσι πάντα τούτοις ὑπάρχει τἀναντία· τήν τε γὰρ χώραν κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἐφιᾶσιν οἱ νόμοι, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς ἄπειρον κτᾶσθαι· τό τε διάφορον ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς ἐπὶ 2
τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον ἀναγκαίαν, ἀλλὰ καὶ καλλίστην εἶναι δοκεῖν τὴν τούτου κτῆσιν. καθόλου δ' ὁ 3
περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος. καὶ μὴν τὰ κατὰ τὰς ἀρχὰς 4
ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι, καὶ δημοκρατικὴν ἔχει διάθεσιν. Ὥστε πολλάκις διαπορεῖν, πῶς ἡμῖν περὶ 5
τῶν τὴν ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων, ὡς οἰκείων καὶ συγγενῶν

XLVI. 1. Κρηταιεῦσι. Κρησὶ Reg. D. E. Oxon. & sic iidem deinde. 3. καθόλου δ' ὁ. καθόλου θ' ὁ Aug. 5. τὴν ἐναντίαν. ἐναντίαν τὴν φύσιν Reg. E.

Lacedæmonios *reges* liberique ipsorum perpetuum imperium habent; qui vero dicuntur *Senes*, quoad vivunt: atque isti sunt, quorum auspiciis & consiliis publica omnia negotia tractantur.

46. Atqui apud *Cretenses* contraria horum sunt omnia. Nam & *agri* modum pro cujusque viribus producere in infinitum, quod ajunt, per leges cuique licet: & *pecunia* apud hos adeo fit magni, ut non solum necessaria, verum etiam honestissima censeatur ejus acquisitio. Denique sordidi avarique mores adeo apud illos obtinent, ut ex omnibus hominibus solos *Cretenses* sit invenire, apud quos nullum lucrum turpe censeatur. Accedit, quod *magistratus* in *Creta* sunt annui, & facies reipubl. popularem statum refert. Itaque sæpe nobis in mentem venit dubitare, quomodo res, contrariam naturam sortitas, prodiderint esse adfines

6 γενῶν ὄντων ἀλλήλοις, ἐξηγγέλκασι. Καὶ χωρὶς τοῦ Resp. Cretensium dissimilis Laconicæ.
παραβλέπειν τὰς τηλικαύτας διαφορὰς, καὶ πο-
λὺν δή τινα λόγον ἐν ἐπιμέτρῳ διατίθενται, φάσκον-
τες, τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων τὰ συνέ-
7 χοντα τεθεωρηκέναι· δυοῖν γὰρ ὄντων, δι᾽ ὧν σώζε-
ται πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀν-
δρείας, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας· ἀνῃ-
ρηκότα τὴν πλεονεξίαν, ἅμα ταύτῃ συνανῃρηκέναι
8 πᾶσαν ἐμφύλιον διαφορὰν καὶ στάσιν· ᾗ καὶ Λακε-
δαιμονίους, ἐκτὸς ὄντας τῶν κακῶν τούτων, κάλλι-
στα τῶν Ἑλλήνων τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύε-
9 σθαι καὶ συμφρονεῖν ταὐτά. Ταῦτα δ᾽ ἀποφηνά-
μενοι, καὶ θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως Κρηταιεῖς διὰ
τὴν ἔμφυτον σφίσι πλεονεξίαν ἐν πλείσταις ἰδίᾳ
καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι καὶ φόνοις καὶ πολέμοις
ἐμφυλίοις ἀναστρεφομένους, οὐδὲν οἴονται πρὸς σφᾶς

 εἶναι·

7. πολεμίους. πολέμους *Aug.* 9. ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν *ex conject. edidit Casaubonus. Libri omnes* ἐν πλείσταις δὲ κατὰ κοινὸν, *excepto Reg. E. in quo est* ἐν πλείσταις κατὰ κοινόν.

fines inter se atque conjunctas. Qui præter illud, quod tantas hasce diversitates non animadverterunt, longa insuper oratione disputant, dicentes, *solum inter omnes mortales Lycurgum, quæ essent præcipua, vidisse. Quum enim omnis civitas duobus hisce contineatur, fortitudine adversus hostes, consensu inter cives: Lycurgum,* ajunt, *cum avaritiam sustulisset, omnem simul domesticam dissensionem ac seditionem de republica sustulisse: ac propterea Lacedæmonios, hac peste liberatos, rempublicam omnium Græcorum optimam habere, & concordiam inter se colere.* Quæ ubi pronuntiarunt, quum ex comparatione intelligant, *Cretenses*, ob insitam animis ipsorum avaritiam, inter privatas discordias & publicas seditiones cædes ac bella civilia plurimum versari; nihil tamen hoc ad se putant pertinere: audent-

Resp. Cretensium dissimilis Laconicæ.

εἶναι· θαῤῥοῦσι δὲ λέγειν, ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν πολιτευμάτων. Ὁ δ' Ἔφορος, χωρὶς τῶν ὀνομάτων, 10 καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς, ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας ἐξήγησιν· ὥστε, εἴ τις μὴ τοῖς κυρίοις ὀνόμασι προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν δύνασθαι διαγνῶναι, περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διήγησιν. ἣ μὲν οὖν μοι δοκοῦσι διαφέ- 11 ρειν ἀλλήλων, ταῦτά ἐστι· ἣ δὲ πάλιν οὔτ' ἐπαινετὴν, οὔτε ζηλωτὴν ἡγούμεθ' εἶναι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν, νῦν ἤδη διέξιμεν.

XLVII. Cretica reip. forma minime laudanda.

Ἐγὼ γὰρ οἶμαι, δύο ἀρχὰς εἶναι πάσης πολιτείας, δι' ὧν αἱρετὰς ἢ φευκτὰς συμβαίνει γίγνεσθαι τάς τε δυνάμεις αὐτῶν καὶ τὰς συστάσεις· αὗται δ' εἰσὶν ἔθη, καὶ νόμοι. ὧν τὰ μὲν αἱρετὰ, 2 τούς τε κατ' ἰδίαν βίους τῶν ἀνθρώπων ὁσίους ἀποτελεῖ καὶ σώφρονας, τό τε κοινὸν ἦθος τῆς πόλεως ἥμερον ἀπεργάζεται καὶ δίκαιον· τὰ δὲ φευκτὰ, τοὐναν-

10. προσέχοι. *Vulgo* προσέχει. 11. ἣ μὲν. οἷς μὲν *Herv. Regii, Med. Oxon. & ora Aug. antiq. manu.*
XLVII. 2. ὧν τὰ μὲν. ὧν *abest vulgo: adjeci ex Reiskii conjectura.*

audentque affirmare, *similes esse invicem hasce respublicas. Ephorus* vero in describenda utraque republica iisdem etiam verbis est usus, propriis dumtaxat nominibus exceptis; ad quæ si quis minus attenderit, de utra loquatur, dignoscere nullo modo queat. Et differentiæ quidem inter illas mihi videntur esse istæ. At cur *neque laudatione dignam, neque æmulatione Creticam reipubl. formam* judicem, nunc exponam.

47. Ego enim duo principia sive fundamenta esse autumo cujuslibet reipublicæ, propter quæ forma illius & constitutio vel optanda censeri debeat, vel fugienda. Ea sunt *mores, & leges.* Et optanda quidem illa sunt, quæ & civis cujusque vitam privatim sanctam reddunt & castam, & publica civitatis instituta mansueta atque justa:

3 τοὐναντίον. ὥσπερ οὖν, ὅταν τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νόμους κατίδωμεν παρά τισι σπουδαίους ὑπάρχοντας, θαῤῥοῦντες ἀποφαινόμεθα, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκ τούτων ἔσεσθαι καὶ τὴν τούτων πολιτείαν σπουδαίαν·

Cretica reip. forma minime laudanda.

4 οὕτως, ὅταν τούς τε κατ᾽ ἰδίαν βίους τινῶν πλεονεκτικοὺς, τάς τε κοινὰς πράξεις ἀδίκους θεωρήσωμεν, δῆλον, ὡς εἰκὸς λέγειν, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰ κατὰ μέρος ἤθη καὶ τὴν ὅλην πολιτείαν αὐτῶν εἶναι
5 φαύλην. Καὶ μὴν οὔτε κατ᾽ ἰδίαν ἤθη δολιώτερα Κρηταιέων εὕροι τις ἂν, πλὴν τελέως ὀλίγων· οὔτε
6 κατὰ λόγον ἐπιβολὰς ἀδικωτέρας. διόπερ οὔθ᾽ ὁμοίαν αὐτὴν ἡγούμενοι τῇ Λακεδαιμονίων, οὔτε μὴν ἄλλως αἱρετὴν, οὔτε ζηλωτὴν, ἀποδοκιμάζομεν ἐκ
7 τῆς προειρημένης συγκρίσεως. Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν δίκαιον παρεισαγαγεῖν· ἐπειδὴ καὶ

Platonis respublica.

4. τοὺς νόμους καὶ τὰ κατὰ. *Sic Aug. Reg. E. & Vrsin.* ταὺς νόμους κεῖσθαι τὰ κατὰ *Herv. Med.* τοὺς νόμους κεῖται τὰ κατὰ *Vrb. Reg. D. Oxon. Hinc Casaubonus ex conjectura fecit* ταὺς νόμους κεῖσθαι κακοὺς, καὶ τὰ κατὰ. 5. κατὰ λόγον. *Sic libri omnes ante Casaub. qui in* καθόλου *mutavit, & exposuit* publica consilia. *Equidem* κατὰ κοινὸν *malim.* κατὰ πόλεμον *suspicatus erat Reisk.*

sta: fugienda vero, quæ præstant contrarium. Quemadmodum igitur, quoties in aliquo populo mores legesque laudabiles vigere videmus, cives etiam & ipsam rempub. fore laudabilem non dubitamus affirmare: sic cum alibi & privatorum vitam avaritiæ deditam, & actiones publicas injustas observaverimus; quis dubitat, merito dici posse, & leges apud ipsos, & mores singulorum, & universam remp. esse vituperabilem? Atqui neque civium *ingenia* magis *veteratoria*, quam *Cretensium*, ullo invenias loco, si excipias oppido pauca; neque proinde consilia & facta iniquiora. Idcirco, qui nec similem eam Spartanæ judicemus, neque aliâs dignam laude aut æmulatione, ex instituta comparatione eam explodimus. Sed nec *Platonis rempublicam* (nam & hanc philosophi nonnulli dilaudant) ad comparationem addu-

Platonis respublica.

καὶ ταύτην τινὲς τῶν φιλοσόφων ἐξυμνοῦσιν. ὥσπερ 8
γὰρ οὐδὲ τῶν τεχνιτῶν ἢ τῶν ἀθλητῶν τούς γε μὴ
νενεμημένους, ἢ σεσωμασκηκότας, παρίεμεν εἰς τοὺς
ἀθλητικοὺς ἀγῶνας· οὕτως οὐδὲ ταύτην χρὴ παρ-
εισαγαγεῖν εἰς τὴν τῶν πρωτείων ἅμιλλαν, ἐὰν μὴ
πρότερον ἐπιδείξηταί τι τῶν ἑαυτῆς ἔργων ἀληθι-
νῶς. μέχρι δὲ τοῦ νῦν παραπλησίως ἂν ὁ περὶ αὐ- 9
τῆς φανείη λόγος, ἀγομένης εἰς σύγκρισιν πρὸς τὴν
Σπαρτιατῶν καὶ Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολι-
τείαν, ὡς ἄν, εἰ τῶν ἀγαλμάτων τις ἓν προθέμενος,
τοῦτο συγκρίνοι τοῖς ζῶσι καὶ πεπνυμένοις ἀνδρά-
σιν. καὶ γὰρ ἂν ὅλως ἐπαινετὸν ὑπάρχῃ κατὰ τὴν 10
τέχνην, τήν γε σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύ-
χοις ἐνδεῆ καὶ τελείως ἀπεμφαίνουσαν εἰκὸς προσ-
πίπτειν τοῖς θεωμένοις.

Διόπερ

8. *νενεμημένους. νενικημένους Reg. E.* Ibid. *ἀθλητικοὺς. κτητικοὺς Reg. D. Oxon.* Ibid. *οὕτως οὐδὲ ταύτην. οὕτως, quod abest vulgo, adſcivi ex Reg. E.* Ibid. *ἀληθινῶς. ἀληθινῶν puto legendum.* 9. *παραπλησίως. παραπλήσιος utique malim.* Ibid. *ἀγομένης. Vulgo alii ἀγόμενος.* 10. *τήν γε. τήν γε μὴν σύγκρ. Aug.*

adducere aequum fuerit. Vt enim artifices aut athletas, qui recepti in album non fuerint, neque ad id corpus præparaverint, ad athleticos agones & certamina non admittimus: ſic neque hæc resp. admitti debet ad contendendum cum ceteris de principe loco, niſi prius aliquod opus ſuum re ipſa demonſtraverit. Vt enim res ſe habet ad hunc usque diem, ſi quis, quæ de illa ſunt ſcripta, contendere inſtituerit cum Spartanorum, Romanorum & Carthaginienſium rebuspublicis, perinde videri debebit, ac ſi quis ſtatuam aliquam deligat, & cum vivis ſpirantibusque hominibus eam comparet. Licet enim, ad artem quod attinet, laudem omni ex parte ſtatua illa mereatur; comparationem tamen rerum inanimatarum cum animatis imperfectam ac prorſus diſſentaneam viſum iri ſpectantibus neceſſe eſt.

48. Quare

XLVIII. Reip. Laconicæ laudes.

Διόπερ ἀφέμενοι τούτων, ἐπὶ τὴν Λακωνικὴν
2ἐπάνιμεν πολιτείαν. Δοκεῖ δή μοι Λυκοῦργος πρὸς
μὲν τὸ σφίσιν ὁμονοεῖν τοὺς πολίτας, καὶ πρὸς τὸ
τὴν Λακωνικὴν τηρεῖν ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ τὴν ἐλευθε-
ρίαν διαφυλάττειν τῇ Σπάρτῃ βεβαίως, οὕτω νενο-
μοθετηκέναι καὶ προνενοῆσθαι καλῶς, ὥστε θειοτέ-
ραν τὴν ἐπίνοιαν ἢ κατ' ἄνθρωπον αὐτοῦ νομίζειν.
3ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰς κτήσεις ἰσότης, καὶ περὶ τὴν
δίαιταν ἀφέλεια καὶ κοινότης, σώφρονας μὲν ἔμελλε
τοὺς κατ' ἰδίαν βίους παρασκευάζειν, ἀστασίαστον
δὲ τὴν κοινὴν παρέξεσθαι πολιτείαν· ἡ δὲ πρὸς τοὺς
πόνους καὶ πρὸς τὰ δεινὰ τῶν ἔργων ἄσκησις, ἀλ-
4κίμους καὶ γενναίους ἀποτελέσειν ἄνδρας. ἑκατέρων
δὲ τούτων ὁμοῦ συνδραμόντων εἰς μίαν ψυχὴν ἢ πό-
λιν, ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, οὔτ' ἐξ αὐτῶν φῦναι
κακίαν εὐμαρές, οὔθ' ὑπὸ τῶν πέλας χειρωθῆναι
5ῥᾴδιον. Διόπερ οὕτω καὶ διὰ τούτων συστησάμενος
τὴν

XLVIII. 1. ἐπάνιμεν. ἐπάνειμεν *Aug.*

48. Quare his omiſſis, *ad Laconicam Rempublicam* iterum orationem convertimus. Igitur quod *ad concordiam inter cives ſervandam, & finibus Laconicæ ſecuritatem præſtandam*, ad hæc *libertatem tuto Spartæ conſervandam,* puto equidem, *Lycurgum* eas *leges* tuliſſe, & omnibus prudenter proſpexiſſe adeo præclare, ut inventum divinius cenſeam, quam ut ab homine ſit profectum. Aequalitas enim illa in poſſeſſionibus fundorum, & victus ille facilis ſimplexque ac communis, ut *temperantem vitam* cives inſtituerent, erat effecturus, & ut in repub. *nulla ſeditio* cooriretur: exercitatio vero in laboribus, & in periculoſis factis, *fortes ac generoſos* viros erat redditura. Quæ res ſi ambæ ſimul in eamdem mentem aut civitatem concurrerint, *fortitudo*, inquam, *& temperantia;* non facile eſt, ut aut vitium intrinſecus naſcatur, aut ut externa vi domita jugo cujuſquam ſubjiciatur. Quum igitur hoc modo & rationibus

τὴν πολιτείαν, βεβαίαν μὲν τῇ συμπάσῃ Λακωνικῇ παρεσκεύασε τὴν ἀσφάλειαν· πολυχρόνιον δὲ τοῖς Σπαρτιάταις αὐτοῖς ἀπέλιπε τὴν ἐλευθερίαν.

Reip. Laconicæ incommoda.

Πρὸς μέν τοί γε τὴν τῶν πέλας κατάκτησιν καὶ 6
πρὸς ἡγεμονίαν, καὶ καθόλου πρὸς πραγμάτων ἀμφισβήτησιν, οὔτ' ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτ' ἐν τοῖς ὅλοις δοκεῖ μοι προνοηθῆναι καθάπαξ οὐδέν. λοιπὸν 7
ἦν, τοιαύτην τινὰ παρεισαγαγεῖν τοῖς πολίταις ἀνάγκην, ἢ πρόθεσιν, δι' ἧς ὥσπερ καὶ περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους αὐτάρκεις αὐτοὺς παρεσκεύασε καὶ λιτοὺς, οὕτω καὶ τὸ κοινὸν ἔθος τῆς πόλεως αὐταρκες ἔμελλε γίγνεσθαι καὶ σῶφρον. νῦν δ', ἀφιλοτιμο- 8
τάτους καὶ νουνεχεστάτους ποιήσας περί τε τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰ τῆς σφετέρας πόλεως νόμιμα, πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας φιλοτιμοτάτους καὶ φιλαρχοτάτους καὶ πλεονεκτικωτάτους ἀπέλιπε.

Τοῦτο

6. *ἡγεμονίαν. ἡγεμονείαν Aug.* 7. *λοιπὸν ἦν ex conject poſui. Vulgo omnes Λοιπὸν, ἢ τοιαύτην τινὰ παρεισαγαγεῖν δεῖ τοῖς πολίταις. Delevi δεῖ, pro quo ἔδει ſaltem oportuerat.*

nibus hiſce civitatem fundaſſet; cum Laconicæ univerſæ ſecuritatem firmam paravit, tum Spartanis ipſis libertatem diuturnam reliquit. Ceterum ad parandum ſibi in vicinos dominatum, & ad principatum, atque omnino ad diſceptationes de propagando imperio, prorſus nihil quidquam neque in partibus reip. neque in ſumma illius inſtituenda, videtur providiſſe. Itaque illud reſtabat, ut civibus ejusmodi neceſſitatem imponeret, aut voluntatem animis ingeneraret, ut, quemadmodum in vitæ privatæ ratione, præſenti ſorte contentos ac frugi homines eſſe ipſos condocefecerat, ſic & publicos civitatis mores efficeret moderatos & fortuna ſua contentos. Nunc vero, quum ad vitam quod attinet privatam, & publica etiam inſtituta inter ipſos, ab omni ambitione alieniſſimos & prudentiſſimos eos reddidiſſet; adverſus reliquos Græcos & ambitioſiſſimos eos reliquit, & dominandi ac diteſcendi ex alieno cupidiſſimos.

49. Nam

XLIX. Reip. Laconicæ incommoda.

Τοῦτο μὲν γὰρ τίς οὐκ οἶδε, διότι πρῶτοι σχε-
δὸν τῶν Ἑλλήνων, ἐπιθυμήσαντες τῆς τῶν ἀστυγει-
τόνων χώρας διὰ πλεονεξίαν, ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ
2 Μεσσηνίοις πόλεμον ἐξήνεγκαν; τοῦτο δὲ τίς οὐχ
ἱστόρηκεν, ὡς διὰ φιλονεικίαν ἐνόρκους σφᾶς ἐποίη-
σαν, μὴ πρόσθεν λύσειν τὴν πολιορκίαν, πρὶν ἢ κα-
3 τὰ κράτος ἑλεῖν τὴν Μεσσήνην; Καὶ μὴν τοῦτο γνώ-
ριμον ὑπάρχει πᾶσιν, ὡς διὰ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησιν
φιλαρχίαν, οὓς ἐνίκησαν μαχόμενοι, τούτοις αὖθις
4 ὑπέμειναν ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. ἐπιπορευομέ-
νους μὲν γὰρ τοὺς Πέρσας ἐνίκων, διαγωνιζόμενοι
5 περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας· ἐπανελθοῦσι δὲ
καὶ φυγοῦσιν προὔδωκαν ἐκδότους τὰς Ἑλληνίδας
πόλεις κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην,
χάριν τοῦ χρημάτων εὐπορῆσαι πρὸς τὴν κατὰ τῶν
6 Ἑλλήνων δυναστείαν. ὅτε δὴ καὶ τὸ τῆς νομοθεσίας
ἐλλι-

XLIX. 3. *τούτοις αὖθις Aug. Regii & Oxon. τούτοις αὖτις Herv. Vrb. Sed τούτοις αὐτοῖς ora Herv. quod in context. recepit Casaub.*

49. Nam quis eſt, quin ſciat, primos ex omnibus Græcis *Spartanos*, cupiditate inflammatos vicini agri, propter avaritiam eo conſilio *Meſſeniis* bellum indixiſſe, ut victos ſub haſta venderent? Quis item eſt, qui ex hiſtoria non didicerit, eam fuiſſe tum pertinaciam Spartanorum, ut jurejurando fidem obſtringerent, non prius ab obſidione diſceſſuros, quam per vim Meſſenen expugnaſſent? Iam vero & illud notum eſt omnibus, ipſos præ cupiditate dominandi Græcis, dicto rurſus audientes fuiſſe his quos pugnando vicerant. *Perſas* namque, Græciam invadentes, ipſi pro libertate dimicantes vicerunt: iisdem tamen Perſis, in patriam ex fuga reverſis, iidem *Spartani* urbes Græcorum a ſe proditas pace *Antalcidica* tradiderunt; idque eo fecerunt conſilio, ut pecuniarum copiam haberent ad ſubjiciendos dominatui ſuo Græcos. Quo quidem tempore

Reip. Laconicæ incommoda.

ἐλλιπὲς συνώφθη παρ᾽ αὐτοῖς. ἕως μὲν γὰρ τῆς τῶν 7
ἀστυγειτόνων, ἔτι δὲ τῆς Πελοποννησίων αὐτῶν ἀρ-
χῆς ἐφίεντο· συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς
αὐτῆς ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις, προχείρους μὲν
ἔχοντες τὰς τῶν ἐπιτηδείων παρασκευὰς, ταχείας
δὲ ποιούμενοι τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ πα-
ρακομιδάς. ἐπεὶ δὲ στόλους μὲν ἐπεβάλλοντο κατὰ 8
θάλατταν ἐκπέμπειν, στρατεύειν δὲ πεζικοῖς στρα-
τοπέδοις ἔξω Πελοποννήσου· δῆλον, ὡς οὔτε τὸ νό-
μισμα τὸ σιδηροῦν, οὔθ᾽ ἡ τῶν ἐπετείων καρπῶν ἀλ-
λαγὴ πρὸς τὰ λείποντα τῆς χρείας ἔμελλεν αὐτοῖς
ἐξαρκεῖν κατὰ τὴν Λυκούργου νομοθεσίαν. προσεδεῖ- 9
το γὰρ τὰ πράγματα κοινοῦ νομίσματος, καὶ ξενι-
κῆς παρασκευῆς. Ὅθεν ἠναγκάσθησαν ἐπὶ θύρας 10
μὲν πορεύεσθαι τὰς Περσῶν, φόρους δὲ τοῖς νησιώταις
ἐπιτάττειν, ἀργυρολογεῖν δὲ πάντας τοὺς Ἕλληνας·
γνόντες,

6. ἐλλιπὲς. ἐλλειπὲς *Aug. Reg. D. Oxon.* 7. ἐπαρκείαις. ἐπαρκίαις *Reg. E.*

pore ſatis apparuit, qua parte manca eſſet inſtitutio ipſorum reipublicæ. Quamdiu enim finitimorum populorum atque ſolius Peloponneſi imperium affectabant; ſufficiebant ipſis copiæ atque commeatus ex ſolo Laconico agro, quum & haberent ad manum rerum neceſſariarum apparatus, & brevi tempore vel domum ipſi repetere, vel res neceſſarias advehendas curare poſſent. Vbi vero per mare claſſes emittere, ac terra expeditiones extra Peloponneſum ſuſcipere cœperunt; tum nimirum apparuit, neque ferream illam pecuniam, neque annuorum fructuum permutationem cum ceteris rebus quibus indigerent, *Lycurgi* legibus introductam, poſſe illis ſufficere. Erat enim opus ad res gerendas communi pecunia, & copiis ab exteris regionibus comparatis. Quare ad colendas fores regis Perſarum coacti ſunt ſe conferre, inſulanis tributa imperare, ex omnibus denique Græcis pecuniam corrogare; intelligentes

γνόντες, ὡς οὐχ οἷόν τε, κατὰ τὴν Λυκούργου νομο-
θεσίαν, οὐχ ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἀλλ'
οὐδὲ πραγμάτων ἀντιποιεῖσθαι τὸ παράπαν.

Τίνος οὖν χάριν εἰς ταῦτα παρεξέβην; ἵνα γέ- L. Reip. Laconicæ commoda,
νηται δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων συμφανὲς, ὅτι
πρὸς μὲν τὸ τὰ σφέτερα βεβαίως διαφυλάττειν,
καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τηρεῖν, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ
2 τοῦ Λυκούργου νομοθεσία. καὶ τοῖς γε τοῦτο τὸ τέ-
λος ἀποδεχομένοις τῆς πολιτείας συγχωρητέον, ὡς
οὔτε ἐστὶν, οὔτε γέγονεν οὐδὲν αἱρετώτερον τοῦ Λα-
3 κωνικοῦ καταστήματος καὶ συντάγματος. εἰ δέ τις & incommoda.
μειζόνων ἐφίεται, κἀκείνου κάλλιον καὶ σεμνότερον
εἶναι νομίζει τὸ πολλῶν μὲν ἡγεῖσθαι, πολλῶν δ' ἐπι-
κρατεῖν καὶ δεσπόζειν, πάντας δ' εἰς αὐτὸν ἀπο-
4 βλέπειν, καὶ νεύειν πρὸς αὐτόν· τῇ δέ πῃ συγχω-
ρητέον, τὸ μὲν Λακωνικὸν ἐνδεὲς εἶναι πολίτευμα,
τὸ

10. ἡγεμονίας. ἡγεμονείας *Aug.*
L. 1 συμφανὲς. ἐμφανὲς *Aug.* Ibid. ἡ τοῦ Λυκούργου. *Abest* τοῦ *a* *V.b. Aug. Reg. iis* & *Oxon.* 2 καταστήματος. πολιτεύματος *Oxon.* 3. κἀκείνου κἀκεῖνος *mendose Aug.* & κἀκεῖνοι *V.b.* *Sed* κἀκεῖνο *Reg. D. E.*

gentes nempe, si Lycurgi legibus starent, nullam omnino rerum gerendarum fore sibi facultatem, nedum ut Græcorum imperium possent sibi vindicare.

50. Sed quorsum hæc a proposito digressio? Vt rebus ipsis attestantibus docerem, institutam a *Lycurgo* remp. ad propriorum finium tuitionem, libertatisque conservationem abunde sufficere. Atque adeo iis, qui reipublicæ hunc finem probarit, debemus concedere, nullam esse aut fuisse umquam ullius civitatis compositionem aut ordinationem, quam Laconicæ jure possis anteponere. Quod si quis vero majora moliatur, & eo quem diximus fine pulcrius ac gloriosius ducat, præesse multis, late imperare & dominari, eum denique esse se, ad quem omnes respiciant & inclinent: tum enimvero fatendum est, *Laconicam reip. formam* esse *imperfectam*, & longe

τὸ δὲ Ῥωμαίων διαφέρειν, καὶ δυναμικωτέραν ἔχειν
τὴν σύστασιν. Δῆλον δὲ τοῦτ᾽ ἐξ αὐτῶν γέγονε τῶν 5
πραγμάτων. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ, ὁρμήσαντες
ἐπὶ τὸ κατακτᾶσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν,
ταχέως ἐκινδύνευσαν καὶ περὶ τῆς σφετέρας ἐλευ-
θερίας· Ῥωμαῖοι δὲ, τῆς Ἰταλιωτῶν αὐτῶν ἐπιλα- 6
βόμενοι δυναστείας, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ὑφ᾽
ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην· οὐ μικρὰ πρὸς
τὸ καθικέσθαι τῆς πράξεως ταύτης συμβαλλομένης
αὐτοῖς τῆς εὐπορίας καὶ τῆς ἑτοιμότητος, τῆς κα-
τὰ τὰς χορηγίας.

LI. Respub. Carthaginienfium.

Τὸ δὲ Καρχηδονίων πολίτευμα, τὸ μὲν ἀνέκα-
θέν μοι δοκεῖ καλῶς κατά γε τὰς ὁλοσχερεῖς δια-
φορὰς συνεστάσθαι. καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ᾽ 2
αὐτοῖς, καὶ τὸ Γερόντιον εἶχε τὴν ἀριστοκρατικὴν
ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων
αὐτῷ·

5. ἡγεμονίαν. ἡγεμονείαν *Aug.* ἀρχὴν *Regii, Oxon.* & *ora Herv.*
LI. 1. συνεστᾶσθαι. συνεστάναι *Reg. D. Oxon.* καθεστάναι *Reg. E.* & *ora Herv.* 2. Γερόντιον. γεροντικὸν *Reg. E.* & *ora Aug. ant. manu.*

longe præftare Romanam, ejusque conftitutionem ad vires parandas & imperium effe aptiorem. Id vero ex ipfis rebus palam eft factum. *Lacedæmonii* enim, quum ad occupandum Græciæ imperium fe accinxiffent, mox etiam libertatis propriæ periculum adierunt. At *Romani*, populorum ipfius Italiæ dominationem femel nacti, brevi tempore orbem terrarum fui juris fecerunt; non mediocriter hoc uno adjuti ad perficiendum iftud inceptum, quod rerum omnium copia abundabant, facillimeque cuncta eis fubminiftrabantur.

51. Iam *Carthaginienfium rempublicam* equidem puto, ad fummas illas differentias quod attinet, præclare fuiffe initio conftitutam. Nam & *reges* apud illos erant, & *fenatus* optimatibus convenientem potentiam habebat, & *populus* quoque poteftatem habuit rerum nonnullarum, quæ ad ejus curam pertinebant: fumma denique refp.

αὐτῷ· καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἁρμογὴν εἶχε πα-
3 ραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων καὶ Λακεδαιμονίων. Κατά
γε μὴν τοὺς καιροὺς τούτους, καθ' οὓς εἰς τὸν Ἀν-
νιβιακὸν ἐνέβαινε πόλεμον, χεῖρον ἦν τὸ Καρχηδο-
4 νίων, ἄμεινον δὲ τὸ Ῥωμαίων. Ἐπειδὴ γὰρ παντός
καὶ σώματος καὶ πολιτείας καὶ πράξεώς ἐστί τις
αὔξησις κατὰ φύσιν, μετὰ δὲ ταύτην ἀκμὴ, κἄ-
πειτα φθίσις, κράτιστα δ' αὐτῶν ἐστὶ πάντα τὰ
κατὰ τὴν ἀκμήν· παρὰ τοῦτο καὶ τότε διέφερεν
5 ἀλλήλων τὰ πολιτεύματα. καθ' ὅσον γὰρ ἡ Καρ-
χηδονίων πρότερον ἴσχυε, καὶ πρότερον εὐτύχει τῆς
Ῥωμαίων, κατὰ τοσοῦτον ἡ μὲν Καρχηδὼν ἤδη τότε
παρήκμαζεν· ἡ δὲ Ῥώμη μάλιστα τότ' εἶχε τὴν

Incrementum, vigor, senectus rerumpubl.

3. Ἀννιβιακὸν ἐνέβαινε. Ἀννιβαϊκὸν & ἀνέβαινε Reg. E. Ἀννιβικὸν ἐνέβ. Reg. D. Oxon. Ibid. χεῖρον ἦν. In χεῖρον cum editis consentit (ni fallor) codex Med. Sed abest illud vocab. ab Vrb. Aug. Regiis & Oxon. Hinc ora Aug. (ab antiqua manu) exhibet verba μὲν καλὸν, inserenda post ἦν, & sic Reg. E. in contextu habet ἦν μὲν καλὸν τὸ Καρχ. Sed ora Herv. ἦν τοῦ τῶν Καρχ. ἄμεινον τὸ Ῥωμ. 4. καὶ πράξεως. An καὶ τάξεως, constitutionis? Ibid. μετὰ δὲ ταύτην. ταῦτ' Reg. E. ταῦτα Reg. D. 5. παρήκμαζεν. Vulgo παρήκμασεν.

resp. simili modo concinnata compactaque apud hos fuit, atque apud Romanos & Lacedæmonios. Verum enim vero ea tempestate, qua *bellum Hannibalicum* resp. Carthaginiensis suscepit, deterior illorum, potior Romanorum erat conditio. Nam quum sit cujuslibet corporis, civitatis, aut actionis, naturale aliquod *crescendi tempus*, *dein florem* statumque suum *obtinendi*, ac demum *vergendi ad interitum;* sitque ita natura comparatum, ut tum maxime quæque vigeant, quando in illo perfecto suo sunt statu: hac ipsa ex parte discrimen tunc inter illas obtinuit civitates. Quanto namque citius Carthaginiensis & prius, quam Romana, suum illum præcipuum florem ac felicitatem fuerat adepta: tanto magis *Carthago* quidem jam tum deflorebat & quasi *senescebat; Roma* vero, integra vigente reipublicæ forma,

Incrementum, vigor, senectus rerumpubl.

ἀκμὴν, κατά γε τὴν τῆς πολιτείας σύστασιν. διὸ 6
καὶ τὴν πλείστην δύναμιν ἐν τοῖς διαβουλίοις παρὰ
μὲν Καρχηδονίοις ὁ δῆμος ἤδη μετειλήφει, παρὰ δὲ
Ῥωμαίοις ἀκμὴν εἶχεν ἡ σύγκλητος. ὅθεν, παρ' οἷς 7
μὲν τῶν πολλῶν βουλευομένων, παρ' οἷς δὲ τῶν ἀρί-
στων, κατίσχυε τὰ Ῥωμαίων διαβούλια περὶ τὰς
κοινὰς πράξεις. ἢ καὶ, πταίσαντες τοῖς ὅλοις, τῷ 8
βουλεύεσθαι καλῶς τέλος ἐπεκράτησαν τῷ πολέμῳ
τῶν Καρχηδονίων.

LII. Pœni re nautica præstant.

Τά γε μὴν κατὰ μέρος, οἷον εὐθέως τὰ πρὸς
τὰς πολεμικὰς χρείας, τὸ μὲν πρὸς τὰς κατὰ
θάλατταν, ὅπερ εἰκὸς, ἄμεινον ἀσκοῦσι καὶ παρα-
σκευάζονται Καρχηδόνιοι· διὰ τὸ καὶ πάτριον αὐ-
τοῖς ὑπάρχειν ἐκ παλαιοῦ τὴν ἐμπειρίαν ταύτην,
καὶ θαλαττουργεῖν μάλιστα πάντων ἀνθρώπων.
Τὸ δὲ περὶ τὰς πεζικὰς χρείας, πολὺ δή τι Ῥω- 2
μαῖοι

8. ἢ καὶ. οἳ καὶ *Aug. ut voluit Vrsin. ex conject.*

LII. 1. πρὸς τὰς κατὰ θάλ. *Vulgo* πρὸς τὰ κ. θ.

cum maxime *florebat.* Ideo etiam in rerum deliberationibus apud Carthaginienses quidem plurimam populus auctoritatem sibi jam vindicaverat, quæ apud Romanos illibata penes senatum adhuc erat. Ex quo factum, ut, illic plebe de omnibus consultante, hic vero civium optimo quoque, vincerent in rebus publice gestis Romanorum consilia: qui etiam eamdem ob caussam, quamvis penitus attritæ eorum res fuissent, tamen, quia recte utebantur consiliis, ad extremum bello Carthaginienses superarunt.

52. Iam si particulatim singula consideremus, verbi gratia, quæ ad bellicos usus spectant: *res nauticas*, uti par est, melius exercent meliusque ad eas se comparant *Carthaginienses;* ut qui hanc scientiam jam olim a majoribus suis acceperint, & qui usu majore navigandi ceteris mortalibus longe præstent. *Terrestris* vero *militiæ* exercitationibus *Romani* Carthaginien-

3 μαῖοι πρὸς τὸ βέλτιον ἀσκοῦσι Καρχηδονίων. οἱ μὲν
γὰρ, τὴν ὅλην περὶ τοῦτο ποιοῦνται σπουδήν· Καρ-
χηδόνιοι δὲ, τῶν μὲν πεζικῶν εἰς τέλος ὀλιγωροῦσι,
τῶν δ' ἱππικῶν βραχεῖάν τινα ποιοῦνται πρόνοιαν.
4 αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν, ὅτι ξενικαῖς καὶ μισθοφόροις
χρῶνται δυνάμεσι, Ῥωμαῖοι δ' ἐγχωρίοις καὶ πολι-
5 τικαῖς. ᾗ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ταύτην τὴν πο-
λιτείαν ἀποδεκτέον ἐκείνης μᾶλλον. ἡ μὲν γὰρ, ἐν
ταῖς τῶν μισθοφόρων εὐψυχίαις ἔχει τὰς ἐλπίδας
ἀεὶ τῆς ἐλευθερίας· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἐν ταῖς σφετέ-
ραις ἀρεταῖς, καὶ ταῖς τῶν συμμάχων ἐπαρκείαις.
6 διὸ κἂν ποτε πταίσωσι κατὰ τὰς ἀρχὰς, Ῥωμαῖοι
μὲν ἀναμάχονται τοῖς ὅλοις, Καρχηδόνιοι δὲ τοὐναν-
7 τίον. [οἱ γὰρ] ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενοι καὶ τέ-
κνων, οὐδέποτε δύνανται λῆξαι τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ μέ-

Militiâ pedeſtri præſtant Romani.

Pœnorum milites pro alienis pugnant; Romani pro ſuis.

3. περὶ τοῦτο. περὶ τούτων edd. & Med. 5. ἐπαρκείαις. ἐπαρκίαις Aug. 6. κατὰ τὰς ἀρχὰς. Forſ. κατὰ τὰς μάχας. Reisk. 7. Verba οἱ γὰρ ex Reiskii conject. adjeci. τἀναντία ὑπὲρ Herv. & Med. τοὐναντίον ὑπὲρ Aug. Vrb. Regii & Oxon. Sed Aug. interpungit poſt τοὐναντίον. Lacunæ ſignum interpoſuerat Caſaub.

ginienſes longo utique intervallo ſuperant. Nam illi omne ſuum ſtudium ei curæ applicant: Carthaginienſes vero de pedeſtri quidem militia nihil quidquam prorſus curant; equeſtris rei levem aliquam curam habent. Cujus rei cauſſa eſt, quod peregrino & mercenario milite Pœni utuntur; Romani domeſtico & urbano. Quare in hac quidem parte hæc potiorem, quam illa reſpublica, laudem meretur. Illa enim ſpem libertatis ſuæ in mercenariorum fortitudine poſitam ſemper habet; Romana in ſuorum virtute & ſociorum auxiliis. Itaque licet initio nonnumquam damnum aliquod gravius ſit acceptum; *Romani* quidem integros exercitus mox reparant; at *Carthaginienſes* e contrario facere idem non poſſunt. Adde quod Romani, patriam ac liberos propugnantes, iræ modum neſciunt imponere, ſed pervicacibus

νουσι ψυχομαχοῦντες, ἕως ἂν περιγένωνται τῶν
ἐχθρῶν. Διὸ καὶ, περὶ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις πο- 8
λύ τι λειπόμενοι Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν ἐμπειρίαν, ὡς
προεῖπον ἐπάνω, τοῖς ὅλοις ἐπικρατοῦσι, διὰ τὰς
τῶν ἀνδρῶν ἀρετάς. καίπερ γὰρ οὐ μικρὰ συμβαλ- 9
λομένης εἰς τοὺς κατὰ θάλασσαν κινδύνους τῆς
ναυτικῆς χρείας, ὅμως ἡ τῶν ἐπιβατῶν εὐψυχία
Italici, natura & usu fortiores Afris. πλείστην παρέχεται ῥοπὴν εἰς τὸ νικᾶν. Διαφέ- 10
ρουσι μὲν οὖν καὶ φύσει πάντες Ἰταλιῶται Φοινίκων
καὶ Λιβύων, τῇ τε σωματικῇ ῥώμῃ, καὶ ταῖς ψυχι-
καῖς τόλμαις· μεγάλην δὲ καὶ διὰ τῶν ἐθισμῶν
πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ποιοῦνται τῶν νέων παρόρμη-
Incitamenta virtutis apud Romanos. σιν. Ἓν δὲ ῥηθὲν ἱκανὸν ἔσται σημεῖον τῆς τοῦ πο- 11
λιτεύματος σπουδῆς, ἣν ποιεῖ περὶ τὸ τοιούτους
ἀποτελεῖν ἄνδρας, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ
τυχεῖν ἐν τῇ πατρίδι τῆς ἐπ᾽ ἀρετῇ φήμης.

Ὅταν

10. *μεγάλην δὲ. μεγάλην τε Herv. Med.* 11. *ἐν τῇ πατρίδι. ἐν cum Vrsino adjecit Casaub. & est in Reg. E. Abest autem a ceteris.*

cacibus animis in proposito pugnandi manent, donec hostem devicerint. Quare licet rei navalis usu longe inferiores sint Romani, ut antea est dictum; virtute tamen civium suorum universi belli victores semper evadunt. Etsi enim non parum ad prælia navalia nauticæ rei scientia confert: plurimum tamen ad victoriam momenti facit classiarii militis virtus. Sane quidem & a natura hoc habent *Italici populi*, ut tam corporis robore, quam audacia ac præsentia animi, *Pœnos* atque *Afros* superent. Sed & instituta sunt publica, quæ juvenes eodem vehementer incitent. Vnum ex his commemorare satis fuerit, ut hoc velut signo omnes intelligant, quantæ sit Romanis curæ, quo juventus in viros evadat, omnia paratos perpeti, dum modo præclarum in patria nomen consequantur.

53. Nam

Ὅταν γὰρ μεταλλάξῃ τις παρʼ αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς, κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν, ποτὲ μὲν ἑστὼς ἐναργὴς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. πέριξ δὲ παντὸς τοῦ δήμου στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπηται καὶ τύχῃ παρὼν, οὗτος· εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχει· λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. διʼ ὧν συμβαίνει, τοὺς πολλοὺς ἀναμιμνησκομένους καὶ λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰ γεγονότα, μὴ μόνον τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτὸς, ἐπὶ τοσοῦτον γίγνεσθαι συμπαθεῖς, ὥστε μὴ τῶν κηδευόντων ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ δήμου φαίνεσθαι τὸ σύμπτωμα. Μετὰ δὲ ταῦτα θάψαντες, καὶ ποιή- LIII. Mortuorum laudatio pro Rostris.

LIII. 3. *κηδευόντων scripsi ex Casaub. & Gron. conjectura. Vulgo omnes κινδυνευόντων.*

53. Nam quoties aliquis *vir illustris* apud illos migravit de vita; is, ubi *exsequiæ* celebrantur, cum reliquo cultu in forum ad *Rostra*, quæ vocant, effertur, stans interdum, ut sit omnibus conspicuus, rarius jacens. Ibi populi totius corona circumstante, aut filius, si contingat filium ætate adultum ab eo esse relictum, atque ille præsens adsit; si minus, e sanguine junctis aliquis rostra conscendit, *defunctique laudes* commemorat, & si quæ, dum viveret, fortiter feliciterque ab eo fuerint gesta. Vnde evenit, ut populus, rediens in memoriam anteactorum, & ob oculos sibi ea ponens, sic afficiatur, (non illi dumtaxat, qui gerendis rebus, quæ sunt narratæ, interfuerunt; sed ii etiam, qui plane abfuerunt ab iis quæ narrantur;) ut publicus videatur is luctus esse, non eorum proprius, ad quos funus pertinet. Deinde ubi cadaver sepelierunt, & justa peregerunt,

Majorum imagines comitantur exſequias.

σαντες τὰ νομιζόμενα, τιθέασι τὴν εἰκόνα τοῦ με-
ταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰ-
κίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες. ἡ δὲ εἰκὼν, ἔστις
πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον,
καὶ κατὰ τὴν πλάσιν, καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφήν.
Ταύτας δὴ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυ- 6
σίαις ἀνοίγοντες κοσμοῦσι φιλοτίμως· ἐπὰν δὲ τῶν
οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανὴς, ἄγουσιν εἰς τὴν
ἐκφορὰν, περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι
κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν.
οὗτοι δὲ προσαναλαμβάνουσιν ἐσθῆτας, ἐὰν μὲν ὕπα- 7
τος ἢ στρατηγὸς ᾖ γεγονὼς, περιπορφύρους· ἐὰν δὲ
τιμητὴς, πορφυρᾶς· ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκὼς, ἤ τι
τοιοῦτον κατειργασμένος, διαχρύσους. αὐτοὶ μὲν οὖν 8
ἐφ᾽ ἁρμάτων οὗτοι πορεύονται, ῥάβδοι δὲ καὶ πελέ-
κεις καὶ τἄλλα, τὰ ταῖς ἀρχαῖς εἰωθότα συμπα-
ρακεῖ-

5. ἔστι πρόσωπον. πρόσωπόν ἐστι *Oxon.* 6. ταύτας δὴ *Aug. Vrb. Ceteri vulgo* ταύτας δὲ. 7. ἢ στρατηγὸς. καὶ στρατηγὸς *edd. & Med.*

runt, *imaginem defuncti* in celeberrima ædium parte ponunt, lignea ædicula circumtectam. Eſt autem hæc imago, *perſona* ad ſimilitudinem quam accuratiſſime expreſſa, tam conformatione figuræ, quam colore. Atque haſce nimirum imagines per ſolennitates publicas aperiunt, & cum ſtudio exornant: cum autem illuſtris vir aliquis ex eadem gente vel familia diem clauſit ultimum, ad funeris elationem easdem proferunt, imponuntque hominibus quos & ſtatura & reliquo habitu quam ſimillimos putant defunctis. Hi igitur togas aſſumunt, ſi vir conſularis aut prætorius quis fuerit, prætextas; ſi cenſorius, purpureas; ſi triumphalis, aut qui digna triumpho geſſerit, auro radiantes. Et ipſi quidem hi curru vecti procedunt; faſces autem & ſecures & quæcumque alia magiſtratus comitari ſolent inſignia,

ρακεῖσθαι, προηγεῖται κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ τῆς γεγενημένης κατὰ τὸν βίον ἐν τῇ πολιτείᾳ προαγωγῆς. ὅταν δ' ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους ἔλθωσι, καθέζονται πάντες ἑξῆς ἐπὶ δίφρων ἐλεφαντίνων. οὗ κάλλιον οὐκ εὐμαρὲς ἰδεῖν θέαμα νέῳ φιλοδόξῳ καὶ φιλαγάθῳ. τὸ γὰρ τὰς τῶν ἐπ' ἀρετῇ δεδοξασμένων ἀνδρῶν εἰκόνας ἰδεῖν ὁμοῦ πάσας, οἱονεὶ ζώσας καὶ πεπνυμένας, τίν' οὐκ ἂν παραστήσαι; τί δ' ἂν κάλλιον θέαμα τούτου φανείη;

Majorum imagines comitantur exsequias.

Πλὴν ὅγε λέγων ὑπὲρ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος, ἐπὰν διέλθῃ τὸν περὶ τούτου λόγον, ἄρχεται τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ προγενεστάτου τῶν παρόντων, καὶ λέγει τὰς ἐπιτυχίας ἑκάστου καὶ τὰς πράξεις. ἐξ ὧν καινοποιουμένης ἀεὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης, ἀθανατίζεται μὲν ἡ τῶν καλόν τι διαπραξαμένων εὔκλεια, γνώριμος δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἡ τῶν εὐεργε-

LIV. In oratione funebri laudantur & facta majorum.

ſignia, præferuntur pro honore ac dignitate quam quisque in republica, dum viveret, obtinuerat. Tum ad Roſtra poſtquam venerunt, ordine omnes ſellis inſident eburneis. Quo ſpectaculo nullum facile pulcrius juvenis veræ laudis ac virtutis amans queat intueri. Quis eſt enim, quem impetus ad laudem non capiat, cum imagines virorum, quos ſua virtus fecit inſignes, velut vivas omnes ſpectet ac ſpirantes? aut hoc ſpectaculo quod poteſt aliud eſſe pulcrius?

54. Ceterum qui ſepeliendum laudat, abſoluta hujus laudatione, reliquorum etiam qui adſunt, a maximo natu orſus, laudes ſingulorum ac res geſtas commemorat. Atque hoc modo bonorum præſtanti laude ac fama ſubinde renovata, immortalis fit eorum gloria qui facinus aliquod memorabile ediderunt; & nomen illorum, qui de patria præclare ſunt meriti, vulgo innoteſcens, ad poſte-

His rebus juvenes ad præclara facinora excitantur.

τησάντων τὴν πατρίδα γίγνεται δόξα. τὸ δὲ μέγι- 3
στον, οἱ νέοι παρορμῶνται πρὸς τὸ πᾶν ὑπομένειν
ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων, χάριν τοῦ τυχεῖν τῆς
συνακολουθούσης τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν εὐκλείας.
Πίστιν δ᾽ ἔχει τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων. πολλοὶ μὲν 4
γὰρ ἐμονομάχησαν ἑκουσίως Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς τῶν
ὅλων κρίσεως· οὐκ ὀλίγοι δὲ προδήλους εἵλοντο θα-
νάτους· τινὲς μὲν ἐν πολέμῳ, τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν
σωτηρίας· τινὲς δ᾽ ἐν εἰρήνῃ, χάριν τῆς τῶν κοινῶν
πραγμάτων ἀσφαλείας. καὶ μὴν ἀρχὰς ἔχοντες 5
ἔνιοι, τοὺς ἰδίους υἱοὺς παρὰ πᾶν ἔθος ἢ νόμον ἀπέ-
κτειναν, περὶ πλείονος ποιούμενοι τὸ τῆς πατρίδος
συμφέρον, τῆς κατὰ φύσιν οἰκειότητος πρὸς τοὺς
ἀναγκαιοτάτους. πολλὰ μὲν οὖν τοιαῦτα καὶ περὶ 6
πολλῶν ἱστορεῖται παρὰ Ῥωμαίοις· ἓν δὲ ἀρκοῦν
ἔσται πρὸς τὸ παρὸν ἐπ᾽ ὀνόματος ῥηθὲν, ὑποδείγ-
ματος καὶ πίστεως ἕνεκεν.

Κόκλην

posteritatis memoriam propagatur. Quod vero longe est maximum, juventus ad omnia ferenda excitatur, quo tandem illam indipiscatur gloriam, quæ fortes viros solet comitari. Id vero probari vel his exemplis potest. Exstitere namque inter Romanos multi, qui singulari certamine ultro suscepto summam rerum cernerent; nec pauci ad certum exitium caput suum devoverunt; pars in bello, ut ceteris essent saluti; pars in pace, ut rempublicam in tuto collocarent. Alii, in imperio constituti, filios suos præter omnem morem aut legem necaverunt, utilitatem patriæ vinculis proximitatis, etiam cum maxime necessariis & conjunctissimis, anteponentes. Ac multa quidem hujusmodi facta apud Romanos narrantur: verum unius nominatim in præsentia meminisse, & exempli & fidei caussa satis fuerit.

55. Fer-

Κόκλην γὰρ λέγεται, τὸν Ὡράτιον ἐπικληθέντα, διαγωνιζόμενον πρὸς δύο τῶν ὑπεναντίων ἐπὶ τῷ καταντικρὺ τῆς γεφύρας πέρατι τῆς ἐπὶ τοῦ Τιβέριδος, ἣ κεῖται πρὸ τῆς πόλεως, ἐπεὶ πλῆθος ἐπιφερόμενον εἶδε τῶν βοηθούντων τοῖς πολεμίοις, δείσαντα, μὴ βιασάμενοι παραπέσωσιν εἰς τὴν πόλιν, βοᾷν ἐπιστραφέντα τοῖς κατόπιν, ὡς τάχος ἀναχωρήσαντας διασπᾷν τὴν γέφυραν. τῶν δὲ πειθαρχησάντων, ἕως μὲν οὗτοι διέσπων, ὑπέμενε τραυμάτων πλῆθος ἀναδεχόμενος, καὶ διακατέσχε τὴν ἐπιφορὰν τῶν ἐχθρῶν· οὐχ οὕτω τὴν δύναμιν, ὡς τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ὑπεναντίων. διασπασθείσης δὲ τῆς γεφύρας, οἱ μὲν πολέμιοι τῆς ὁρμῆς ἐκωλύθησαν· ὁ δὲ Κόκλης ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, κατὰ προαίρεσιν μετήλλαξε τὸν βίον, περὶ πλείονος ποιησάμενος τὴν τῆς πατρίδος ἀσφάλειαν, καὶ τὴν ἐσο- LV. Horatius Cocles.

LV. 1. *Ὡράτιον ex Vrb. dedi. Vulgo Ὁράτιον. Sedes autem nominum Κόκλην & Ὡράτιον invicem mutatas voluit Reisk. ut fecit Casaub. in verſ.*

55. Fertur *Horatius*, cui cognomen *Cocliti*, quum in ulteriore limine pontis, qui ante urbem Tiberi eſt impoſitus, adverſus hoſtes duos dimicaret; multitudine ingruentium adverſariorum, qui illis ſuppetias veniebant, animadverſa; metuens, ne per vim in urbem irrumperent, converſus ad eos qui pone ſtabant, clamore magno juſſiſſe, ut celeriter pedem referrent ac pontem reſcinderent. Quibus imperata facientibus, duravit *Cocles*, dum pons reſcinditur, quantumvis vulnera acciperet plurima, atque ita irruentium hoſtium impetum inhibuit; quos non adeo vis Coclitis, ut præſentia animi conſtantiaque & audacia, admiratione defixit. Ponte reſciſſo, hoſtes quidem a conatu ſunt depulſi; at Cocles, in amnem cum armis ſeſe projiciens, voluntariæ morti ſe deſtinavit, antepoſita ſalute patriæ & gloria, quæ mor-

ἐσομένην μετὰ ταῦτα περὶ αὐτὸν εὔκλειαν τῆς
παρούσης ζωῆς, καὶ τοῦ καταλειπομένου βίου.
Τοιαύτη τις, ὡς ἔοικε, διὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐθισμῶν 4
ἐγγεννᾶται τοῖς νέοις ὁρμὴ καὶ φιλοτιμία πρὸς τὰ
καλὰ τῶν ἔργων.

LVI. Avaritia Pœnorum: Romanorum moderatio.

Καὶ μὴν τὰ περὶ τοὺς χρηματισμοὺς ἔθη καὶ
νόμιμα, βελτίω παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶν, ἢ παρὰ
Καρχηδονίοις. παρ᾽ οἷς μὲν γὰρ, οὐδὲν αἰσχρὸν τῶν 2
ἀνηκόντων πρὸς κέρδος· παρ᾽ οἷς δὲ, οὐδὲν αἴσχιον
τοῦ δωροδοκεῖσθαι καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν ἀπὸ τῶν μὴ
καθηκόντων. καθ᾽ ὅσον γὰρ ἐν καλῷ τίθενται τὸν 3
ἀπὸ τοῦ κρατίστου χρηματισμὸν, κατὰ τοσοῦτον
πάλιν ἐν ὀνείδεσι ποιοῦνται τὴν ἐκ τῶν ἀπειρημένων
πλεονεξίαν. σημεῖον δὲ τοῦτο· παρὰ μὲν Καρχηδο- 4
νίοις δῶρα φανερῶς διδόντες λαμβάνουσι τὰς ἀρ-
χάς· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις θάνατός ἐστι περὶ τοῦτο

πρόστι-

4. ἐγγεννᾶται. ἐγγεγένηται *Herv. Med.*
LVI. 4. δὲ τοῦτο. δὲ τούτων *Casaub. invitis msstis.* Ibid. περὶ τοῦτο. περὶ τούτου *Herv. Med.*

mortuum ipsum maneret, præsenti vitæ, & iis, qui adhuc illi ad vivendum superessent, annis. Adeo nimirum magnus est ille impetus ad honesta facinora, & æmulatio virtutis, quæ ex ipsorum institutis in animis juvenum ingeneratur.

56. Iam quod ad *rem familiarem augendam* attinet, melioribus *Romani*, quam *Carthaginienses*, moribus atque institutis utuntur. Nam apud hos nihil turpe est, quod cum lucro fit conjunctum: apud illos nihil turpius, quam largitionibus corrumpi, & malis artibus rem facere. In quantum enim laudi ducunt honestis rationibus congestas opes, in tantum divitias parum legitimis factis cumulasse probro vertunt. Argumentum hujus rei est, quod Carthagine dignitates & honores palam largitionibus redimuntur: Romæ idem fecisse,

crimen

5 πρόστιμον. ὅθεν, τῶν ἄθλων τῆς ἀρετῆς ἐναντίων
τιθεμένων παρ' ἀμφοῖν, εἰκὸς, ἀνόμοιον εἶναι καὶ
6 τὴν παρασκευὴν ἑκατέρων πρὸς ταῦτα. Μεγίστην
δέ μοι δοκεῖ διαφορὰν ἔχειν τὸ Ῥωμαίων πολίτευμα
7 πρὸς τὸ βέλτιον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει. Καί
μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζό-
μενον, τοῦτο συνέχειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα, λέ-
8 γω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐκτε-
τραγῴδηται καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ'
αὐτοῖς εἴς τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ
9 τῆς πόλεως, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολήν. ὃ καὶ
δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι θαυμάσιον. ἐμοί γε μὴν δο-
10 κοῦσι τοῦ πλήθους χάριν τοῦτο πεποιηκέναι. Εἰ
μὲν γὰρ ἦν σοφῶν ἀνδρῶν πολίτευμα συναγαγεῖν,
11 ἴσως οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖος ὁ τοιοῦτος τρόπος. ἐπεὶ δὲ
πᾶν πλῆθός ἐστι ἐλαφρὸν καὶ πλῆρες ἐπιθυμιῶν
παρα-

Religio Romanorum.

5. ὅθεν τῶν. ὥστε τῶν Reg. E. 6. πρὸς τὸ βέλτιον. πρὸς βέλτιον Aug. Vrb. 8 ἐκτετραγῴδηται. ἐκτραγῳδεῖται Herv. Med. Reg. D. Oxon. 10. οὐδὲν ἦν. οὐδὲν ἂν ἦν.

crimen est capitale. Quum igitur apud hosce duos populos contraria virtuti proposita sint praemia; vias etiam, quibus ad illas cives grassantur, contrarias esse apud utrosque, consentaneum est. Sed nulla re aeque praestare ceteris populis *Romanos* arbitror, ac *opinione* illa, quam *de diis* habent. Atque adeo quae res apud reliquos mortales vitio vertitur, ea ipsa continere Romanam remp. mihi videtur: *anxiam quamdam* dico *religionis curam*. Nam usque eo apud hos superstitio in majus est exaggerata, & cum in privatam hominum vitam, tum in publica consilia est inducta, ut non queat magis. Quod mirum utique multis videbitur: ego vero multitudinis caussa factum ab illis existimo. Enim vero si ex solis sapientibus constitui posset respublica, esset fortasse totum illud genus non necessarium. Nunc quum omnis *multitudo* sit *levis*, plena illicitarum cupidita-

παρανόμων, ὀργῆς ἀλόγου, θυμοῦ βιαίου· λείπεται, τοῖς ἀδήλοις φόβοις καὶ τῇ τοιαύτῃ τραγῳδίᾳ τὰ πλήθη συνέχειν. Διόπερ οἱ παλαιοὶ δοκοῦσί μοι 12
τὰς περὶ θεῶν ἐννοίας, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν ἐν ἅδου διαλήψεις οὐκ εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχεν, εἰς τὰ πλήθη παρεισαγαγεῖν· πολὺ δὲ μᾶλλον οἱ νῦν εἰκῇ καὶ ἀλόγως ἐκβάλλειν αὐτά. Τοιγαροῦν, χωρὶς τῶν 13
ἄλλων, οἱ τὰ κοινὰ χειρίζοντες, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν ταλάντου μόνον πιστευθῶσιν, ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα, καὶ σφραγίδας τοσαύτας, καὶ μάρτυρας διπλασίους, οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, κατά τε τὰς ἀρχὰς 14
καὶ πρεσβείας πολύ τι πλῆθος χρημάτων χειρίζοντες, δι᾽ αὐτῆς τῆς κατὰ τὸν ὅρκον πίστεως τηροῦσι τὸ καθῆκον. καὶ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις σπάνιόν ἐστιν 15
εὑρεῖν ἀπεχόμενον ἄνδρα τῶν δημοσίων, καὶ καθαρεύοντα

Iurisjurandi religio apud Romanos.

12. ὑπὲρ τῶν cum *Aug.* & *Vrb. scripsi. Vulgo* περὶ τῶν. 13. ταλάντου. τάλαντον *Herv. Med. Reg. E.*

ditatum, ira æstuet præcipiti, & ad vim iracundia impellatur; hoc restat, ut *incertis terroribus* & ejusmodi *tragœdiarum figmentis* vulgus *cohibeatur*. Idcirco videntur mihi veteres, nec temere nec sine gravi caussa istas de diis opiniones, & de pœnis apud inferos, in vulgus introduxisse: contra autem, temere ac sine ratione, qui nunc vivunt, illas rejicere. Itaque, ut alia taceam, qui publicam pecuniam apud Græcos quidem tractant, si vel unum dumtaxat talentum fuerit eis creditum, decem rescriptoribus adhibitis, sigillis totidem, testibus autem duplo pluribus, fidem tamen ut servent, impetrare ab iis nequeas: iidem apud Romanos, quum & in magistratibus & in legationibus magnam pecuniæ vim tractent, propter unicam *jurisjurandi religionem*, fidem servant. Et quum apud alios raro aliquis inveniatur, qui publico manus abstineat, quique ejus-

ρεύοντα περὶ ταῦτα· παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις σπάνιόν ἐστι τὸ λαβεῖν τινα πεφωραμένον ἐπὶ τοιαύτῃ πράξει.

VII.

Ἐπίλογος ταύτης τῆς Βίβλου.

* * *

Ὅτι μὲν οὖν πᾶσι τοῖς οὖσιν ὑπόκειται φθορὰ καὶ μεταβολὴ, σχεδὸν οὐ προσδεῖ λόγων· ἱκανὴ γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἀνάγκη, παραστῆσαι τὴν τοιαύτην πίστιν. δυοῖν δὲ τρόπων ὄντων, καθ' οὓς φθείρεσθαι πέφυκε πᾶν γένος πολιτείας, τοῦ μὲν ἔξωθεν, τοῦ δ' ἐν αὐτοῖς φυομένου· τὸ μὲν ἐκτὸς ἄστατον ἔχειν συμβαίνει τὴν θεωρίαν, τὰ δ' ἐξ αὐτῶν, τεταγμένην. Τί μὲν δὴ πρῶτον φύεται γένος πολιτείας, καὶ LVII. Futura reip. Rom. ruina.

LVII. 1. λόγων. λόγου edd. cum Med. 2. ἐν αὐτοῖς. ἐν αὐταῖς voluit Reisk. Ibid. τὸ μὲν. τὸν μὲν idem Reisk. Ibid. τὰ δ' ἐξ. τῶν δ' dant Herv. Aug & Med. quod rurſus in τὸν mutatum voluit Reisk. Ibid. τεταγμένην cum Vrſino correxit Caſaub. & ſic forte eſt in Med. Reliqui omnes male τεταγμένων.

ejusmodi ſceleris purus ſit: apud Romanos contra, ut manifeſti peculatus aliquis arguatur, raro accidit.

VII.

Concluſio hujus Libri.

* * *

57. Iam vero, *manere humanas res omnes interitum ac mutationem*, ne admonendi quidem ſumus: ipſa namque naturæ neceſſitas ad firmandam huic rei fidem abunde ſufficit. Quum autem duo modi ſint, quibus reſpublicæ omnes perire poſſunt, ſcilicet vel extrinſecus illata peſte, vel in ipſis ingenerata; ejus, quæ venit extrinſecus, incerta & inſtabilis eſt cognitio; ad illa autem mala quod attinet, quæ ex ipſa rerumpubl. ratione naſcuntur, certam illa definitamque habent cognitionem. Iam, quæ naturâ prima exiſtat forma reipublicæ, quæ deinceps, tum quomodo

Futura reip. Rom. ruina.

καὶ τί δεύτερον, καὶ πῶς εἰς ἄλληλα μεταπίπτου-
σιν, εἴρηται πρόσθεν ἡμῖν· ὥστε τοὺς δυναμένους τὰς 4
ἀρχὰς τῷ τέλει συνάπτειν τῆς ἐνεστώσης ὑποθέ-
σεως, κἂν αὐτοὺς ἤδη προειπεῖν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος.
ἔστι δὲ ὡς ἐγῷμαι δῆλον. Ὅταν γὰρ, πολλοὺς καὶ 5
μεγάλους κινδύνους διωσαμένη πολιτεία, μετὰ ταῦ-
τα εἰς ὑπεροχὴν καὶ δυναστείαν ἀδήριτον ἀφίκηται·
φανερὸν, ὡς, εἰσοικιζομένης εἰς αὐτὴν ἐπὶ πολὺ τῆς
εὐδαιμονίας, συμβαίνει, τοὺς μὲν βίους γίγνεσθαι πο-
λυτελεστέρους, τοὺς δ' ἄνδρας φιλονεικοτέρους τοῦ
δέοντος περί τε τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιβο-
λάς. ὧν προβαινόντων ἐπὶ πλέον, ἄρξει μὲν τῆς 6
ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς ἡ φιλαρχία, καὶ τὸ τῆς
ἀδοξίας ὄνειδος· πρὸς δὲ τούτοις ἡ περὶ τοὺς βίους
ἀλαζονεία καὶ πολυτέλεια. λήψεται δὲ τὴν ἐπιγρα- 7
φὴν

4. *ἐγῷμαι. ἐγὼ οἶμαι Aug.* 5. *δυναστείαν ἀδήρ. ἀδήριτον δυναστ. Aug.* Ibid. *εἰσοικιζομ. εἰσῳκιζομένης Aug. Vrſ. Forſan εἰσῳκισμένης.* 6. *ὄνειδος ex Reisk. conject. adſcivi. μῖσος propoſuit Erneſti. Vulgo omnes ἀδοξίας εἶδος, præter Reg. E. in quo eſt εὐδοξίας εἶδος.*

do invicem mutentur alia in aliam, antea docuimus: ita fit, ut, ſi qui in propoſito argumento extremis prima connectere potuerint, vel ipſi per ſe, quid in poſterum immineat, prædicere valeant. Et vero manifeſta res eſt, ut equidem arbitror. Poſtquam enim civitas aliqua multa eaque magna pericula fuit eluctata, jamque ad principatum & potentiam non controverſam pervenit; palam eſt, ubi beata fortuna ſuam ſedem in ea civitate per ſat longum tempus fixerit, fieri ut in mores luxus irrepat, in animos virorum major ſemper contentio, cum circa magiſtratus, tum circa alia incepta. Quæ ubi ſemel creverint mala, mutationis in deterius principium exiſtet ab honoribus per ambitionem petitis aut negatis: itemque ab illa arrogantia & luxu, quo civium mores erunt depravati. Perficiendæ vero mutationis auctor

Futura reip. Rom. ruina.

φὴν τῆς μεταβολῆς ὁ δῆμος, ὅταν ὑφ᾽ ὧν μὲν ἀδικεῖσθαι δόξῃ διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὑφ᾽ ὧν δὲ χαυνω-
8 θῇ κολακευόμενος διὰ τὴν φιλαρχίαν. τότε γὰρ ἐξοργισθεὶς, καὶ θυμῷ πάντα βουλευόμενος, οὐκ ἔτι θελήσει πειθαρχεῖν, οὐδ᾽ ἴσον ἔχειν τοῖς προεστῶ-
9 σιν, ἀλλὰ πᾶν καὶ τὸ πλεῖστον αὐτός. οὗ γενομένου, τῶν μὲν ὀνομάτων τὸ κάλλιστον ἡ πολιτεία μεταλήψεται, τὴν ἐλευθερίαν καὶ δημοκρατίαν· τῶν δὲ πραγμάτων τὸ χείριστον, τὴν ὀχλοκρατίαν.
10 Ἡμεῖς δ᾽ ἐπειδὴ τήν τε σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν τῆς πολιτείας, ἔτι δὲ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν διάθεσιν, πρὸς δὲ τούτοις τὴν διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας τοῦ τε χείρονος ἐν αὐτῇ καὶ βελτίονος διεληλύθαμεν· τὸν μὲν περὶ τῆς Πολιτείας λόγον ὧδέ πῃ καταστρέφομεν.

Τῶν

8. πᾶν καὶ τὸ πλεῖστον. πᾶν ἢ τὸ πλ. *malim cum Reisk.* 10. ὧδέ πῃ. ὧδέ πως *edd. cum Med.*

auctor erit populus, cum ab his quidem injuria affectus propter eorum avaritiam ac rapinas sibi videbitur, ab aliis vero propter ambitionem assentatione corruptus & vano tumore fuerit inflatus. Tunc enim incensus ira, & solis iis, quæ iracundia suggesserit, utens consiliis, parere amplius aut æquo jure uti cum magistratibus detrectabit; verum pro omnibus unus ipse esse volet, plurimumque posse. Quo pacto, mutata facie reipublicæ, nomen quidem longe pulcerrimum civitas recipiet, *libertatem* inquam & *popularem statum*; re vero ipsa malum experietur longe omnium gravissimum, *turbæ inconditæ dominationem*. Sed nos postquam institutionem primam hujus reipublicæ, & incrementum, itemque illum ejus statum, quo nunc maxime viget, ad hæc quid distet a ceteris, & quibus rebus vel deterior vel melior hæc sit aliis; instituto sermoni *de Republica Romana* finem hic faciemus.

LVIII. Vigor & constantia reip. Rom. tempore Annibalis. Ol.140.4. A.V.538.

Τῶν δὲ συναπτόντων μερῶν τῆς ἱστορίας τοῖς και-
ροῖς, ἀφ᾽ ὧν παρεξέβημεν, παραλαβόντες ἐπὶ βρα-
χὺ, μιᾶς πράξεως ποιησόμεθα κεφαλαιώδη μνήμην,
ἵνα μὴ τῷ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πράγμασιν,
ὥσπερ ἀγαθοῦ τεχνίτου δεῖγμα τῶν ἔργων ἕν τι
προενεγκάμενοι, φανερὰν ποιήσωμεν τῆς πολιτείας
τὴν ἀκμὴν καὶ δύναμιν, οἵα τις ἦν κατ᾽ ἐκείνους τοὺς

Captivos Romani redimere nolunt.

χρόνους. Ἀννίβας γὰρ ἐπειδὴ τῇ περὶ Κάνναν μά- 2
χῃ περιγενόμενος Ῥωμαίων, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν
τὸν χάρακα φυλαττόντων ὀκτακισχιλίων· ζωγρή-
σας ἅπαντας, συνεχώρησε διαπέμπεσθαι σφίσι πρὸς
τοὺς ἐν οἴκῳ περὶ λύτρων καὶ σωτηρίας. τῶν δὲ προ- 3
χειρισαμένων δέκα τοὺς ἐπιφανεστάτους, ὁρκίσας,
ἦ μὴν ἐπανήξειν πρὸς αὐτὸν, ἐξέπεμψε τούτους.
εἷς δὲ τῶν προχειρισθέντων, ἐκπορευόμενος ἐκ τοῦ 4
χάρακος ἤδη, καί τι φήσας ἐπιλελῆσθαι, πάλιν ἀνέ-
καμψε,

LVIII. *In Cod. Vrb. eſt* Titulus *ad hoc Cap. pertinens:* Περὶ τοῦ μὴ καταπίπτειν ἐν ταῖς ἐλαττώσεσι. I. *παρεξέβημεν. Vulgo παρέβημεν.* Ibid. *προενεγκάμενοι. προσενεγκ. Reg. E.* 4. *ἐκπορευόμενος. ἐκπεπορευμένος edd. inde a Caſaub. invitis mstis.*

58. Iam vero illas partes hiſtoriæ paulisper reſumentes, quæ temporibus eis cohærent unde ſumus digreſſi, unius facti ex eisdem temporibus brevem mentionem faciemus; quo, non oratione ſolum, ſed & rebus ipſis, producto in medium, more excellentium artificum, aliquo opere, quanta fuerit per illa tempora reipublicæ Romanæ vis, quantus vigor, clare oſtendamus. *Poſt victoriam* de Romanis *ad Cannas* partam, *Hannibal* octo millibus hominum, qui caſtra tuebantur, eſt potitus. His omnibus quum vitam conceſſiſſet, poteſtatem inſuper fecit mittendi ad ſuos de pretio redemtionis & reditu in patriam. Illi decem e ſuo numero dignitate præcipuos in eam rem delegerunt; quos Hannibal jurejurando prius adactos, *utique ſe redituros*, Romam dimiſit. E decem vero illis unus, caſtris jam egreſſus, *aliquid ſe oblitum* dixit, & caſtra repetiit: deinde, eo aſſum-

καμψε, καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, αὖθις ἀπελύε- A.V.538. Captivos Romani redimere nolunt.
το· νομίζων, διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τετηρηκέναι τὴν
5 πίστιν, καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον. Ὧν παραγενομέ-
νων εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ δεομένων, καὶ παρακαλούν-
των τὴν σύγκλητον, μὴ φθονῆσαι τοῖς ἑαλωκόσι τῆς
σωτηρίας, ἀλλ' ἐάσαι τρεῖς μνᾶς ἕκαστον καταβα-
λόντα σωθῆναι πρὸς τοὺς ἀναγκαίους· τοῦτο γὰρ
6 συγχωρεῖν ἔφασαν τὸν Ἀννίβαν. εἶναι δ' ἀξίους σω-
τηρίας αὐτούς· οὔτε γὰρ ἀποδεδειλιακέναι κατὰ τὴν
μάχην, οὔτ' ἀνάξιον οὐδὲν πεποιηκέναι τῆς Ῥώμης·
ἀλλ' ἀπολειφθέντας τὸν χάρακα τηρεῖν, πάντων
ἀπολομένων τῶν ἄλλων ἐν τῇ μάχῃ, τῷ καιρῷ πε-
ριληφθέντας ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις.
7 Ῥωμαῖοι δὲ, μεγάλοις κατὰ τὰς μάχας περιπε-
πτωκότες ἐλαττώμασι, πάντων δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν,
ἐστερημένοι τότε τῶν συμμάχων, ὅσον οὔπω δὲ προσ-
δοκῶντες τὸν περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῖς ἐκφέρεσθαι κίν-

 δυνον,

5. τῆς σωτηρίας. *Vulgo* τὴν σωτηρίαν. 6. τῶν ἄλλων ἐν τῇ μάχῃ. ἐν τῇ μάχῃ τῶν ἄλλων *Aug.*

assumto quod omiserat, itineri denuo se accinxit; ratus, simulato illo reditu fidem se præstitisse, & religione jurisjurandi semet exsolvisse. Romam ut ventum, rogare & orare legati senatum, *ne captis reditum invideret, sed ternas quemque minas pro se sineret pendere, atque ita ad necessarios suos redire: per Hannibalem namque hoc licere sibi*, affirmabant. *Dignos autem salute esse; ut qui neque in prælio ignave se gessissent, nec Romano nomine quidquam indignum admisissent; sed ad tuitionem castrorum relicti, cæteris omnibus in acie occisis, circumclusi a fortuna adversa, in potestatem hostium venissent.* Romani vero quamvis ingentes dimicando in acie clades accepissent, omnesque propemodum socios tunc suos amisissent, in exspectatione denique essent ultimi periculi, quod patriæ suæ videbant

Ol. 140. 4.

Captivos Romani redimere nolunt.

δυνον, διακούσαντες τῶν λεγομένων· οὔτε τοῦ πρέ- 8
ποντος αὐτοῖς, εἴξαντες ταῖς συμφοραῖς, ὠλιγώρη-
σαν, οὔτε τῶν δεόντων οὐδὲν τοῖς λογισμοῖς παρεῖδον.
ἀλλὰ, συνιδόντες τὴν Ἀννίβου πρόθεσιν, ὅτι βούλεται 9
διὰ τῆς πράξεως ταύτης ἅμα μὲν εὐπορῆσαι χρη-
μάτων, ἅμα δὲ τὸ φιλότιμον ἐν ταῖς μάχαις ἐξε-
λέσθαι τῶν ἀντιταττομένων, ὑποδείξας, ὅτι τοῖς ἡτ-
τημένοις ὅμως ἐλπὶς ἀπολείπεται σωτηρίας· τοσοῦ- 10
τον ἀπέσχον τοῦ ποιῆσαί τι τῶν ἀξιουμένων, ὥστε
οὔτε τὸν τῶν οἰκείων ἔλεον, οὔτε τὰς ἐκ τῶν ἀνδρῶν
ἐσομένας χρείας ἐποιήσαντο περὶ πλείονος· ἀλλὰ 11
τοὺς μὲν Ἀννίβου λογισμοὺς, καὶ τὰς ἐν τούτοις
ἐλπίδας ἀπέδειξαν κενὰς, ἀπειπάμενοι τὴν διαλύ-
τρωσιν τῶν ἀνδρῶν· τοῖς δὲ παρ᾽ αὐτῶν ἐνομοθέτησαν,
ἢ νικᾷν μαχομένους, ἢ θνήσκειν, ὡς ἄλλης οὐδεμιᾶς
ἐλπίδος ὑπαρχούσης εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς ἡττωμένοις.
Διὸ

Romano militi aut vincendum aut moriendum.

9. *πρόθεσιν. προαίρεσιν Reg. E. cum Med.* Ibid. *ἡττωμένους.* 11. *παρ᾽ αὐτῶν. παρ᾽ αὐτοῖς Edd. ἡττημένους edd. inde a Casaub.*

bant præsens imminere; nihilominus tamen, audita petitione legatorum, neque honesti decorique immemores, cedendo adversis, se præbuerunt, neque quidquam prætermiserunt quod ad bene consulendum rebus suis pertineret. Hannibalis enim consilio intellecto, qui eo pacto & pecuniarum copiam sibi volebat parare, & simul acrem illam in dimicando pervicaciam hostibus suis adimere, ostentata victis spe salutis; tantum absuit, ut legatorum petitis concederent Romani, ut contra neque miseratione proximorum moverentur, neque illius utilitatis, quam captivi, si rediissent, essent allaturi, rationem ullam haberent. Quin potius Hannibalis consilia & spes inde pendentes, negata captivorum redemtione, vanas reddiderunt: suis autem *militibus legem* sanxerunt, ut *aut vincerent pugnando, aut morerentur: quippe viam salutis aliam nullam victis superesse.* His igitur

12 Διὸ καὶ ταῦτα προθέμενοι, τοὺς μὲν ἐννέα τῶν πρεσ- A.V.538.
βευτῶν ἐθελοντὴν κατὰ τὸν ὅρκον ἀναχωροῦντας ἐξέπεμψαν, τὸν δὲ σοφισάμενον πρὸς τὸ λῦσαι τὸν ὅρκον, δήσαντες ἀποκατέστησαν πρὸς τοὺς πολε-
13 μίους· ὥστε τὸν Ἀννίβαν μὴ τοσοῦτον χαρῆναι νικήσαντα τῇ μάχῃ Ῥωμαίους, ὡς συντριβῆναι καταπλαγέντα τὸ στάσιμον καὶ τὸ μεγαλόψυχον τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς διαβουλίοις.

VIII.

Ἀποσπασμάτια.



1 Πάντα χρὴ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα τοὺς καλῶς ἀσκοῦντας ἐκ παίδων ἀσκεῖν, μάλιστα δὲ τὴν ἀνδρείαν. LIX.



2 Τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει, μόνον οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται τοῖς ἁμαρτάνουσι.

12. ἐθελοντὴν. *Sic Aug. & Vrb. Ceteri vulgo* ἐθελοντάς.

igitur ita decretis, novem quidem legatos, ſponte ſua ob jusjurandum revertentes, dimiſerunt; illum vero, qui ad ſolvendam religionem fraudem adhibuerat, vinctum ad hoſtem remiſerunt. Ex quo factum, ut non tam lætaretur Hannibal, prælio victos a ſe Romanos, quam admiratione conſtantiæ & magnitudinis animi, quibus in capiendis conſiliis iidem utebantur, perculſus frangeretur.

VIII.

Varia Fragmenta minora.



59. Eos, qui rectæ inſtitutioni ſtudent, cum omnes *virtutes* ſtatim *a puero condiſcere atque exercere* oportet, tum maxime *fortitudinem*. (*Excerpt. Valeſian.*)



Qui falſa ejusmodi profert, quæ etiam *impoſſibilia* ſunt, ejus peccatum ne excuſationem quidem ullam admittit. (*Ora Cod. Vrbin.*)

✳

Πρᾶγμα ποιῶν φρονίμου καὶ νουνεχοῦς ἀνδρὸς, τὸ 3
γνῶναι κατὰ τὸν Ἡσίοδον, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

✳

Τὸ γὰρ μανθάνειν ἀψευστεῖν πρὸς τοὺς θεοὺς, 4
ὑπόθυψίς ἐστι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀληθείας.

✳

Ἐν γὰρ τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρωπείων ἔργων, 5
οἱ μὲν κτησάμενοι, πρὸς τὴν τήρησιν, οἱ δ' ἕτοιμα
παραλαβόντες, πρὸς τὴν ἀπώλειαν εὐφυεῖς εἰσίν.

✳

Καὶ τόπος δέ τις οὕτω καλεῖται, Ῥύγχος, περὶ 6
Στράτον τῆς Αἰτωλίας, ὥς φησι Πολύβιος ἐν ἕκτῃ
ἱστοριῶν.

✳

Ὄλκιον, πόλις Τυῤῥηνίας. Πολύβιος ἕκτῳ. 7

LIX. 4. *ὑπόθυψις correxi. ὑπότυψις cod. ms. & ex eo Casaub. ὑποτύπωσις Vrsin.*

✳

Fecit quod prudentis considerati que viri eſt, qui novit, ſecundum HESIODVM, *quanto plus ſit dimidium toto.* (*Ibidem.*)

✳

Diſcere adverſus Deos non eſſe mendacem, fomes eſt *veracitatis* cum hominibus colendæ. (*Ex eodem cod. Vrbin.*)

✳

In pleriſque rebus humanis fieri videmus, ut, qui eas *paraverint*, ad easdem *conſervandas*, qui *paratas acceperint*, ad *diſſipandas*, natura ſint proniores. (*Ex eod.*)

✳

Atque etiam locus aliquis ita vocatur, *Rhynchus*, circa Stratum in Aetolia; ut Polybius ait Hiſtoriarum libro ſexto. (*Athenæus lib.* III. *c.* 15. *p.* 95.)

✳

Olcium, oppidum Etruriæ. Polybius VI. (*Steph. Byzant.*)

ΤΗΣ

ΤΗΣ ἙΒΔΟΜΗΣ
ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.
BELLVM HANNIBALICVM.

Olymp. CXLI. I. A.V. 539.

I. Campanorum defectio.

Πολύβιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, Καπυησίους, (φησὶ,) τοὺς ἐν Καμπανίᾳ, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς πλοῦτον περιβαλομένους, ἐξοκεῖλαι εἰς τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν, ὑπερβαλλομένους τὴν περὶ Κρότωνα ²καὶ Σύβαριν παραδεδομένην φήμην. οὐ δυνάμενοι οὖν, φησὶ, φέρειν τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν, ἐκάλουν τὸν Ἀννίβαν. διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνήκεστα δεινὰ ἔπαθον.

Cap. I. 1. περιβαλομ. *ex conject. scripsi. Vulgo* περιβαλλομένους. 2. *Vocabulum* δεινὰ *sublatum voluit Casaub. cum nonnullis codd.*

LIBRI SEPTIMI
HISTORIARVM POLYBII
RELIQVIAE.

I.
Athenaeus Lib. XII. *c.* 6. *p.* 528.

1. Polybius Libro Septimo scribit: *Capuanos*, in Campania, ob agri bonitatem tantum opum congessisse, ut voluptati sumtuosoque luxui sese dederint, ac eo vitio famam de Crotoniatis & Sybaritis vulgatam exsuperaverint. Praesentem igitur opulentiam, ait, quum ferre non possent, *Hannibalem* acciverunt: quamobrem a Romanis postea gravissimis atrocissimisque malis sunt affli-

Ol.141.1. Petelini fame expugnantur a Pœnis.

θον. Πετηλινοὶ δὲ, τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους 3 πίστιν, εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δέρματα καταφαγεῖν, ἁπάντων δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἁπαλοὺς πτόρθους ἀναλῶσαι, καὶ ἕνδεκα μῆνας ὑπομεῖναι τὴν πολιορκίαν, οὐδενὸς βοηθοῦντος, συνευδοκούντων τῶν Ῥωμαίων, παρέδωκαν ἑαυτούς.

II.

RES SYRACVSANAE.

(I.) *Hieronymus rex ab amicitia Romanorum ad Pœnos descifcit.*

  

II. Hieronymi legatio ad Hannibalem.

Μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ Ἱερωνύμου, τοῦ βασιλέως Συρακουσίων, ἐκχωρήσαντος τοῦ Θράσωνος, οἱ

3. Πετηλινοὶ. *Vulgo* Πετιλινοὶ. Ibid. συνευδοκούντων τῶν Ῥωμαίων. *Sic editio Basil. Athenæi, nisi quod articulum* τῶν *ante* συνευδοκούντων *ponat, quem post hoc verbum rejeci. Casaubonus edidit* οὐδὲ συνευδοκοῦντος Ῥωμαίων, *& sic esse ait in omnibus codd. Athenæi. Corrigere autem jubet* οὐδὲ συνευδοκοῦντος τὰ Ῥωμαίων, *exponitque:* cum nemo opem ferret, neque Romanorum partes cum ipsis sequeretur.

afflicti. *Petelini* vero, servata erga Romanos fide, ab *Hannibale* obsessi, tam fortes constantesque se præstiterunt, ut, peresis omnibus coriis quæ in oppido fuerant, absumtisque corticibus cunctis & tenellis surculis arborum quæ intra muros erant, undecimo demum mense, quo obsidionem toleraverant, nemine auxilium ferente, consentientibus & (fidem ipsorum) collaudantibus Romanis, Pœno sese tradiderint.

II.

(I.) *Ecloga I. de Legationibus.*

  

2. Post conjurationem in caput *Hieronymi* regis Syracusarum factam, Thrasone de medio sublato, *Zoippus* &

οἱ περὶ τὸν Ζώϊππον καὶ Ἀνδρανόδωρον πείθουσι τὸν Ἱερώνυμον, εὐθέως πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Ἀννίβαν 2 πέμψαι. Προχειρισάμενος δὲ Πολύκλειτον Κυρηναῖον, καὶ Φιλόδημον τὸν Ἀργεῖον, τούτους μὲν εἰς Ἰταλίαν ἀπέστειλε, δοὺς ἐντολὰς λαλεῖν ὑπὲρ κοινοπραγίας τοῖς Καρχηδονίοις· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀδελ-3 φοὺς εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπέπεμψεν. Ἀννίβας δὲ τοὺς περὶ Πολύκλειτον καὶ Φιλόδημον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως, καὶ πολλὰς ἐλπίδας ὑπογράψας τῷ μειρακίῳ Ἱερωνύμῳ, σπουδῇ πάλιν ἀπέπεμπε τοὺς πρέσβεις, σὺν δὲ τούτοις Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον, ὄντα τότε τριήραρχον, καὶ τοὺς Συρακουσίους Ἱπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπι-4 κύδη. Συνέβαινε δὲ, τούτους τοὺς ἄνδρας καὶ πλείω χρόνον ἤδη στρατεύεσθαι μετ' Ἀννίβου, πολιτευομένους παρὰ Καρχηδονίοις, διὰ τὸ φεύγειν αὐτῶν τὸν πάππον ἐκ Συρακουσῶν, δόξαντα προσενηνοχέναι τὰς χεῖρας ἑνὶ τῶν Ἀγαθοκλέους υἱῶν, Ἀγαθάρχῳ.

A.V. 539. Hieronymi legatio ad Hannibalem.

II. 4. παρὰ Καρχηδονίοις. παρὰ Καρχηδονίους perperam editum erat inde a Casaub.

& *Andranodorus* auctores sunt regi, ut legatos e vestigio ad Hannibalem mittat. Qui delectos ad id munus *Polycletum* Cyrenensem & *Philodemum* Argivum in Italiam proficisci jubet, datque eis mandata, ut de societate ineunda cum Carthaginiensibus verba faciant: simul vero fratres misit Alexandriam. *Hannibal* Polycletum & Philodemum humaniter excipit, adolescentique *Hieronymo* spes præclaras ostentat, & celeriter legatos remittit, cumque his *Hannibalem Carthaginiensem*, triremium tunc præfectum, & una cum superioribus viros Syracusios, *Hippocratem*, atque *Epicydem*, fratrem illius natu minorem. Multos jam annos hi fratres Hannibali militaverant, ut qui lares Carthagine haberent, postquam eorum avus, quod diceretur uni e filiis Agathoclis Agatharcho manus intulisse, patrium Syracusarum solum vertere

Ol. 141. 1.
Hieronymi legatio ad Hannibalem.

χῷ. Παραγενομένων δὲ τούτων εἰς τὰς Συρακού- 5
σας, καὶ τῶν μὲν περὶ Πολύκλειτον ἀποπρεσβευ-
σάντων, τοῦ δὲ Καρχηδονίου διαλεχθέντος κατὰ τὰς
ὑπ' Ἀννίβου δεδομένας ἐντολὰς, εὐθέως ἕτοιμος ἦν
κοινωνεῖν Καρχηδονίοις τῶν πραγμάτων· καὶ τόν τε 6
παραγεγονότα πρὸς αὐτὸν Ἀννίβαν ἔφη δεῖν πο-
ρεύεσθαι κατὰ τάχος εἰς τὴν Καρχηδόνα, καὶ παρ'
αὐτοῦ συμπέμπειν ἐπηγγείλατο τοὺς διαλεχθησομέ-
νους τοῖς Καρχηδονίοις.

III.
Legatis Romanis illudit Hieronymus.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ τεταγμένος ἐπὶ
Λιλυβαίου στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, ταῦτα πυνθα-
νόμενος, ἔπεμψε πρὸς Ἱερώνυμον πρέσβεις, τοὺς
ἀνανεωσομένους τὰς πρὸς τοὺς προγόνους αὐτοῦ συν-
τεθειμένας συνθήκας. Ὁ δὲ Ἱερώνυμος, ἅτε ἐν μί- 2
σει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, ἔφη, συλλυπεῖσθαι τοῖς
Ῥωμαίοις, ὅτι κακοὶ κακῶς ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἰτα-
λίαν μάχαις ἀπολώλασιν ὑπὸ Καρχηδονίων. Τῶν 3
δὲ

III. 2. *ἅτε ἐν μίσει.* *εἴτε pro ἅτε fuit in cod. Vrsini, quod correxit Casaub.* Ibid. *συλλυπεῖσθαι.* *οὐ συλλυπεῖσθαι voluerat Reisk.*

vertere fuerat coactus. Hi igitur ubi Syracusas venissent, & legationem Polycletus ac Philodemus renunciassent, mandata item, quæ ab Hannibale acceperat, Carthaginiensis exposuisset; nulla per regem mora fuit, quo minus societatem cum Carthaginiensibus statim jungeret. Placuit vero illi, ut Hannibal, qui missus ad se fuerat, Carthaginem celeriter proficisceretur; quo & ipse suos missurum se recepit, de communi re cum Carthaginiensibus collocuturos.

3. Per idem vero tempus *prætor Romanus*, qui Lilybæo præerat, certior factus de iis, quæ Syracusanus rex parabat, legatos ad eum misit, renovandi fœderis caussa, quod cum ejus majoribus fuerat factum. *Hieronymus*, cui odiosa erat præsens legatio, *vicem Romanorum se dolere*, ait, *quod mali male a Carthaginiensibus cæsi in prœliis per Italiam habitis perierint.* Hominis importuni-

δὲ καταπλαγέντων τὴν ἀστοχίαν, ὅμως δὲ προσπυθομένων, τίς λέγει ταῦτα περὶ αὐτῶν· ἔδειξε τοὺς Καρχηδονίους παρόντας, καὶ τούτους ἐκέλευσε
4 διελέγχειν, εἴ τι τυγχάνουσι ψευδόμενοι. τῶν δὲ φησάντων, οὐ πάτριον εἶναι σφίσι, πιστεύειν τοῖς πολεμίοις, παρακαλούντων δὲ, μηδὲν ποιεῖν παρὰ τὰς συνθήκας, ὅτι τοῦτο καὶ δίκαιόν ἐστι καὶ συμφέρον αὐτῷ μάλιστ' ἐκείνῳ· περὶ μὲν τούτων, ἔφη, βου-
5 λευσάμενος αὐτοῖς πάλιν διασαφήσειν. ἤρετο δὲ, πῶς πρὸ τῆς τελευτῆς τοῦ πάππου πλεύσαντες ἕως τοῦ Παχύνου πεντήκοντα ναυσὶ, πάλιν ἀνα-
6 κάμψαιεν; Συμβεβήκει δὲ, Ῥωμαίους, βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἀκούσαντας, Ἱέρωνα μετηλλαχέναι, καὶ δὴ ἀγωνιάσαντας, μή τι νεωτερίσωσιν οἱ ἐν ταῖς Συρακούσαις καταφρονήσαντες τῆς τοῦ καταλελειμμένου παιδὸς ἡλικίας, πεποιῆσθαι τὸν ἐπίπλουν· πυθομένους δὲ τὸν Ἱέρωνα ζῆν, αὖθις εἰς τὸ Λιλύβαιον

A.V. 539. Legatis Romanis illudit Hieronymus.

6. οἱ ἐν ταῖς Συρακ. Caret οἱ editio Vrs. & dein habet καταφρονήσαντας.

tunitatem stupere legati; quærere tamen, *quo auctore hæc diceret.* Ille, Carthaginiensibus qui aderant ostensis, *isti*, ait, *mendacii vobis sunt arguendi, si quid forte præter verum narrarunt.* Quum dicerent legati, *non solere Romanos fidem hostibus habere;* ipsum vero monerent, *ne fidem mutaret, id enim & æquum esse, & rebus maxime illius ipsius expedire: Ego vero,* rex inquit, *super hoc deliberatione habita, quod statuero, faciam vos ut sciatis.* Pergit deinde illos interrogare, *qui factum esset, quod, quum ante obitum avi sui quinquaginta navium classe Pachynum usque accessissent, cursum inde retro flexissent?* Acciderat nempe aliquanto prius, ut Romani, accepto nuncio, Hieronem fato esse functum, anxii, ne quid ex contemtu ætatis relicti pueri rerum novarum moveretur Syracusis, Pachynum usque navigarent; sed mox, ubi vivere adhuc Hieronem accepissent,

Ol.141.1. βαιον ἀναδραμεῖν. Διὸ καὶ τότε παρομολογούντων, 7
Legatis Romanis illudit Hieronymus. πεποιῆσθαι μὲν τὸν ἐπίπλουν, θέλοντας ἐφεδρεῦσαι τῇ νεότητι τῇ ἐκείνου καὶ συνδιαφυλάξαι τὴν ἀρχὴν αὐτῷ, προσπεσόντος δὲ, ζῆν τὸν πάππον, ἀποπλεῦσαι πάλιν· ῥηθέντων δὲ τούτων, πάλιν ὑπο- 8
λαβὼν τὸ μειράκιον, Ἐάσατε τοίνυν, ἔφη, κἀμὲ νῦν, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, διαφυλάξαι τὴν ἀρχὴν, παλινδρομήσαντα πρὸς τὰς Καρχηδονίων ἐλπίδας. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, συνέντες τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, τότε μὲν 9
κατασιωπήσαντες ἐπανῆλθον, καὶ διεσάφουν τὰ λεγόμενα τῷ πέμψαντι· τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη προσεῖχον, καὶ παρεφύλαττον ὡς πολέμιον.

IV. *Fœdus Hieronymi cum Pœnis, de dividenda Sicilia.* Ἱερώνυμος δὲ, προχειρισάμενος Ἀγάθαρχον καὶ Ὀνησιγένη καὶ Ἱπποσθένη, πέμπει μετ' Ἀννίβου πρὸς Καρχηδονίους, δοὺς ἐντολὰς ἐπὶ τοῖσδε ποιεῖσθαι τὰς συνθήκας· Ἐφ' ᾧ Καρχηδονίους βοη- 2
θεῖν καὶ πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, καὶ

pissent, Lilybæum extemplo redirent. Tunc igitur quum fassi essent ingenue, *eo quidem se classe esse profectos, idque eo animo, ut juventuti illius adessent, parati ad omne auxilium, quo regnum illi suum communi opera conservarent; simul atque vero fuisset nunciatum, vivere ipsius avum, pedem retulisse:* hæc, inquam, quum dixissent legati: subjicit adolescens: *Sinite igitur,* inquit, *nunc me quoque, Romani, mutata pariter velificatione spes Carthaginiensium amplexum, meum mihi conservare imperium.* Romani, cognito animi illius impetu, nulla tum voce edita, discesserunt, & rem omnem ei, a quo missi fuerant, significarunt. Ex illo vero tempore ipsum observare, sibique ab eo, ut ab hoste, cavere cœperunt.

4. Iam *Hieronymus* legatos cum Hannibale ad Carthaginienses proficisci jubet, Agatharchum, Onesigenem, & Hippoſthenem; mandans, ut fœdus hisce conditionibus facerent: *Carthaginienses ut terrestribus maritimisque copiis opem*

καὶ συνεκβαλόντας Ῥωμαίους ἐκ Σικελίας,
οὕτω διελέσθαι τὰ κατὰ τὴν νῆσον, ὥστε
τῆς ἑκατέρων ἐπαρχίας ὅρον εἶναι τὸν Ἱμέ-
ραν ποταμὸν, ὃς μάλιστά πως δίχα διαι-
3 ρεῖ τὴν ὅλην Σικελίαν. Οὗτοι μὲν οὖν ἀφικό-
μενοι πρὸς Καρχηδονίους, διελέγοντο περὶ τούτων,
καὶ ταῦτ᾽ ἔπραττον, εἰς πᾶν ἑτοίμως συγκαταβαι-
4 νόντων τῶν Καρχηδονίων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱπποκρά-
την, λαμβάνοντες εἰς τὰς χεῖρας τὸ μειράκιον,
τὰς μὲν ἀρχὰς ἐψυχαγώγουν, ἐξηγούμενοι τὰς ἐν
Ἰταλίᾳ πορείας Ἀννίβου καὶ παρατάξεις καὶ μά-
5 χας· μετὰ δὲ ταῦτα φάσκοντες, μηδενὶ καθήκειν
μᾶλλον τὴν ἁπάντων Σικελιωτῶν ἀρχὴν, ὡς ἐκείνῳ·
πρῶτον μὲν διὰ τὸ τῆς Πύῤῥου θυγατρὸς υἱὸν εἶναι
Νηρηΐδος, ὃν μόνον κατὰ προαίρεσιν καὶ κατ᾽ εὔνοιαν
Σικελιῶται πάντες εὐδόκησαν σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνα
εἶναι καὶ βασιλέα· δεύτερον δὲ κατὰ τὴν Ἱέρωνος
τοῦ

A.V. 539.
Fœdus Hieronymi cum Pœnis, de dividenda Sicilia.

Hieronymus Pyrrhi nepos.

IV. 2. *συνεκβαλόντας* ex conject. correxi. Vulgo *συνεκβαλόντα*.

opem sibi ferrent: ubi Romanos communi opera expulissent Sicilia, insulam ita dividerent, ut Himera fluvius, qui mediam fere universam Siciliam dividit, utriusque populi provinciarum esset terminus. Vbi appulerunt legati, agunt de hisce rebus cum Carthaginiensibus: quibus paratis quascunque conditiones probare, negotium conficiunt. Interea vero *Hippocrates* atque *Epicydes* in animum adolescentis se insinuare: quem initio narrationibus oblectabant, cum illi exponerent, quomodo in Italiam Hannibal venisset, & quas ibi pugnas signis collatis edidisset. Postea vero hujusmodi sermones apud illum cœperunt habere: *Ad neminem magis, quam ad ipsum, universæ Siciliæ imperium pertinere: primo, quia Nereide Pyrrhi filia sit genitus, quem solum omnes Siculi & certo consilio & ob benevolentiam ducem ac regem habere consenserint; deinde, propter Hieronis avi ipsius domi-*

Ol.141.1. τοῦ πάππου δυναστείαν. Καὶ τέλος ἐπὶ τοσοῦτον 6
ἐξωμίλησαν τὸ μειράκιον, ὥστε καθόλου μηδενὶ
προσέχειν τῶν ἄλλων, διὰ τὸ καὶ φύσει μὲν ἀκατά-
στατον ὑπάρχειν, ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπ᾽ ἐκείνων τότε
μετεωρισθέν. Ἀκμὴν τῶν περὶ Ἀγάθαρχον ἐν τῇ 7
Καρχηδόνι τὰ προειρημένα διαπραττομένων, ἐπιπέμ-
πει πρεσβευτάς· τὴν μὲν τῆς Σικελίας ἀρχὴν φά-
σκων αὐτῷ καθήκειν ἅπασαν, ἀξιῶν δὲ Καρχηδο-
νίους μὲν βοηθεῖν περὶ Σικελίας, αὐτὸς δὲ Καρχη-
δονίοις ὑπισχνούμενος ἐπαρκεῖν εἰς τὰς κατὰ τὴν
Ἰταλίαν πράξεις. Τὴν μὲν οὖν ὅλην ἀκαταστασίαν 8
καὶ μανίαν καλῶς συνθεωρούμενοι Καρχηδόνιοι τοῦ
μειρακίου, νομίζοντες δὲ, κατὰ πολλοὺς τρόπους
συμφέρειν σφίσι τὸ μὴ προέσθαι τὰ κατὰ τὴν Σικε-
λίαν· ἐκείνῳ μὲν ἅπαντα συγκατένευον, αὐτοὶ δὲ 9
καὶ πρότερον ἤδη παρασκευασάμενοι ναῦς καὶ στρα-
τιώτας, ἐγίγνοντο πρὸς τὸ διαβιβάζειν τὰς δυνά-
μεις εἰς τὴν Σικελίαν.

Alio fœdere totam Siciliam ſibi paciſcitur.

Oἱ

9. πρὸς τό. πρὸς τῷ malim.

dominatum. Ac tandem ita adoleſcentem hujusmodi fabulis iſti ceperunt, ut ceterorum omnium nullam omnino rationem haberet; quippe qui & natura ſua levis eſſet, & multo etiam magis tunc vana ſpe ab iſtis fuiſſet inflatus. Igitur cum maxime ea, quæ diximus, Carthagine agerentur ab Agatharcho; legationem aliam mittit *Hieronymus*, qua *univerſum Siciliæ imperium ad ſe ſpectare* dicebat: & æquum cenſebat, ut *ſibi in dominatu Siciliæ parando opem ferrent Carthaginienſes:* quum viciſſim ipſe promitteret, *ſe illis auxiliaturum ad ea perficienda, quæ in Italia gererent.* Non fugit Carthaginienſes, quanta hujus adoleſcentis in omnibus rebus eſſet inconſtantia, quis furor; ſed, qui multis nominibus ſua putarent intereſſe, ne res Siciliæ negligerent, regi omnia concedunt, &, quum jam ante præparaſſent naves atque milites, in eo erant ut copias in Siciliam transportarent.

5. His

Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ταῦτα πυνθανόμενοι, πάλιν
ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, διαμαρτυρόμενοι, μὴ
παραβαίνειν τὰς πρὸς τοὺς προγόνους αὐτοῦ τεθει-
2μένας συνθήκας. Ὑπὲρ ὧν Ἱερώνυμος, ἀθροίσας
τὸ συνέδριον, ἀνέδωκε διαβούλιον, τί δεῖ ποιεῖν.
3Οἱ μὲν οὖν ἐγχώριοι τὴν ἡσυχίαν ἦγον, δεδιότες τὴν
τοῦ προεστῶτος ἀκρισίαν· Ἀριστόμαχος δ' ὁ Κορίν-
θιος, καὶ Δάμιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ Αὐτόνους
ὁ Θετταλὸς, ἠξίουν ἐμμένειν ταῖς πρὸς Ῥωμαίους
4συνθήκαις. Ἀνδρανόδωρος δὲ μόνος οὐκ ἔφη δεῖν
παριέναι τὸν καιρόν· εἶναι δὲ τὸν ἐνεστῶτα μόνον,
ἐν ᾧ κατακτήσασθαι δυνατόν ἐστι τὴν τῆς Σικελίας
5ἀρχήν. Τοῦ δὲ ταῦτ' εἰπόντος, ἤρετο τοὺς περὶ
τὸν Ἱπποκράτην, ποίας μετέχουσι γνώμης; τῶν δὲ
φησάντων, τῆς Ἀνδρανοδώρου, πέρας εἶχε τὸ δια-
βούλιον. καὶ τὰ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ῥω-
μαίους

A.V. 539.
V.
Nova legatio Romanorum ad Hieronymum.

V. 2. *τί δεῖ correxi. Perperam vulgo omnes τί δέει.* 5. *ἤρετο correxi. Vulgo omnes εἴρετο.*

5. His auditis, *Romani* legatos denuo ad regem mittunt, qui illum monerent obtestarenturque, *ne discederet a fœdere, quod cum ejus majoribus populo Romano fuisset.* Super ea re convocat *Hieronymus* concilium, & quid sit opus facto consultat cum amicis. Ibi tum indigenæ silentium tenuerunt, stultitiam principis reveriti: *Aristomachus* vero Corinthius, *Damippus* Lacedæmonius, & *Autonus* Thessalus, *ut in societate Romanorum maneret,* auctores fuerunt. Solus *Andranodorus* pro sententia dixit, *non esse occasionem prætermittendam; esse autem occasionem unam eamque jam instantem, per quam Siciliæ imperium sibi parare possit.* Quæ postquam iste dixisset; *Hippocratem* rex interrogavit, quorum sententiæ accederet? Qui ubi *Andranodoro se assentiri* significasset, finem habuit deliberatio: atque ita quidem

Ol. 141. 1. μαίους ἐκεκύρωτο τὸν τρόπον τοῦτον. Βουλόμενος 6
Absurda a Romanis postulat Hieronymus. δὲ μὴ σκαιῶς δοκεῖν ἀποκρίνεσθαι τοῖς πρεσβευταῖς, εἰς τηλικαύτην ἀστοχίαν ἐνέπεσε, δι' ἧς τοῖς Ῥωμαίοις οὐ μόνον δυσαρεστήσειν, ἀλλὰ καὶ προσκόπτειν ἔμελλε προφανῶς. ἔφη γὰρ, ἐμμένειν ἐν ταῖς 7
συνθήκαις, ἐὰν αὐτῷ πρῶτον μὲν τὸ χρυσίον ἀποδῶσι πᾶν, ὃ παρὰ Ἱέρωνος ἔλαβον τοῦ πάππου· δεύτερον δὲ τὸν σῖτον ἐκ παντὸς ἀποκαταστήσωσι τοῦ χρόνου, καὶ τὰς ἄλλας δωρεὰς, ἃς εἶχον παρ' ἐκείνου· τὸ δὲ τρίτον ὁμολογήσωσι, τὴν ἐντὸς Ἱμέρα ποταμοῦ χώραν καὶ πόλεις εἶναι Συρακουσίων. Οἱ μὲν οὖν πρεσβευταὶ καὶ τὸ συνέ- 8
Bellum adv. Rom. parat Hieronymus. δριον ἐπὶ τούτοις ἐχωρίσθησαν· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱερώνυμον ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἐνῆγον τὰ τοῦ πολέμου, καὶ τάς τε δυνάμεις ἤθροιζον καὶ καθώπλιζον, τάς τε λοιπὰς χορηγίας ἡτοίμαζον.

(II.) *Hie-*

7. ἐμμένειν. *Forſ.* ἐμμενεῖν. 8. ἐνῆγον. *An* ἐνήργουν?

quidem *bellum cum Romanis* eſt decretum. Ceterum *Hieronymus*, dum id agit, ut in dando legatis reſponſo dexteritate uſus videatur, in eam abſurditatem incidit, quæ non dicam parum grata Romanis erat futura, ſed omnino palam eos offenſura. Infit enim: *manſurum ſe in amicitia Romanorum; ſi omne primo aurum illi redderent, quod ab avo Hierone accepiſſent; deinde ſi frumentum, & quæcunque alia munera ab eo collata fuiſſent jam inde a principio fœderis, omnia reſtituerent; tertio concederent, omnem cis amnem Himeram agrum atque urbes ditionis Syracuſiorum eſſe.* Poſt iſta, ſoluto concilio, legati diſceſſere. *Hieronymus* vero ex illo tempore ad bellum cœpit ſe accingere, copias cogere, armaque & cetera omnia ad bellum neceſſaria comparare.

(II.) *Ex-*

(II.) *Hieronymus occiditur Leontii.* A.V. 539.

  

Ἡ γὰρ τῶν Λεοντίνων πόλις τῷ μὲν ὅλῳ κλί- VI. Situs urbis Leontinorum.
ματι τέτραπται πρὸς τὰς ἄρκτους. ἔστι δὲ διὰ
μέσης αὐτῆς αὐλὼν ἐπίπεδος, ἐν ᾧ συμβαίνει τάς τε
τῶν ἀρχείων καὶ δικαστηρίων κατασκευὰς καὶ κα-
3 θόλου τὴν ἀγορὰν ὑπάρχειν. τοῦ δ' αὐλῶνος παρ'
ἑκατέραν πλευρὰν παρήκει λόφος, ἔχων ἀποῤῥῶγας
συνεχῆ· τὰ δ' ἐπίπεδα τῶν λόφων τούτων ὑπὲρ τὰς
4 ὀφρῦς οἰκιῶν ἐστι πλήρη καὶ ναῶν. Δύω δ' ἔχει πυ-
λῶνας ἡ πόλις, ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν
πέρατός ἐστιν οὗ προεῖπον αὐλῶνος, φέρων ἐπὶ Συ-
ρακούσας· ὁ δ' ἕτερος ἐπὶ τοῦ πρὸς ἄρκτους, ἄγων
ἐπὶ τὰ Λεοντῖνα καλούμενα πεδία καὶ τὴν γεωργή-
5 σιμον χώραν. ὑπὸ δὲ τὴν μίαν ἀποῤῥῶγα, τὴν πρὸς
τὰς δύσεις, παραῤῥεῖ ποταμὸς, ὃν καλοῦσι Λίσσον.
τούτῳ

VI. Titulus *in ora Cod. Vrb. est:* Οἵα ἡ τῶν Λεοντίνων πόλις. 4. ἀπὸ τοῦ πρὸς. ἐπὶ τοῦ *voluerat Reisk.*

(II.) *Excerpt. antiq. ex Lib.* VII. *cap.* I.

  

6. *Vrbs Leontinorum*, universum situm si spectes, vergit ad septemtriones. Per mediam vero urbem plana quædam porrigitur convallis; in qua magistratuum est curia, & judiciorum sedes, denique ipsum forum. Vtrumque hujus convallis latus colles prætexunt, continuis præcipitiis asperi: at quæ super collium horum supercilio est planities, domibus templisque est referta. Portæ oppidi sunt duæ: una, quæ ab extremitate prædictæ convallis meridionali Syracusas ducit: altera, quæ ab extremitate septemtrionibus obversa ad *Leontinos campos*, quos vocant, & cultos agros ducit. Præter alterum ex duobus præruptis collibus, eum nempe qui ad occasum spectat, amnis infra præterlabitur, quem *Lissum* vocant. Sub ima

Ol.141.1. τούτῳ δὲ κεῖνται παράλληλοι καὶ πλείους ὑπ' αὐτὸν 6
τὸν κρημνὸν οἰκίαι συνεχεῖς, ὧν μεταξὺ καὶ τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὴν προειρημένην ὁδὸν ὑπάρχειν.

(III.) *Iudicium Polybii de Hieronymo, ejusque avo Hierone, & patre Gelone.*

  

VII. Hieronymi vitia a nonnullis exaggerata.

VII. Τινὲς τῶν λογογράφων, τῶν ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἱερωνύμου γεγραφότων, πολύν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ πολλήν τινα διατέθεινται τερατείαν· ἐξηγούμενοι μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γενόμενα σημεῖα, καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς Συρακουσίων· τραγῳδοῦντες δὲ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων, 2
καὶ τὴν ἀσέβειαν τῶν πράξεων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τὸ παράλογον καὶ τὸ δεινὸν τῶν περὶ τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ συμβάντων, ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτ' Ἀπολλόδωρον, μήτ' ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου

VII. 1. *αὐτοῖς γενόμενα. αὐτοῦ vel αὐτῷ malim. ἀρχῆς αὐτῆς voluit Reisk.*

ima rupe continua ſeries extenditur domorum multarum, quæ pari intervallo omnes a fluvio diſtant: inter has & amnem via illa, quam prædiximus, excurrit.

(III.) *Excerpt. Valeſian. ex Lib.* VII.

  

7. Quidam hiſtoriæ ſcriptores, qui de *Hieronymi* interitu ſcripſere, plurimis verbis ad commovendam admirationem abuſi ſunt; dum partim prodigia, qui illius tyrannidem præceſſere, narrant, & Syracuſanorum calamitates; partim crudelitatem ingenii ac res ab eo impie geſtas tragicorum more exaggerant, ac poſtremo novitatem atque atrocitatem eorum, quæ in ipſius obitu acciderunt; ut nec Phalaris neque Apollodorus, neque alius porro quisquam, illo acerbior tyrannus umquam exſtitiſſe videa-

3ἐκείνου πικρότερον. * καὶ παῖς παραλαβὼν τὴν ἀρ- A. V. 539.
χὴν, εἶτα μῆνας οὐ πλείους τριῶν καὶ δέκα βιώσας, Hieronymi vitia
4μετήλλαξε τὸν βίον. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον, a nonnullis exaggerata.
ἕνα μέν τινα καὶ δεύτερον ἐστρεβλῶσθαι, καί τινας
τῶν φίλων καὶ τῶν ἄλλων Συρακουσίων ἀπεκτάνθαι,
δυνατόν· ὑπερβολὴν δὲ γεγονέναι παρανομίας καὶ
5παρηλλαγμένην ἀσέβειαν, οὐκ εἰκός. Καὶ τῷ μὲν
τρόπῳ διαφερόντως εἰκαῖον αὐτὸν γεγονέναι καὶ πα-
ράνομον, φατέον· οὐ μὴν εἴς γε σύγκρισιν ἀκτέον
6οὐδενὶ τῶν προειρημένων τυράννων. Ἀλλά μοι δοκοῦ-
σιν οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις, ἐπειδὰν
ὑποθέσεις εὐπεριλήπτους ὑποστήσωνται καὶ στε-
νὰς, πτωχεύοντες πραγμάτων ἀναγκάζεσθαι τὰ
μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, καὶ περὶ τῶν μηδὲ μνήμης
ἀξίων πολλούς τινας διατίθεσθαι λόγους. ἔνιοι δὲ καὶ
δι' ἀκρισίαν εἰς τὸ παραπλήσιον τούτοις ἐμπίπτου-

 σιν.

3. * *καὶ. Forſ. καί τοι, ut ſuſpicatus eſt Valeſius, aut καὶ περ: Sic* nulla *fuerit* lacuna Ibid. *πλείους adſcivi ex Suida. Vulgo πλείω.* Ibid. *βιώσας. ζήσας Suid. βασιλεύσας maluerat Reisk.*

videatur. Qui tamen cum admodum puer regnum ſuſcepiſſet, atque exinde non amplius quam menſes tredecim vixiſſet, ſtatim e vita diſceſſit. Hoc autem temporis ſpatio fieri ſane potuit, ut unus aut alter cruciatus ſit, & ex ipſius amicis ac reliquis Syracuſanis nonnulli fuerint interfecti; ſingularem vero crudelitatem atque inauditam impietatem illam fuiſſe, minime credibile eſt. Ac natura quidem levem atque injuſtum illum fuiſſe, fatendum omnino eſt: at nulli tamen ante dictorum tyrannorum eſt conferendus. Sed nimirum, qui *particulares Hiſtorias* conſcribunt, cum argumenta brevia atque anguſta tractanda ſuſceperint, mihi videntur rerum inopia laborantes eo neceſſitatis adduci, ut res exiguas in majus extollant, ac de rebus ne mentione quidem dignis multa verba faciant. Quidam etiam præ judicii inopia in idem vitium incurrunt. Quanto enim rectius

Ol.141.1. σιν. Ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦ- 7
τα τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμε-
τροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλω-
να διάγοιτο, παρεὶς Ἱερώνυμον. καὶ γὰρ τοῖς φιλη- 8
κόοις ἡδίων οὗτος, καὶ τοῖς φιλομαθοῦσι τῷ παντὶ
χρησιμώτερος.

VIII. Laus Hieronis.

Ἱέρων μὲν γὰρ πρῶτον μὲν δι' αὐτοῦ κατεκτή-
σατο τὴν Συρακουσίων καὶ τῶν συμμάχων ἀρχὴν,
οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἐκ τῆς τύ-
χης ἕτοιμον παραλαβών. καὶ μὴν οὐκ ἀποκτείνας, 2
οὐ φυγαδεύσας, οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν,
δι' αὑτοῦ βασιλεὺς κατέστη τῶν Συρακουσίων, ὃ
πάντων ἐστὶ παραδοξότατον. ἔτι δὲ τὸ μὴ μόνον 3
κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν οὕτως, ἀλλὰ καὶ διαφυλάξαι
τὸν αὐτὸν τρόπον. Ἔτη γὰρ ν'. καὶ τέτταρα βα- 4
σιλεύ-

7. *Pro* καὶ περὶ ταῦτα *acute Reisk.* καὶ περιττότερον *legendum suspicatus est.* 8. φιλομαθοῦσι. φιλομαθέσι *Suid.*

VIII. 1. δι' αὐτοῦ. δι' ἑαυτοῦ *Suid. Satis fuerat* δι' αὑτοῦ, *& sic mox rursus.*

ctius [atque copiosius] hujusmodi sermo, qui librorum explendorum caussa narrationibus cumuli vicem adjici solet, ad *Hieronem* potius ac *Gelonem* transferri potuerat, omisso *Hieronymo!* Hic enim audiendi discendique cupidis longe gratior sermo atque utilior erat futurus.

8. Namque *Hiero*, primum quidem, Syracusanorum ac sociorum principatum sua industria sibi comparavit, cum neque opes, neque gloriam, neque aliud porro quidquam a fortuna paratum habuisset. Praeterea, nemine e civibus occiso aut in exilium misso, nemine vel molestia affecto, suo Marte Syracusanorum regnum est adeptus, quod quidem maximam habet admirationem. Illud vero non minus mirabile, quod regnum non modo ita est affecutus, sed etiam iisdem artibus conservavit. Nam cum annos quatuor & quinquaginta

σιλεύσας, διετήρησε μὲν τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην, διεφύλαξε δ' αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνεπιβούλευτον, διέφυγε δὲ τὸν ταῖς ὑπεροχαῖς παρεπόμενον φθόνον· 5ὅς γε πολλάκις ἐπιβαλόμενος ἀποθέσθαι τὴν δυναστείαν, ἐκωλύθη κατὰ κοινὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. 6εὐεργετικώτατος δὲ καὶ φιλοδοξότατος γενόμενος εἰς τοὺς Ἕλληνας, μεγάλην μὲν αὐτῷ δόξαν, οὐ μικρὰν δὲ Συρακουσίοις εὔνοιαν παρὰ πᾶσιν ἀπέλιπε. 7καὶ μὴν ἐν περιουσίᾳ καὶ τρυφῇ καὶ δαψιλείᾳ πλείστῃ διαγενόμενος, ἔτη μὲν ἐβίωσε πλείω τῶν ἐννενήκοντα, διεφύλαξε δὲ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας, διετήρησε δὲ πάντα καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀβλαβῆ. 8τοῦτο δέ μοι δοκεῖ σημεῖον οὐ μικρὸν, ἀλλὰ παμμέγεθες εἶναι βίου σώφρονος. A.V. 539. Laus Hieronis.

  

9 Γέλων, πλείω τῶν ν' βιώσας ἐτῶν, σκοπὸν προέθηκε κάλλιστον ἐν τῷ ζῆν, τὸ πειθαρχεῖν τῷ γεννήσαντι, Laus Gelonis.

9. Γέλων. *Forsan* Γέλων δὲ, *ut cohæreant hæc cum præcedentibus.*

ginta regnaverit, patriæ quidem ſuæ pacem, ſibi vero ſecurum ab inſidiis regnum præſtitit; atque adeo invidiam, quæ ſumma quæque comitari ſolet, effugit. Qui cum ſæpius dominatu ſe abdicare tentaſſet, a civibus publice eſt prohibitus. Cumque eſſet liberaliſſimus in Græcos & gloriæ apud eos comparandæ cupidiſſimus; cum ſibi maximam famam, tum Syracuſanis non mediocrem apud omnes benevolentiam conciliavit. Denique cum in omnium rerum abundantia ac deliciis ſummaque copia degeret, annos tamen amplius nonaginta vixit, ſenſusque omnes & cuncta corporis membra integra ac ſana retinuit: quod mihi quidem certiſſimum temperantiæ argumentum videtur.

  

Gelo, annos amplius quinquaginta cum vixerit, hunc pulcerrimum vitæ ſcopum ſibi propoſuit, ut parenti morem

Ol.141.1. νήσαντι, καὶ μήτε πλοῦτον, μήτε βασιλείας μέγεθος, μήτ᾽ ἄλλο περὶ πλείονος ποιήσασθαι μηδὲν, τῆς πρὸς τοὺς γονεῖς εὐνοίας καὶ πίστεως.

III.

RES PHILIPPI, REGIS MACEDONIAE.

(I.) *Fœdus Philippi cum Hannibale.*



IX. Formula fœderis. Ὅρκος, ὃν ἔθετο Ἀννίβας ὁ στρατηγὸς, Μάγωνος, Μύρκανος, Βαρμόκαρος, καὶ πάντες γερουσιασταὶ Καρχηδονίων οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ πάντες Καρχηδόνιοι στρατευόμενοι μετ᾽ αὐτοῦ· πρὸς Ξενοφάνη Κλεομάχου Ἀθηναῖον, πρεσβευτὴν ὃν ἀπέστειλε πρὸς ἡμᾶς Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, Δημητρίου, ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ Μακεδόνων καὶ τῶν συμμάχων· ἐναντίον Διὸς καὶ Ἥρας καὶ Ἀπόλ-

IX. 1. Titulus *in ora Cod. Vrb. est:* Συνθῆκαι Ἀννίβου καὶ Φιλίππου.

morem gereret, ac nec divitias, nec regni majeſtatem, neque aliud quidquam benevolentia ac fide, quæ parentibus debetur, pluris faceret.

III.

(I.) *Excerpt. antiq. ex Lib. VII. cap. 2.*



9. *Hoc eſt fœdus jurejurando ſancitum, quod icit Hannibal imperator, Mago, Myrcal, Barmocal, omnesque qui adſunt ſenatores Carthaginienſium, & univerſi Carthaginienſes, qui in ejus ſunt exercitu; cum Xenophane Cleomachi filio, Athenienſi, quem ad nos legatum miſit Philippus rex, Demetrii filius, pro ſe & Macedonibus atque ſociis: & eſt fœdus hoc ictum coram Iove & Iunone atque Apolline: coram*

A.V 539. Fœdus Philippi cum Hannibale.

Ἀπόλλωνος· ἐναντίον δαίμονος Καρχηδο-
νίων καὶ Ἡρακλέους καὶ Ἰολάου· ἐναντίον
Ἄρεως, Τρίτωνος, Ποσειδῶνος· ἐναντίον
θεῶν τῶν συστρατευομένων, καὶ ἡλίου καὶ
σελήνης καὶ γῆς· ἐναντίον ποταμῶν καὶ
3 λειμώνων καὶ ὑδάτων· ἐναντίον πάντων
θεῶν, ὅσοι κατέχουσι Καρχηδόνα· ἐναν-
τίον θεῶν πάντων, ὅσοι Μακεδονίαν καὶ τὴν
ἄλλην Ἑλλάδα κατέχουσιν· ἐναντίον θεῶν
πάντων τῶν κατὰ στρατείαν, ὅσοι τινὲς
4 ἐφεστήκασιν ἐπὶ τοῦδε τοῦ ὅρκου. Ἀννί-
βας ὁ στρατηγὸς εἶπε, καὶ πάντες οἱ Καρ-
χηδονίων γερουσιασταὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ
πάντες Καρχηδόνιοι στρατευόμενοι μετ'
αὐτοῦ, ὃ ἂν δοκῇ ὑμῖν καὶ ἡμῖν, τὸν ὅρκον

 τοῦτον

2. *δαίμονος Καρχηδονίων. In mstis est δαίμονος καὶ Καρχηδονίων.* Ibid. *ποταμῶν καὶ λειμώνων. Sic ex conject. correxit Casaubonus. Libri omnes ποτ. καὶ δαιμόνων, pro quo Gronov. λιμένων fortasse substituendum, Reiskius λιμνῶν, suspicatus est.* 4. *γερουσιασταί. ἐξουσιασταὶ Herv. & Med.* Ibid. *ὃ ἂν δοκῇ ex consentientibus libris (addubitans licet) reposui, quod in ἐὰν δοκῇ mutavit Casaub. An ἐς ὃ ἂν?*

coram Numine Carthaginiensium, & Hercule & Iolao: coram Marte, Tritone, Neptuno: coram diis expeditionis comitibus, & sole, & luna, & tellure: coram fluviis, pratis, aquis: coram omnibus diis, qui Carthaginem imperio tenent: coram diis universis, qui Macedoniam & reliquam Græciam imperio suo obtinent: coram diis omnibus præsidibus rei bellicæ, qui huic sanciendo fœderi præsentes interveniunt. Hannibal imperator dixit, & omnes senatores, qui una cum eo sunt, & quicumque Carthaginienses in ejus sunt exercitu: ex animi vestri nostrique sententia

Ol. 141. 1.

Fœdus Philippi cum Hannibale.

τοῦτον θέσθαι περὶ φιλίας καὶ εὐνοίας καλῆς, φίλους καὶ οἰκείους καὶ ἀδελφούς· ἐφ᾽ [5] ᾧ τ᾽ εἶναι σωζομένους ὑπὸ Βασιλέως Φιλίππου καὶ Μακεδόνων, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, ὅσοι εἰσὶν αὐτῶν σύμμαχοι, κυρίους Καρχηδονίους, καὶ Ἀννίβαν τὸν στρατηγὸν, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ τοὺς Καρχηδονίων ὑπάρχους, ὅσοι τοῖς αὐτοῖς νόμοις χρῶνται, καὶ Ἰτυκαίους, καὶ ὅσαι πόλεις καὶ ἔθνη Καρχηδονίων ὑπήκοα, καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ τοὺς συμμάχους· καὶ πάσας πόλεις καὶ ἔθνη, πρὸς ἃς ἐστιν [6] ἡμῖν ἥ τε φιλία, τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Κελτίᾳ καὶ ἐν τῇ Λιγυστίνῃ, καὶ πρὸς οὕστινας ἡμῖν ἐὰν γένηται φιλία καὶ συμμαχία ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. Ἔσται δὲ καὶ Φίλιππος ὁ [7] Βασι-

5. *σωζομένους. Forte adjiciendum καὶ φυλαττομένους. Reisk.* 6. *πρὸς ἃς ἐστιν. πρὸς ἃ ἐστιν Reisk.* Ibid. *ἥ τε φιλία. An excidit καὶ συμμαχία?*

tia fœdus hoc esto amicitiæ ac benevolentiæ, ut amici societate juncti & fratres simus, hisce legibus. A Philippo, & Macedonibus, ceterisque Græcis quotquot eorum socii, salus propugnator dominorum Carthaginiensium, & Hannibalis imperatoris, & eorum qui cum ipso sunt, & eorum qui in ditione sunt Carthaginiensium, quicumque iisdem legibus utuntur, & Vticensium, & omnium civitatum atque gentium, quæ Carthaginiensibus parent, & militum, atque sociorum; tum omnium civitatum atque gentium amicitia nobis junctarum in Italia, in Gallia, & in Liguria, & quicumque in hac ipsa regione amicitia ac societate nobiscum se sunt juncturi. Pariter

βασιλεὺς, καὶ Μακεδόνες, καὶ τῶν ἄλλων A.V. 539.
Ἑλλήνων οἱ σύμμαχοι, σωζόμενοι καὶ φυ- Fœdus Philippi
λαττόμενοι ὑπὸ Καρχηδονίων τῶν συστρα- cum Hannibale.
τευομένων, καὶ ὑπὸ Ἰτυκαίων, καὶ ὑπὸ πα-
σῶν πόλεων καὶ ἐθνῶν, ὅσα ἐστὶ Καρχηδο-
νίοις ὑπήκοα, καὶ συμμάχων, καὶ στρατιω-
τῶν· καὶ ὑπὸ πάντων ἐθνῶν καὶ πόλεων,
ὅσα ἐστὶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Κελτίᾳ καὶ Λιγυ-
στίνῃ, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν γένωνται
σύμμαχοι ἐν τοῖς κατ᾽ Ἰταλίαν τόποις
8 τούτοις. Οὐκ ἐπιβουλεύσομεν ἀλλήλοις,
οὐδὲ λόχῳ χρησόμεθα ἐπ᾽ ἀλλήλοις· μετὰ
δὲ πάσης προθυμίας καὶ εὐνοίας ἄνευ δό-
λου καὶ ἐπιβουλῆς ἐσόμεθα * πολέμιοι τοῖς
πρὸς Καρχηδονίους πολεμοῦσι, χωρὶς βα-

 σιλέων

7. ὑπὸ Καρχ. τῶν συστρ. ὑπὸ τῶν Καρχ. συστρ. edd. cum Med.
8. μετὰ δὲ πάσης. *Conjunctionem, quæ aberat, inserui cum Aug. & Vrb.* Ibid. ἐσόμεθα *. Defectus vel depravationis notam *adjeci. Proclive esset*, ἔσεσθε *reponere. Sed ad* ἐσόμεθα *intercidisse nonnihil videtur. Reiskius suspicatus est* ἐσόμεθα πολέμιοι, ὑμεῖς μὲν τοῖς πρὸς Καρχ.

ter vero & Philippi regis salus, & Macedonum, reliquorumque Græcorum sociorum, propugnabitur; atque ipsi conservabuntur a Carthaginiensium exercitibus, & ab Vticensibus & a civitatibus ac nationibus omnibus, quæ Carthaginiensibus parent, & sociis, & militibus; ab omnibus denique gentibus & civitatibus, quæ per Italiam, Galliam & Liguriam societate nobis junctæ sunt, aut si qui alii in his Italiæ locis ad nostram societatem accesserint. Non appetemus nos mutuo occultis consiliis, neque insidias struemus invicem: sed cum omni promtitudine & benevolentia, sine dolo malo aut insidiis, hostes eritis hostibus Carthaginiensium; exceptis regi-

Ol.141.1. Fœdus Philippi cum Hannibale.

σιλέων καὶ πόλεων καὶ λιμένων, πρὸς οὓς
ὑμῖν εἰσὶν ὅρκοι καὶ φιλίαι. Ἐσόμεθα δὲ
καὶ ἡμεῖς πολέμιοι τοῖς πολεμοῦσι πρὸς
βασιλέα Φίλιππον, χωρὶς βασιλέων καὶ
πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς οὓς ἡμῖν εἰσὶν ὅρκοι
καὶ φιλίαι. ἔσεσθε δὲ καὶ ἡμῖν * πρὸς τὸν πό- 10
λεμον, ὅς ἐστιν ἡμῖν πρὸς Ῥωμαίους, ἕως
ἂν ἡμῖν καὶ ὑμῖν οἱ θεοὶ διδῶσι τὴν εὐημε-
ρίαν. Βοηθήσετε δὲ καὶ ἡμῖν, ὡς ἂν χρεία ᾖ, 11
καὶ ὡς ἂν συμφωνήσωμεν. Ποιησάντων δὲ 12
τῶν θεῶν ὑμῖν μὲν καὶ ἡμῖν κατὰ τὸν πόλε-
μον

8. λιμένων. δήμων suspicatus est Gronov. Ibid. πρὸς οὓς ὑμῖν. Sic omnino cum Reisk. fuit corrigendum. Vulgo omnes πρὸς οὓς ἡμῖν. 10. ἔσεσθε ex conject. correxi. Vulgo omnes ἔσεσθαι δὲ καὶ. Ibid. ἡμῖν πρὸς τὸν πόλεμον. Sic libri nostri omnes, Aug. Vrb. duo Regii, duo Cæsarei, Vesont. & Tubing. Solus Hervag. cum Med. habent ὑμῖν πρὸς τὸν πόλ. Vnde Casaub. abjecta partic πρὸς edidit ἔσεσθαι δὲ καὶ ὑμῖν τὸν πόλεμον. Ad lectionem mstorum adjeci signum defectus: nam excidisse videtur vocab. συμμάχους vel σύμμαχοι. Ibid διδῶσι correxi. Vulgo omnes διδόασι, sed Vrb. δίδοσι. Ibid. εὐημερίαν Alii εὐημέρειαν. 11. βοηθήσετε δὲ ex conjectura scripsi βοηθήσει δὲ Herv. cum mstis omnibus: quod Casaubonus in βοηθήσειν δὲ mutavit. Ibid. ὡς ἂν χρεία ex libris revocavi. ὧν ἂν χρεία Casaub. 12. Ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν &c Hervagius cum codd. omnibus ποιήσει τῶν δὲ τῶν θεῶν. ὑμῖν μὲν καὶ ἡμῖν &c Casaubonus ex ingenio locum ita constituit: συμφρονήσωμεν ποιήσειν. τῶν δὲ θεῶν οὐ δόντων ὑμῖν καὶ ἡμῖν * κατὰ τὸν πόλ. τοῦτον. Adhibita nostra emendatione, non opus

regibus & civitatibus ac portibus, quibuscum fœdus vobis est atque amicitia. Similiter vero & nos erimus hostes hostium regis Philippi; regibus eis exceptis & civitatibus atque populis, quibuscum fœdus nobis est atque amicitia. Eritis autem nobis etiam socii in hoc bello, quod nobis cum Romanis est; donec nobis vobisque dii lætum exitum duint: & subministrabitis nobis auxilia, prout opus fuerit, & prout inter nos convenerit. Quod si vero lætum exitum hujus belli,

μον τὸν πρὸς Ῥωμαίους καὶ τοὺς συμμά- A.V.539.
χους αὐτῶν, ἂν ἀξιῶσι Ῥωμαῖοι συντίθε- Fœdus Philippi
σθαι περὶ φιλίας, συνθησόμεθα· ὥστ᾽ εἶναι cum Hannibale.
13 πρὸς ὑμᾶς τὴν αὐτὴν φιλίαν· ἐφ᾽ ᾧ τε μὴ
ἐξεῖναι αὐτοῖς ἄρασθαι πρὸς ὑμᾶς μηδέποτε πόλεμον, μήδ᾽ εἶναι Ῥωμαίους κυρίους Κερκυραίων, μήδ᾽ Ἀπολλωνιατῶν καὶ Ἐπιδαμνίων, μηδὲ Φάρου, μηδὲ Διμάλλης καὶ
14 Παρθίνων, μήδ᾽ Ἀτιντανίας. ἀποδώσουσι
δὲ καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαρίῳ τοὺς οἰκείους πάντας, οἵ εἰσιν ἐν τῷ κοινῷ τῶν Ῥωμαίων.
15 Ἐὰν δὲ αἵρωνται Ῥωμαῖοι πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, ἢ πρὸς ἡμᾶς, βοηθήσομεν ἀλλήλοις εἰς τὸν πόλεμον, καθὼς ἂν ἑκατέροις ᾖ χρεία.

opus est verbis οὐ δόντων, temere a Casaub. insertis. Sed deesse videtur vocab. εὐημερίαν, *in cujus locum fortasse verba* ὑμῖν μὲν καὶ *irrepserunt.* Ibid. τὸν πρὸς Ῥωμ. *& deinde* ἂν ἀξιῶσι *ex cod. Vrb. recte adscivit Casaub. pro* τῇ πρὸς Ῥωμ. κ. τ. συμμ. αὐτῶν ἀξιώσει, *quod cum reliquis codd. dederat Hervagius.* Ibid. Ῥωμαῖοι *ex conj. correxi. Vulgo* Ῥωμαίοις συντίθ.

li, quod cum Romanis eorumque sociis gerimus, effecerint vobis nobisque dii, ac petierint a nobis Romani, ut fœdus & amicitiam cum ipsis jungamus; sic jungemus, ut eadem illa & vobiscum sit amicitia cum ipsis: atque his quidem legibus, ne umquam illis fas sit bellum vobis inferre, neve in potestatem Romani habeant Corcyræos, neque Apolloniatas, neque Dyrrhachinos, neque Pharum, neque Dimallen & Parthinos, neque Atintaniam: reddantque iidem & Demetrio Phario omnes ad ipsum pertinentes, qui intra Romanorum ditionem fuerint. Quod si adversus vos bellum Romani susceperint, aut adversus nos; auxilia invicem ad id bellum nobis subministrabimus, prout fuerit utrisque

Ol.141.1. Fœdus Philippi cum Hannibale.

χρεία. ὁμοίως δὲ καὶ ἐάν τινες ἄλλοι· χω- 16
ρὶς βασιλέων καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν, πρὸς
ἃ ἡμῖν εἰσιν ὅρκοι καὶ φιλίαι. Ἐὰν δὲ δοκῇ 17
ἡμῖν ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναι πρὸς τόνδε τὸν
ὅρκον, ἀφελοῦμεν ἢ προσθήσομεν, ὡς ἂν
ἡμῖν δοκῇ ἀμφοτέροις.

(II.) *Philippus Meſſenæ.*



X. Seditio Meſſeniorum.

Οὔσης δημοκρατίας παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ 1
τῶν μὲν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευμένων, τῶν δὲ κατακεκληρουχηκότων τὰς τούτων οὐσίας ἐπικρατούντων τῆς πολιτείας, δυσχερῶς ὑπέφερον τὴν τούτων ἰσηγορίαν οἱ μένοντες τῶν ἀρχαίων πολιτῶν.

Γόργος,

17. *δοκῇ ἡμῖν. Alii δοκεῖ ἡμῖν.* Ibid. *δοκῇ ἀμφοτ. correxi. Vulgo omnes δοκεῖ ἀμφ. In uno tamen ex Regiis fuerat δοκῇ a pr. manu.*

que opus. Idem erit & ab aliis ſuſcepto bello; regibus exceptis & civitatibus atque gentibus, quibuscum fœdera ſunt nobis atque amicitia. Huic vero fœderi ſi quid nobis vel demere vel adjicere viſum erit, ex communi amborum ſententia dememus vel adjiciemus.

(II.) *Suidas in Ἰσηγορίᾳ.*

✻ ✻ ✻

10. Cum Democratia apud *Meſſenios* obtineret, & clariſſimi quique viri in exilium fuiſſent pulſi, illi vero, quibus eorum bona ſortito fuerant diviſa, rerum in civitate eſſent potiti; veteres cives, qui in urbe remanſerant, ægre ferebant, illos æquo ſecum jure gaudere.

Excerpt.

A.V. 539.

* * *

2 Γόργος, ὁ Μεσσήνιος, οὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλούτῳ καὶ γένει· διὰ δὲ τὴν ἄθλησιν, κατὰ τὴν ἀκμὴν, πάντων ἐνδοξότατος ἐγεγόνει τῶν περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας φιλοστεφανούντων.
3 Καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προστασίαν, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν στεφάνων, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν καθ' αὐ-
4 τόν. Καὶ μὴν, ὅτε, καταλύσας τὴν ἄθλησιν, ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν τὰ τῆς πατρίδος ὥρμησε, καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἐλάττω δόξαν ἐξεφέρετο τῆς πρότερον ὑπαρχούσης αὐτῷ·
5 πλεῖστον μὲν ἀπέχειν δοκῶν τῆς τοῖς ἀθληταῖς παρεπομένης ἀναγωγίας, πρακτικώτατος δὲ καὶ νουνεχέστατος εἶναι νομιζόμενος περὶ τὴν πολιτείαν.

Gorgus, nobilis Messenius.

Κατὰ

X. 4. ἐξεφέρετο. ἐφέρετο *Suid.* 5. ἀναγωγίας *correxi cum Toupio. Vulgo mendose* ἀγωνίας.

Excerpt. Valesian.

* * *

Gorgus, Meſſenius, opibus ac ſplendore generis nulli Meſſeniorum erat ſecundus: quod ad athleticam vero laudem attinet, in adoleſcentia, omnium, qui gymnicis ludis coronæ ſtudio decertant, celeberrimus fuerat. Nam & formæ dignitate, & totius vitæ exteriore cultu, ac præterea coronarum etiam numero, nulli ſuæ ætatis concedebat. Quin etiam, poſtquam relictis certaminibus gymnicis ad rempub. & ad negotia patriæ tractanda ſe contulit, hac quoque ex parte non minorem quam ex ante acta vita gloriam retulit. Nam & plurimum abeſſe viſus eſt ab illa imperitia & ruſticitate, quæ athletas fere comitari ſolet, & ad res gerendas ſolertiſſimus ac prudentiſſimus in repub. habitus eſt.

Excerpt.

Ol.141.1.

* * *

XI. Philippi deliberatio de Ithomata, arce Messeniorum.

Κατὰ δὲ τὸν ἐθισμὸν ἐκ τῶν τυθέντων ἱερείων
προσενεχθέντων αὐτῷ τῶν σπλάγχνων, δεξάμενος
εἰς τὰς χεῖρας, καὶ βραχὺ διακλίνας, ἤρετο προ-
τείνων τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, τί δοκεῖ τὰ ἱερὰ ση-
μαίνειν, πότερον ἐκχωρεῖν τῆς ἄκρας, ἢ κρατεῖν αὐ-

Demetrii consilium.

τῆς; Ὁ μὲν οὖν Δημήτριος αὐτόθεν ἐκ τοῦ προβε- 2
βηκότος· εἰ μὲν μάντεως φρένας ἔχεις, ἔφη, ἐκχω-
ρεῖν τὴν ταχίστην· εἰ δὲ βασιλέως πραγματικοῦ,
τηρεῖν αὐτὴν, ἵνα μὴ, νῦν ἀφεὶς, ζητῇς ἕτερον ἐπι-
τήδειον καιρόν. οὕτω γὰρ, ἑκατέρων τῶν κεράτων 3
κρατῶν, μόνως ἂν ὑποχείριον ἔχοις τὸν βοῦν· αἰνιτ-
τόμενος τὰ μὲν κέρατα τὸν Ἰθωμάτην καὶ τὸν
Ἀκροκόρινθον· τὴν δὲ Πελοπόννησον, τὸν βοῦν.
Ὁ δὲ Φίλιππος ἐπιστρέψας πρὸς τὸν Ἄρατον, σὺ 4
δὲ ταὐτὰ συμβουλεύεις; ἔφη. τοῦ δ' ἐπισχόντος,
αὐτὸ

XI. Titulus *in ora Cod. Vrb. est:* Βουλὴ πρὸς Φίλιππον. 1. τὰ ἱερὰ *revocavi ex Herv. & mstis, cum a Casaub in* τὰ ἱερεῖα *temere esset mutatum.* 4. ταὐτὰ. ταῦτα *Herv. cum mstis.*

Excerpt. antiq. ex Lib. VII. *cap.* 3.

* * *

11. Quum *mactatarum victimarum exta* de more oblata *Philippo* ad inspiciendum fuissent; ille exta manibus suscipit, ac leviter se inclinans in alteram partem, *Arato* illa ostendens, *quid sacra significarent* interrogat: *utrumne arce excedere, an eam tenere?* Ibi tum *Demetrius* continuo e re nata, *Si vatis,* inquit, *mentem habes, excedere quamprimum: sin regis ad res gerendas & parandum imperium idonei, eam servare; ne, si nunc omittas, aliud requiras opportunum tempus. Hoc enim solo modo, utrumque cornu tenens, bovem ipsum in potestate habebis:* significans per *cornua, Ithomatam & Acrocorinthum:* per *bovem* vero, *Peloponnesum.* At *Philippus ad Aratum* conversus: *Tu vero idemne suades?* inquit: &, quum ille tace-

A.V. 539. Consilium Arati.

5αὐτὸ λέγειν ἠξίου τὸ φαινόμενον. Ὁ δὲ διαπορή-
σας· εἰ μὲν χωρὶς, ἔφη, τοῦ παρασπονδῆσαι Μεσ-
6σηνίους δύνῃ κρατεῖν· εἰ δὲ τοῦτον καταλαβὼν φρου-
ρᾷ, πάσας ἀπολλύναι μέλλεις τὰς ἀκροπόλεις καὶ
τὴν φρουρὰν, ἣν παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου, φρου-
ρούμενος τοὺς συμμάχους, (λέγων τὴν πίστιν·)
7σκόπει, μὴ καὶ νῦν κρεῖττον ᾖ, τοὺς ἄνδρας ἐξαγα-
γόντα, τὴν πίστιν αὐτοῦ καταλιπεῖν, καὶ ταύτῃ
φρουρεῖν τοὺς Μεσσηνίους, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λοι-
8ποὺς συμμάχους. Ὁ οὖν Φίλιππος κατὰ μὲν τὴν
ἰδίαν ὁρμὴν ἕτοιμος ἦν παρασπονδεῖν, ὡς ἐκ τῶν
9ὕστερον πραχθέντων ἐγένετο καταφανής· ἐπιτετι-
μημένος δὲ μικρῷ μὲν πρότερον ὑπὸ τοῦ νεωτέρου πικρῶς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀπωλείᾳ· τότε δὲ μετὰ παῤῥησίας ἅμα καὶ μετ' ἀξιώσεως λέγοντος τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ δεομένου μὴ παρακοῦσαι τῶν λεγομένων,

Arati consilium sequitur Philippus.

4. αὐτὸ λέγειν *ex conject. correxi. Vulgo omnes* αὐτὸν λέγειν.
8. Ὁ οὖν Φίλ. *Conjunctionem* ουν, *qua carent vulgo omnes, adjeci ex conject.*

taceret, ut suam, quæcumque esset, aperiret sententiam, postulavit. Ille, aliquamdiu cunctatus: *Si quidem*, ait, *potes, fide quam Messeniis dedisti intemerata, tene: sin, Ithomatam præsidio occupans, omnes arces amissurus es atque illud præsidium ab Antigono acceptum, quo socios tibi servas; (fidem* dicebat:) *vide, ne etiam nunc satius sit, eductis militibus, fidem ibi relinquere, & per hanc Messenios custodire, & reliquos pariter socios.* Iam quidem *Philippus*, si animo suo obsequeretur, paratus erat fidem frangere; sicut ex iis, quæ deinceps egit, palam est factum. Sed quum a *juniore* quidem *Arato* paullo ante acriter fuisset objurgatus propter perniciem Messeniis allatam; tum vero *senior* libere graviterque sententiam dixisset, & rogasset, ne suum aspernaretur consilium, pudore est inhibitus: itaque

Ol.141.1. γομένων, ἐνετράπη. καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δε- 10
ξιᾶς, Ἄγωμεν τοίνυν, ἔφη, πάλιν τὴν αὐτὴν ὁδόν.

(III.) *Observationes Polybii de Philippi moribus in pejus mutatis.*



XII. Adv. Messenios primum pravos mores nudavit Philippus.

Ἐγὼ δὲ, κατὰ τὸ παρὸν ἐπιστήσας τὴν διήγησιν, βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι περὶ Φιλίππου, διὰ τὸ ταύτην τὴν ἀρχὴν γενέσθαι τῆς εἰς τοὔμπαλιν μεταβολῆς αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπὶ χεῖρον ὁρμῆς καὶ μεταθέσεως. δοκεῖ γάρ μοι, τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ βουλομένοις τῶν πραγματικῶν ἀνδρῶν περιποιεῖσθαι τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας διόρθωσιν ἐναργέστατον εἶναι τοῦτο παράδειγμα. καὶ γὰρ διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπι- 3
φανὲς, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως λαμπρὸν, ἐκφανεστάτας συμβαίνει καὶ γνωριμωτάτας γεγονέναι πᾶσι τοῖς Ἕλλησι τὰς εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος ὁρμὰς τοῦ βασιλέως τούτου, παραπλησίως δὲ καὶ τὰ συνεξακολουθήσαντα ταῖς ὁρμαῖς ἑκατέραις ἐκ παραθέσεως.

itaque Aratum dextra prehendens: *Ergo*, inquit, *eadem, qua venimus, via redeamus.*

(III.) *Excerpt. Valesian.*



12. Hic vero orationis cursum sistere, ac pauca de *Philippo* dicere lubet; eo quod hoc illi *initium mutationis* & proni *in pejora* impetus fuit. Etenim iis, qui rempublicam tractant, si vel modicum aliquem ex historia fructum percipere cupiant, nullum luculentius exemplum proponi posse arbitror. Nam cum ob regni ipsius famam, tum ob indolis præstantiam, illustres atque omnibus Græcis notissimi in utramque partem hujus regis impetus fuerunt: pariter vero notissimi quoque casus, qui utraque ejus instituta e diverso sunt consecuti.

4 θέσεως. Ὅτι μὲν οὖν αὐτῷ μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τά τε κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ συλλήβδην τὰ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, οὕτως ὑπετέτακτο, καὶ συνέκλινε ταῖς εὐνοίαις, ὡς οὐδενὶ τῶν πρότερον βασιλέων, καί τοι νέῳ ὄντι παραλαβόντι τὴν Μακεδόνων δυναστείαν, εὐχερὲς καταμα-
5 θεῖν ἐκ τούτων. συνεχέστατα γὰρ αὐτοῦ περισπαθέντος ἐκ Μακεδονίας, διὰ τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους πόλεμον, οὐχ οἷον ἐστασίασέ τι τῶν προειρημένων ἐθνῶν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιοικούντων ἐτόλμησε βαρβάρων οὐδεὶς ἅψασθαι τῆς Μακεδο-
6 νίας. καὶ μὴν περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Χρυσογόνου καὶ τῶν ἄλλων φίλων εὐνοίας καὶ προθυμίας εἰς αὐ-
7 τὸν, οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις δύναιτ' ἀξίως. τὴν δὲ Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν, ἅμα δὲ τούτοις Ἠπειρωτῶν, Ἀκαρνάνων, * * ὅσων ἑκάστοις ἀγαθῶν ἐν βραχεῖ χρόνῳ

A.V. 539. Ante id tempus Græcis cunctis fuerat adamatus.

XII. 7. τὴν δὲ. τῶν δὲ *suspicatus erat Vales. & cum eo Reisk. Mihi videntur eo loco, ubi* defectus notam *posui, verba nonnulla excidisse in eam sententiam, quam in vers. lat. expressi.*

secuti. Nam, & Thessaliam & Macedoniam, atque omnes omnino proprii regni provincias, ex quo regnum suscepit Philippus, omni obsequio ac benevolentia eum amplexas esse, quanta neminem regum antea, quamvis juvenis dominatum Macedoniæ suscepisset; id vero inde perspici facile potest, quod, cum belli caussa adversus Aetolos ac Lacedæmonios suscepti continue a Macedonia distineretur, non modo ex prædictis gentibus nulla rebellavit, sed nec vicinorum quisquam barbarorum Macedoniæ fines contingere est ausus. Iam benevolentiam erga illum ac studium omnium amicorum, & maxime *Alexandri* ac *Chrysogoni*, ne quidem satis exprimere dicendo quisquam possit. Peloponnesiorum vero & Bœotiorum, pariterque Epirotarum ac Acarnanum quantum fuerit in eumdem studium, facile æstimare poterit, qui consideraverit, quot & quanta brevi tempo-

Ol. 141. 1. Philippus olim Græcorum deliciæ.

χρόνῳ παραίτιος ἐγένετο. Καθόλου γε μὴν ἤδη μι- 8
κρὸν ὑπερβολικώτερον εἰπεῖν, οἰκειότατ' ἂν οἶμαι
περὶ Φιλίππου τοῦτο ῥηθῆναι, διότι κοινός τις οἷον
ἐρώμενος ἐγένετο τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ τῆς αἱρέσεως
εὐεργετικόν. Ἐκφανέστατον δὲ καὶ μέγιστον δεῖγμα 9
περὶ τοῦ, τί δύναται προαίρεσις καλοκἀγαθικὴ καὶ
πίστις, τὸ πάντας Κρηταιεῖς συμφρονήσαντας, καὶ
τῆς αὐτῆς μετασχόντας συμμαχίας, ἕνα προστά-
την ἑλέσθαι τῆς νήσου Φίλιππον, καὶ ταῦτα συντε-
λεσθῆναι χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων, ὃ πρότερον οὐ
ῥᾳδίως ἂν εὕροι τις γεγονός. Ἀπὸ τοίνυν τῶν κατὰ 10
Μεσσηνίους ἐπιτελεσθέντων, ἅπαντα τὴν ἐναντίαν
ἐλάμβανε διάθεσιν αὐτῷ, καὶ τοῦτο συνέβαινε κα-
τὰ λόγον. Τραπεὶς γὰρ ἐπὶ τὴν ἀντικειμένην 11
προαίρεσιν τῇ πρόσθεν, καὶ ταύτῃ προστιθεὶς ἀεὶ
τἀκόλουθον, ἔμελλε καὶ τὰς τῶν ἄλλων διαλήψεις
περὶ

Exinde odiosus omnibus.

8. ἤδη μικρὸν. *Forsan* εἰ δεῖ μικρ. *ut voluit Valeſ.*

temporis ſpatio beneficia in eorum quosque contulerit. Omnino vero, ſi quid tantiſper exaggerando dicere licet, jure optimo de *Philippo* dici poſſe exiſtimo, *velut communes quasdam Græcorum omnium delicias illum fuiſſe*, ob illius prolixam de omnibus bene merendi voluntatem. Quantum autem valeat præclarum vitæ inſtitutum ac fides, hoc celeberrimo & maximo teſtimonio demonſtrari poteſt, quod omnes ſimul *Cretenſes*, concordia inter ſe ac ſocietate inita, unum *Philippum* dictatorem ad res inſulæ conſtituendas publice elegerunt, quodque citra vim ac periculum cuncta effecta ſunt; quod ſuperiori memoria haud facile quis factum eſſe recordetur. At vero, ex quo iſta adverſus Meſſenios patravit, omnia illi in contrarium vertere, idque ſane optimo jure. Nam cum vitæ inſtitutum priori contrarium eſſet amplexus, ac quotidie malum malo cumularet; conſentaneum erat, ut contrariam de illo opinionem

περὶ αὐτοῦ τρέψειν εἰς τἀναντία, καὶ ταῖς τῶν πραγμάτων συντελείαις ἐγκυρήσειν ἐναντίαις ἢ A.V. 539.
12 πρότερον. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. δῆλον δὲ τοῦτο ἔσται τοῖς προσέχουσιν ἐπιμελῶς, διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων πράξεων.

  

XIII. Aratus honesta, Demetrius prava suasit Philippo.

Ὁ Ἄρατος, θεωρῶν τὸν Φίλιππον ὁμολογουμένως τόν τε πρὸς Ῥωμαίους ἀναλαμβάνοντα πόλεμον, καὶ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσιν ὁλοσχερῶς ἠλλοιωμένον, πολλὰς εἰσενεγκάμενος ἀπορίας καὶ σκήψεις, μόλις ἀπετρέψατο τὸν Φίλιππον.
2 Ἡμεῖς δὲ, τοῦ κατὰ τὴν ε. βίβλον ἡμῖν ἐν ἐπαγγελίᾳ καὶ φάσει μόνον εἰρημένου, νῦν δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν πίστιν εἰληφότος, βουλόμεθα προσαναμνῆσαι τοὺς συνεφιστάνοντας τῇ πραγματείᾳ, πρὸς τὸ μηδεμίαν τῶν ἀποφάσεων ἀναπόδεικτον

Qq 2 μηδ᾽

11. *ἐγκυρήσειν correxi cum Reisk. ἐγχρήσειν ex ms. edidit Valeſ. idque in ἐγκύρσειν mutandum cenſuerat.* 12. *ἔσται ex conj. poſui pro vulgato ἐστι.*
XIII. 2. *τοῦ κατὰ correxit Valeſ. τοῦτο κατὰ erat in ms.*

nionem cuncti conciperent, & ipſe contrarios longeque alios quam antea rerum ſucceſſus experiretur. Quod quidem ei poſtea contigit: ut ex iis, quæ deinceps narrabimus, attentus hiſtoriæ lector manifeſte perſpiciet.



13. *Aratus*, cum *Philippum* videret bellum adverſus Romanos aperte ſuſcipere, atque erga ſocios longe alia ac prius voluntate affectum eſſe, variis difficultatibus ac rationibus in medium allatis, ægre Philippum ab incepto deterruit. Ceterum quod *Libro quinto* in anteceſſum & nude ſolummodo a nobis dictum eſt, id nunc, ubi rebus ipſis confirmatum deprehenditur, in memoriam revocatum volumus attentis hiſtoriæ noſtræ lectoribus; ne qua forte propoſitio absque demonſtratione

Ol. 141. 1. Aratus & Demetrius contraria ſuadent Philippo.

μηδ᾽ ἀμφισβητουμένην καταλιπεῖν. καθ᾽ ὃν γὰρ 3
καιρὸν, ἐξηγούμενοι τὸν Αἰτωλικὸν πόλεμον, ἐπὶ
τοῦτο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐπέστημεν, ἐν ᾧ Φί-
λιππον ἔφαμεν τὰς ἐν Θέρμῳ στοὰς καὶ τὰ λοιπὰ
τῶν ἀναθημάτων θυμικώτερον διαφθεῖραι, καὶ δεῖν
τούτων τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐπὶ τὸν βασιλέα, διὰ
τὴν ἡλικίαν, ὡς ἐπὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ φίλους
ἀναφέρειν· τότε, περὶ μὲν Ἀράτου τὸν βίον, ἐφή- 4
σαμεν, ἀπολογεῖσθαι τοῦ μηδὲν ἂν ποιῆσαι μοχθη-
ρὸν, Δημητρίου δὲ τοῦ Φαρίου τὴν τοιαύτην εἶναι
προαίρεσιν. Δῆλον δὲ τοῦτο ποιήσειν ἐπηγγειλάμε- 5
θα διὰ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων, εἰς τοῦτον ὑπερθέ-
μενοι τὸν καιρὸν τὴν πίστιν τῆς στερηθείσης ἀπο-
φάσεως· ἐν ᾧ παρὰ μίαν ἡμέραν Δημητρίου μὲν 6
παρόντος, ὡς ἀρτίως ὑπὲρ τῶν κατὰ Μεσσηνίους
ὑπεδείξαμεν, Ἀράτου δὲ καθυστερήσαντος, ἤρξατο
Φίλιππος ἅπτεσθαι τῶν μεγίστων ἀσεβημάτων·

καὶ,

5. τῆς στερηθείσης. τῆς τότε ῥηθείσης *ſuſpicatus eſt Gron. & ſic voluit Reisk.*

ſtratione a nobis relinquatur. Nam cum bellum Aetolicum narrantes eo loci conſtitiſſemus, quo *Philippum* diximus *nimio animi impetu porticus & reliqua donaria Thermi oppidi deſtruxiſſe, atque hujus facti culpam non tam in ipſum regem, ob illius ætatem, quam in regis amicos & comites conferri debere:* tunc de *Arato* quidem aſſeruimus, *reliquam ejus vitam hujusmodi omne facinus ab eo amoliri; Demetrii autèm Pharii prorſus tale vitæ inſtitutum fuiſſe.* Atque id nos poſtea oſtenſuros eſſe tum polliciti, hunc in locum demonſtrationem nudi illius afferti diſtulimus: quando ſcilicet *Philippus, Demetrio* quidem præſente, ut paullo ante in *Meſſenicarum* rerum narratione oſtendimus, *Arato* autem uno dumtaxat die tardius delato, teterrima facinora aggredi cœpit; ac, veluti deguſtato ſemel

humano

7καὶ, καθάπερ ἂν ἐγγευσάμενος αἵματος ἀνθρωπείου, A.V. 539.
καὶ τοῦ φονεύειν, καὶ παρασπονδεῖν τοὺς συμμάχους,
οὐ λύκος ἐξ ἀνθρώπου, κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν μῦθον, Ex homine lupus.
ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ τύραννος ἐκ βασιλέως
8ἀπέβη πικρός. τούτου δ' ἐναργέστερον ἔτι δεῖγμα
τῆς ἑκατέρου γνώμης, τὸ περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα, πρὸς τὸ μηδὲ περὶ τῶν κατ' Αἰτωλοὺς διαπορεῖν.

XIV. Aratus & Demetr. contraria suadent Philippo.

Ὧν ὁμολογουμένων, εὐμαρὲς ἤδη συλλογίσασθαι
2τὴν διαφορὰν τῆς ἑκατέρου προαιρέσεως. Καθάπερ γὰρ νῦν Φίλιππος, πεισθεὶς Ἀράτῳ, διεφύλαξε τὴν πρὸς Μεσσηνίους πίστιν ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἄκραν, καὶ μεγάλῳ τὸ δὴ λεγόμενον ἕλκει, τῷ προγεγονότι
3περὶ τὰς σφαγὰς, μικρὸν ἴαμα προσέθηκεν· οὕτως ἐν τοῖς κατ' Αἰτωλοὺς, Δημητρίῳ κατακολουθήσας, ἠσέβει μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, τὰ καθιερωμένα τῶν ἀναθημάτων διαφθείρων, ἡμάρτανε δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώ-

8. *Post verba* τὸ περὶ τ. ἄκρ. συμβούλευμα, *hæc inseruit is, qui hæc Excerpta congessit,* τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς Πολιτικοῖς.

humano cruore, & initio facto trucidandi socios fœdusque omne violandi, non *ex homine lupus*, quod in *Arcadica* est *fabula*, ut ait *Plato*, sed ex justo rege acerbus tyrannus evasit. Sed altero etiam longe certiori argumento declarari potest utriusque viri sententia, ex hoc scilicet consilio, quod de *Messeniorum* arce uterque regi dedit; ut jam de iis, quæ in Aetolia gesta sunt, nullus sit dubitandi locus.

14. Quæ cum ita sint, quæ in utroque fuerit instituti diversitas, facile colligi potest. Nam quemadmodum *Philippus*, *Arati* consilium secutus, *Messeniis*, quod ad arcem pertinet, fidem nunc servavit, & ingenti ut ajunt vulneri, cædes dico in urbe patratas, leve medicamentum adhibuit: sic in bello adversus Aetolos, *Demetrio* obsecutus, & deos impie offendit, donaria eorum divastando, & ho-

Ol.141.1. πους, ὑπερβαίνων τοὺς τοῦ πολέμου νόμους, ἠστόχει
Aratus & Demetr. δὲ τῆς σφετέρας προαιρέσεως, ἀπαραίτητον καὶ πι-
contraria suadent κρὸν ἑαυτὸν ἀποδεικνύων ἐχθρὸν τοῖς διαφερομένοις.
Philippo. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν κατὰ Κρήτην. καὶ 4
γὰρ ἐπ' ἐκείνων Ἀράτῳ μὲν καθηγεμόνι χρησάμενος
περὶ τῶν ὅλων, οὐχ οἷον ἀδικήσας, ἀλλ' οὐδὲ λυπή-
σας οὐδένα τῶν κατὰ τὴν νῆσον, ἅπαντας μὲν εἶχε
Κρηταιεῖς ὑποχειρίους, ἅπαντας δὲ τοὺς Ἕλληνας εἰς
τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἐπήγετο, διὰ τὴν σεμνότητα
τῆς προαιρέσεως. Οὕτω πάλιν ἐπακολουθήσας Δη- 5
μητρίῳ, καὶ παραίτιος γενόμενος Μεσσηνίοις τῶν ἄρ-
τι ῥηθέντων ἀτυχημάτων, ἅμα τὴν παρὰ τοῖς συμ-
μάχοις εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν
Delectus amicorum, maximi est momenti. ἀπέβαλε πίστιν. Τηλικαύτην τοῖς νέοις βασιλεῦσι 6
ῥοπὴν ἔχει καὶ πρὸς ἀτυχίαν, καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν
τῆς ἀρχῆς, ἡ τῶν παρεπομένων φίλων ἐκλογὴ καὶ
κρίσις· ὑπὲρ ἧς οἱ πλείους οὐκ οἶδ' ὅπως ῥᾳθυμοῦν-
τες, οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην ποιοῦνται πρόνοιαν.

IV.

XIV. 5. Οὕτω πάλιν. *An* Εἶτα πάλιν?

& hominibus injuriam fecit, jura belli transgrediendo, ac præterea contra institutum ac propositum sibi ab initio scopum peccavit, dum implacabilem atque acerbum adversariis hostem se præbuit. Eadem rerum in *Creta* gestarum ratio est. Namque in iis quum *Arati* consilio esset usus, neminem ex tota insula non modo injuria, sed ne molestia quidem afficiens, cum omnes Cretenses dicto audientes habuit, tum vero omnes Græcos gravitate consilii ad suî amorem pellexit. At contra magistro usus *Demetrio*, cum Messeniis eas quas memoravi calamitates intulisset, simul sociorum benevolentiam atque apud omnes Græcos fidei opinionem amisit. Tantum, in regum adolescentia, vel ad infelicitatem, vel ad confirmationem regni, valet *delectus amicorum & comitum;* de quo tamen plerique, nescio qua negligentia, minime laborant.

IV.

IV. A.V. 539.

BELLVM ANTIOCHI CVM ACHAEO.

Sardes capit Antiochus.

  

Περὶ δὲ τὰς Σάρδεις ἄπαυστοι καὶ συνεχεῖς ἀκροβολισμοὶ συνίσταντο καὶ κίνδυνοι· καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πᾶν γένος ἐνέδρας, ἀντενέδρας, ἐπιθέσεως ἐξευρισκόντων τῶν στρατιωτῶν κατ' ἀλλήλων· περὶ ὧν γράφειν τὰ κατὰ μέρος, οὐ μόνον ἀνωφελὲς, XV. Iam in alterum annum oppugnantur Sardes.
2 ἀλλὰ καὶ μακρὸν ἂν εἴη τελέως. Τὸ δὲ πέρας, ἤδη τῆς πολιορκίας δεύτερον ἔτος ἐνεστώσης, Λαγόρας ὁ Κρὴς, τριβὴν ἔχων ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἱκανὴν, καὶ συνεωρακὼς, ὅτι συμβαίνει τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ῥᾷστα γίγνεσθαι τοῖς πολεμίοις ὑποχειρίους διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἐνοικούντων, ὅταν, πιστεύ- Munitissimae urbes interdum facillime capiuntur.

XV. Titulus *in ora Cod. Vrb. est:* Περὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων διὰ Λαγόρα Κρητοῦ. 2. δεύτερον. *Forsan* ἐς δεύτερον. Ibid. ὁ Κρής. ὁ Κρήτης *est in codd. omnibus: in Vesont. autem intra lineas interseritur* ἐκ. Ibid. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Sic Vrb. & Aug. Vulgo* ὡς ἐπιτοπολύ.

IV.

Excerpt. antiq. ex Lib. VII. *cap.* 4-7.

  

15. Circa *Sardes* leves dimicationes & pugnæ continuæ ſine ulla intermiſſione committebantur; cum milites & noctu & interdiu nullum non genus inſidiandi, aut inſidiatores captandi, invadendique ſe invicem, comminiſcerentur: de quibus ſigillatim ſcribere, non ſolum inutile, verum & prolixum prorſus fuerit. Ei oppugnationi, cujus alter jam agebatur annus, *Lagoras* Cretenſis finem impoſuit: vir, qui rei bellicæ non mediocrem uſum habebat, & qui obſervaverat, evenire utplurimum, ut munitiſſimæ quæque urbes negligentia oppidanorum capiantur; ubi naturalibus aut manu factis munitionibus confiſi custodias

Ol.141.1. Lagoras Cretensis.

πιστεύσαντες ταῖς ὀχυρότησι ταῖς φυσικαῖς ἢ χειρο-
ποιήτοις, ἀφυλακτῶσι καὶ ῥαθυμῶσι τὸ παράπαν·
καὶ τοῦτο δ' αὖ ἐπεγνωκὼς, διότι συμβαίνει, τὰς 3
ἁλώσεις γίγνεσθαι κατὰ τοὺς ὀχυρωτάτους τόπους,
καὶ δοκοῦντας ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπηλπίσθαι· καὶ 4
τότε θεωρῶν, κατὰ τὴν προϋπάρχουσαν δόξαν περὶ
τῆς τῶν Σάρδεων ὀχυρότητος ἅπαντας ἀπεγνωκό-
τας, ὡς διὰ τοιαύτης πράξεως κυριεύσειν αὐτῆς,
μίαν δὲ ταύτην ἔχοντας ἐλπίδα τοῦ διὰ τῆς ἐνδείας
κρατήσειν τῆς πόλεως· τοσούτῳ μᾶλλον προσεῖχε, 5
καὶ πάντα τόπον ἠρεύνα, σπεύδων ἀφορμῆς τινος
ἐπιλαβέσθαι τοιαύτης. Συνθεωρήσας δὲ τὸ κατὰ 6
τὸν καλούμενον Πρίονα τεῖχος ἀφυλακτούμενον,
(οὗτος δ' ἐστὶ τόπος ὁ συνάπτων τὴν ἄκραν καὶ τὴν
πόλιν,) ἐγίγνετο περὶ τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν ἐπίνοιαν
ταύτην. Τὴν μὲν οὖν τῶν φυλαττόντων ῥαθυμίαν 7
ἐκ

5. *πάντα τόπον ex conject. posui, pro πάντα τρόπον, quod habent vulgo omnes.* 6. *ἀφυλακτούμενον correxit Casaub. ἀφύλακτον μένον dant libri.*

dias negligentius agere cœperint, aut etiam omnino agere contemserint: qui præterea hoc etiam animadverterat, ea parte capi solere urbes, qua sunt munitissimæ, & de qua ne spem quidem ullam hostes videntur posse habere. Hic igitur vir, intelligens tunc quoque, cunctos, pro ea opinione quam de munitione Sardium ante conceperant, spem & cogitationem abjecisse de capienda urbe strenuo aliquo belli facinore, solamque spem urbis potiundæ in eo repositam habere, si ad inopiam rerum omnium obsessi redigerentur: tanto acrius animum intendit, & locum omnem scrutatus est, cupidus aliquam hujusmodi occasionem deprehendere. Itaque postquam intellexit, partem illam muri, quæ est ad *Prionem* sive *Serram*, (is est locus qui arcem urbi jungit) incustoditam esse; in hanc spem & cogitationem totus incubuit. Ac custodum quidem negligentiam ex

8ἐκ τοιούτου τινὸς σημείου συνεθεώρησε. Τοῦ τόπου κρημνώδους ὑπάρχοντος διαφερόντως, καὶ φάραγγος ὑποκειμένης, εἰς ἣν ῥιπτεῖσθαι συνέβαινε τοὺς ἐκ τῆς πόλεως νεκροὺς, καὶ τὰς τῶν ἵππων καὶ τὰς τῶν ὑποζυγίων τῶν ἀποθνησκόντων κοιλίας· εἰς τοῦτον ἀεὶ τὸ τῶν γυπῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀρνέων πλῆθος
9ἠθροίζετο. συνθεωρήσας οὖν ὁ προειρημένος ἀνὴρ, ὅτε πληρωθείη τὰ ζῶα, τὰς ἀναπαύσεις ἐπὶ τῶν κρημνῶν καὶ τοῦ τείχους ποιούμενα συνεχῶς· ἔγνω, διότι κατ᾽ ἀνάγκην ἀφυλακτεῖται τὸ τεῖχος, καὶ
10γίγνεται τὸν πλεῖστον χρόνον ἔρημον. λοιπὸν ἐπιμελῶς, τὴν νύκτα προσπορευόμενος, ἐξήταζε τὰς
11προσβάσεις καὶ θέσεις τῶν κλιμάκων. εὑρίσκων δὲ κατά τινα τόπον καὶ καθ᾽ ἕνα τῶν κρημνῶν δυνατὴν οὖσαν, προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸν περὶ τούτων λόγον.

A.V. 539. Lagoras ex avibus cognoſcit partem incuſtoditam muri.

10. *ἐξήταζε correxi. Vulgo omnes ἐξέταζε.*

ex hujusmodi indicio intellexit. Quum ſit is locus admodum præruptus, eique ſubjaceat confragoſa vallis, in quam moris erat mortuorum corpora & equorum atque jumentorum cadavera jacere: eo ſemper vulturum aliarumque avium multitudo ingens conveniebat. *Lagoras* igitur poſtquam animadvertiſſet, prædictas aves, ubi ſatiatæ eſſent, in ſummis rupibus & ſuper mœnibus ſemper requieſcere; intellexit, fieri non poſſe quin negligentius ibi cuſtodiatur murus, & majori parte temporis ſit deſertus. Itaque ſilentio noctis accedens, ſedulo perquiſivit, qua parte adiri locus poſſet, & ſcalæ admoveri: quod quum ab una parte, & in una e dictis rupibus, commode fieri poſſe inveniſſet, agit de hoc incepto cum rege.

Ol.141.1.
XVI.
Lagoræ conſilium probat Antiochus.

Τοῦ δὲ δεξαμένου τὴν ἐλπίδα, καὶ παρακαλέσαντος τὸν Λαγόραν ἐπιτελεῖν τὴν πρᾶξιν, αὐτὸς μὲν ὑπισχνεῖτο τὰ δυνατὰ ποιήσειν· ἠξίου δὲ τὸν 2
βασιλέα, Θεόδοτον αὐτῷ τὸν Αἰτωλὸν καὶ Διονύσιον τὸν ἡγεμόνα τῶν ὑπασπιστῶν παρακελεύσαντα συστῆσαι, συνεπιδοῦναι σφᾶς καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβολῆς, διὰ τὸ δοκεῖν ἑκάτερον ἱκανὴν δύναμιν ἔχειν καὶ τόλμαν πρὸς τὴν ἐπινοουμένην πρᾶξιν. Τοῦ δὲ 3
βασιλέως παραχρῆμα ποιήσαντος τὸ παρακαλούμενον, συμφρονήσαντες οἱ προειρημένοι, καὶ κοινωσάμενοι περὶ πάντων ἑαυτοῖς, ἐτήρουν νύκτα τὸ περὶ τὴν ἑωθινὴν μέρος ἔχουσαν ἀσέληνον. λαβόντες δὲ 4
τοιαύτην, ἐν ᾗ πράττειν ἔμελλον ἡμέρᾳ, τῇ πρότερον ὀψίας δείλης ἐπέλεξαν ἐκ παντὸς τοῦ στρατοπέδου πεντεκαίδεκα τοὺς εὐρωστοτάτους ἄνδρας καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς· οἵτινες ἔμελλον ἅμα μὲν προσοίσειν τὰς κλίμακας, ἅμα δὲ συναναβήσεσθαι καὶ

XVI. 4. *Poſt* τοιαύτην *temere* ταύτης *adjecit Caſaub. Idemque* τῇ πρότ. *ſua auctoritate in* τὴν πρότερον *mutavit.*

16. Ille, ſpem oblatam nequaquam aſpernatus, *Lagoram* hortari, perficeret, quod moliebatur. Qui omnia pro viribus ſe facturum pollicitus, petiit ab *Antiocho*, ut *Theodotum* Aetolum, & *Dionyſium* præfectum ſatellitum ſibi adjungeret, monitos ut conſilii inceptique ſocios ſeſe præberent: ambo enim idoneo præditi eſſe robore atque audacia videbantur ad exſequendum facinus excogitatum. Quum protinus poſtulationem hujus rex impleſſet, conjuncti animis prædicti viri, ubi de rebus omnibus conſilia inter ſe communicaſſent, noctem captabant, quæ circa diluculum eſſet illunis. Nacti autem ejusmodi noctem, pridie quam conſilium exſequerentur, viros quindecim & corporis & animi robore validiſſimos ex omni exercitu prima veſpera delegerunt, qui & in admovendis ſcalis & in adſcenſione illarum audacis

5καὶ μεθέξειν αὐτοῖς τῆς τόλμης. μετὰ δὲ τούτους, A.V. 539.
ἄλλους ἐπελέξαντο τριάκοντα, τοὺς ἐν ἀποστήματι
συνεφεδρεύσοντας, ἵν᾽, ἐπειδὰν ὑπερβάντες αὐτοὶ
πρὸς τὴν παρακειμένην παραγένωνται πύλην, οὗτοι
μὲν ἔξωθεν προσπεσόντες πειρῶνται διακόπτειν τοὺς
στροφεῖς καὶ τὸ ζύγωμα τῶν πυλῶν, αὐτοὶ δὲ τὸν
6μοχλὸν ἔνδοθεν καὶ τὰς βαλανάγρας· δισχιλίους
δέ, τοὺς κατόπιν ἀκολουθήσοντας τούτοις, οὓς συν-
εισπεσόντας ἔδει καταλαβέσθαι τὴν τοῦ θεάτρου
στεφάνην, εὐφυῶς κειμένην πρός τε τοὺς ἐκ τῆς
7ἄκρας, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τῆς πόλεως. τοῦ δὲ μὴ
γενέσθαι μηδεμίαν ὑποψίαν τῆς ἀληθείας διὰ τὴν
ἐπιλογὴν τῶν ἀνδρῶν, διέδωκε λόγον, ὡς τοὺς Αἰτω-
λοὺς μέλλοντας εἰσπίπτειν διά τινος φάραγγος εἰς
τὴν πόλιν, καὶ δέον ἐνεργῶς τούτους παραφυλάξαι
πρὸς τὸ μηνυθέν.

Lagoræ consilium probat Antiochus.

Ἑτοί-

7. *διέδωκε correxi cum Reisk. Vulgo omnes δέδωκε.*

dacis incepti participes erant futuri. Secundum hos, triginta alios designarunt, qui modico intervallo subsistentes subsidio ipsis forent; ut, postquam ipsi superatis mœnibus ad proximam portam accessissent, illi, extrinsecus irruentes, cardines & jugamentum portarum effringere conarentur, dum ipsi vectem intus & claustra discuterent. Electi sunt & bis mille milites a tergo secuturi, quibus negotium datum erat, ut facta in urbem irruptione, aream theatrum ambientem occuparent; cum iis, qui in arce erant, tum his, qui in urbe, opportune imminentem. Ne autem, propter istum virorum dilectum, suspicio ulla vulgo oboriretur ejus rei, quæ agebatur; rumorem rex sparsit, quasi per præruptam quamdam vallem Aetoli in urbem essent clam ingressuri: hos igitur esse electos, qui caverent strenue, ne id fieret, quod ex indicibus cognitum esset.

17. Præ-

Ol.141.1. XVII. Felix Lagoræ audacia.

Ἑτοίμων δὲ πάντων αὐτοῖς γενομένων, ἅμα τῷ κρυφθῆναι τὴν σελήνην, λάθρα πρὸς τοὺς κρημνοὺς οἱ περὶ τὸν Λαγόραν ἀφικόμενοι μετὰ τῶν κλιμάκων, ὑπέστειλαν ἑαυτοὺς ὑπό τινα προπεπτωκυῖαν ὀφρύν. ἐπιγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ τῶν μὲν φυλάκων 2 ἀπολυομένων ἀπὸ τοῦ τόπου τούτου, τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὸν ἐθισμὸν τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐφεδρείας ἐκπέμποντος, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐξαγαγόντος καὶ παρατάττοντος· τὸ μὲν πρῶτον ἀνύποπτον ἦν πᾶσι τὸ γενόμενον. προστεθεισῶν δὲ 3 δυοῖν κλιμάκων, καὶ δι' ἧς μὲν Διονυσίου, δι' ἧς δὲ Λαγόρα πρῶτον πορευομένων, ἐγίγνετο ταραχὴ καὶ

Achæus arcem Sardium tenet.

κίνημα περὶ τὸ στρατόπεδον. Συνέβαινε γὰρ τοῖς 4 μὲν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἐκ τῆς ἄκρας, ἀδήλους εἶναι τοὺς προσβαίνοντας, διὰ τῆς προπεπτωκυίας ἐπὶ τὸν κρημνὸν ὀφρύος· τοῖς δ' ἐκ τοῦ στρατοπέδου σύνοπτος ἦν ἡ τόλμα τῶν ἀναβαινόντων

XVII. 1. προπεπτωκυῖαν *cum Reisk. posui pro vulgato* προσπεπτωκ. 4. διὰ τῆς προπεπτ. διὰ τὴν προπεπτωκυῖαν ἐ. τ. κρ. ὀφρὺν *malim cum Reiskio. Rursus autem* προσπεπτ. *dant vulgo omnes.*

17. Præparatis rebus omnibus, simul ac terram subiit luna, *Lagoras* & socii, scalas gestantes, ad prædictas rupes ut venerunt, furtim sub prominenti quodam supercilio illis se applicant. Exorto dein die, quum custodes ex eo loco discessissent, & rex alios de more ad solitas stationes amandasset, pleramque vero multitudinem in Hippodromo coactam ordinaret in aciem; principio nemo id, quod agebatur, suspicatus est. Verum ubi duæ sunt admotæ scalæ, quarum una *Dionysius*, altera *Lagoras* primi adscendebant, tumultus quidam & motus in castris esse cœpit. Nam oppidanis quidem, & *Achæo*, qui arcem tenebat, propter rupis prominens supercilium nihil de his, qui muros conscendebant, erat compertum: at qui in castris erant, audaciam adscendentium & præsenti periculo se objicientium oculis

5νόντων καὶ παραβαλλομένων. διόπερ οἱ μὲν ἐκπε- A.V. 539.
πληγμένοι τὸ παράδοξον, οἱ δὲ, προορώμενοι καὶ δε-
διότες τὸ συμβησόμενον, ἀχανεῖς, ἅμα δὲ περιχα-
6ρεῖς ὄντες, ἕστασαν. ὅθεν ὁ βασιλεὺς, θεωρῶν τὸ Antiochi ſtrategema.
περὶ τὴν ὅλην παρεμβολὴν κίνημα, καὶ βουλόμενος
ἀποσπᾷν ἀπὸ τοῦ προκειμένου τούς τε παρ' αὑτοῦ
καὶ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, προῆγε τὴν δύναμιν, καὶ
προσέβαλε πρὸς τὰς ἐπὶ θάτερα πύλας κειμένας,
7Περσίδας δὲ προσαγορευομένας. Ἀχαιὸς δὲ, συν-
θεωρῶν ἐκ τῆς ἄκρας τὸ περὶ τοὺς ὑπεναντίους κί-
νημα παρηλλαγμένον τῆς συνηθείας, ἐπὶ πολὺ διη-
πορεῖτο, δυσχρηστούμενος, καὶ συννοῆσαι τὸ γιγνό-
8μενον οὐδαμῶς δυνάμενος. πλὴν ὅμως ἐξαπέστειλε
τοὺς ἀπαντήσοντας εἰς τὴν πύλην· ὧν διὰ στενῆς
καὶ κρημνώδους ποιουμένων τὴν κατάβασιν, βρα-
9δεῖαν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐπικουρίαν. ὁ δ' ἐπὶ Aribazus, urbis
τῆς πόλεως τεταγμένος Ἀρίβαζος, ἀκάκως ὥρμησε præfectus.
πρὸς

6. *προῆγε.* *Ex conject. correxi vulgatum* *προσῆγε.*

lis ſpectabant. Itaque alii rei miraculo perculſi, alii, cum, quid eſſet eventurum, partim præviderent, partim metuerent, ſtupore defixi ſimul & lætitia geſtientes ſtabant. Idcirco rex, coortam per univerſa caſtra trepidationem animadvertens, quo ſuorum oppidanorumque animos ab eo quod agebatur avocaret, movit exercitum, & adverſus portam ab altera urbis parte ſitam, Perſidem portam vocant, adduxit. *Achæus*, qui in hoſtium caſtris motum nequaquam pro conſuetudine concitum cerneret, perdiu fluctuans cum animo ſuo, hærebat conſilii inops, nec, quid ageretur, ullo modo intelligere valebat. Tandem tamen ad portam illam, qui irrumpentibus obſiſterent, miſit; verum, quod per anguſtam & præruptam ſemitam deſcendendum eſſet, ſerum auxilium fuerunt. *Aribazus* vero, urbis præfectus, nihil

Ol.141.1. πρὸς τὰς πύλας, αἷς ἑώρα προσβάλλοντα τὸν Ἀν-
τίοχον· καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνεβίβαζε, τοὺς
δὲ διὰ τῆς πύλης ἀφιεὶς, εἴργειν τοὺς συνεγγίζοντας
καὶ συμπλέκεσθαι παρεκελεύετο τοῖς πολεμίοις.

XVIII. Lagoras in murum per prærupta escendit.

XVIII. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ περὶ τὸν Λαγό-
ραν καὶ Θεόδοτον καὶ Διονύσιον, ὑπερβάντες τοὺς
κρημνοὺς, ἧκον ἐπὶ τὴν ὑποκειμένην πύλην. καὶ τινὲς 2
μὲν αὐτῶν διεμάχοντο πρὸς τοὺς ἀπαντῶντας, οἱ
δὲ διέκοπτον τοὺς μοχλούς. ἅμα δὲ τούτοις προσ-
πεσόντες ἔξωθεν οἱ τεταγμένοι πρὸς τοῦτο τὸ μέ-
ρος, τὸ παραπλήσιον ἐποίουν. Ταχὺ δὲ τῶν πυλῶν 3
ἀνοιχθεισῶν, εἰσελθόντες οἱ δισχίλιοι κατελάβοντο
τὴν τοῦ θεάτρου στεφάνην. οὗ γιγνομένου, πάντες 4
ὥρμησαν ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τῆς Περσίδος προσα-
γορευομένης πύλης, ἐφ᾽ ἣν πρότερον ἐβοήθησαν οἱ
περὶ τὸν Ἀρίβαζον, σπεύδοντες παρεγγυᾷν ἐπὶ τοὺς
εἰσπεπτωκότας. Τούτου δὲ συμβαίνοντος, κατὰ 5
τὴν

XVIII. 3. κατελάβοντο. *Mendose vulgo omnes* κατέλαβόν τε.

nihil mali suspectans, ad eam portam se confert, quam peti ab *Antiocho* videbat: & milites alios mœnia jubet adscendere, alios porta emittit, appropinquantem hostem arcere & manus cum eo conferere jussos.

18. Inter hæc *Lagoras*, *Theodotus*, *Dionysius*, & qui cum his erant, superatis rupibus, ad portam subjectam perveniunt. Iamque alii ex his cum occurrente hoste dimicant, alii seras effringunt. Eodemque tempore, quibus id negotium fuerat datum, extrinsecus irrumpentes idem faciunt. Mox patefactis portis, irruunt delecti milites bis mille, & aream theatrum ambientem occupant. Quo facto, e mœnibus & porta Perside (quo antea præsidio venerat *Aribazus*) ruere omnes; signum ad conveniendum adversus eos, qui erant ingressi, cunctis dare festinantes. Hoc autem pacto, discessu

τὴν ἀποχώρησιν ἀνεῳγμένης τῆς πύλης, συνεισέπε- A.V. 539.
σόν τινες τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, ἑπόμενοι τοῖς
6 ὑποχωροῦσιν. ὧν κρατησάντων τῆς πύλης, ἤδη τού- Sardium urbe potitur Antiochus.
τοις κατὰ τὸ συνεχὲς οἱ μὲν εἰσέπιπτον, οἱ δὲ τὰς
7 παρακειμένας διέκοπτον πύλας. Οἱ δὲ περὶ τὸν
Ἀρίβαζον, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἐπὶ βρα-
χὺ διαγωνισάμενοι πρὸς τοὺς εἰσεληλυθότας, ὥρ-
8 μησαν φεύγειν πρὸς τὴν ἄκραν. Οὗ συμβάντος, οἱ
μὲν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Λαγόραν ἔμενον ἐπὶ τῶν
κατὰ τὸ θέατρον τόπων, νουνεχῶς καὶ πραγματι-
κῶς ἐφεδρεύοντες τοῖς ὅλοις· ἡ δὲ λοιπὴ δύναμις,
εἰσπεσοῦσα πανταχόθεν ἅμα, κατειλήφει τὴν πό-
9 λιν. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη, τῶν μὲν φονευόντων τοὺς ἐν-
τυγχάνοντας, τῶν δὲ τὰς οἰκήσεις ἐμπιπρώντων,
ἄλλων δὲ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς καὶ τὰς ὠφελείας ὡρ-
μηκότων, ἐγίγνετο παντελὴς ἡ τῆς πόλεως κατα-
10 φθορὰ καὶ διαρπαγή. Καὶ Σάρδεων μὲν τοῦτον τὸν
τρόπον ἐγένετο κύριος Ἀντίοχος.

V.

6. ἤδη τούτοις. πύλης ἤδη ταύτης edd. & Med. Probarem ἤδη καὶ ταύτης. 7. ἐπὶ βραχὺ cum Reisk. posui pro vulgato ἐπὶ βραχεῖ.

cessu horum patefacta porta, quidam e regiis, secuti retrocedentes oppidanos, urbem irrumpunt. A quibus quum ista occupata porta esset, jam continuo post hos alii urbem intrare, alii proximas portas effringere. *Aribazus* & omnes qui in urbe erant, posteaquam leve cum ingresso hoste certamen habuissent, in arcem fuga sese proripiunt. Quo facto, *Theodotus* & *Lagoras* loca circa theatrum occupata tenere pergunt, cauto & prudenti consilio rei totius eventum observantes: reliquus vero exercitus, omni jam ex parte simul irrumpens, urbem occupat. De cetero, quum jam alii passim obvios obtruncarent, alii domos incenderent, alii ad rapinas & prædam ruerent, divastata direptaque urbs est universa. Atque hoc quidem modo in *Antiochi* potestatem *Sardes* venerunt.

V.

V.

Ἀποσπασμάτια.

✻ ✻ ✻

XIX. Μασσύλοι, Λιβυκὸν ἔθνος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ Μασσυλεῖς αὐτοὺς φησί.

✻ ✻ ✻

Οἱ δὲ τὸν Ὠρικὸν κατοικοῦντες, οἳ καὶ πρῶτοι κεῖνται παρὰ τὴν εἰσβολὴν πρὸς τὸν Ἀδρίαν, ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι.

XIX. 1. Μασσυλεῖς. Μασουλεῖς *legitur apud Euſtath. ad Dionyſ. v.* 187.

V.

Fragmenta minora.

✻ ✻ ✻ ✻ ✻ ✻

1. *Maſſylos*, Libyæ populum, POLYBIVS *lib. VII. Maſſylenſes* appellat. (*Steph. Byz.*)

2. Qui vero *Oricum* habitant, qui etiam primi ſiti ſunt ad ingreſſum in Adriam, ab dextera intro naviganti. (*Idem.*)

INDEX

I N D E X

RELIQVIARVM LIBRI VI.

I N D E X

RELIQVIARVM LIBRI VII.

A. V. 539.

Finis Tomi Secundi.